This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


EARL. OF. AYLESFORD.
PACKINGTON. WARWICKS.

FLORA COCHINCHINENSIS:

SISTENS

PLANTAS IN REGNO COCHINCHINA NASCENTES.

QUIBUS ACCEDUNT ALIÆ

OBSERVATÆ

IN

SINENSI IMPERIO,

AFRICA ORIENTALI,

INDIÆQUE LOCIS VARIIS.

OMNES DISPOSITÆ SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE LINNÆANUM.

LABORE, AC STUDIO

JOANNIS DE LOUREIRO

Regiæ Scientiarum Academiæ Ulyſſiponenſis Socii : olim in Cochinchinâ Catholicæ Fidei Præconis : ibique rebus Mathematicis, ac Phyſicis in Aulâ Præfecti.

Juſſu Acad. R. Scient. in lucem edita.

Xylaloen, Myrrham, Piper ardens; Sacchara profert :
Pluraque, ſi repetas, officioſa dabit.

TOMUS I.

ULYSSIPONE

TYPIS, ET EXPENSIS ACADEMICIS.

ANNO M.DCCXC.

Permiſſu Regii Concilii pro Examine, & Cenſurâ Librorum.

In opere, ſicubi a ſententiâ Veterum receſſerim, intelligatur hoc factum animo proficiendi in melius, non innovandi . . . Decretum mihi fuiſſet aliorum inventis, quantum in me fuerit, addere, cum tamen non minus optaverim etiam inventa mea ab aliis in poſterum ſuperari. Bac. de Verul. de Dignit., & Augm. Scient. l. 9. prope finem.

Intelligendum eſt eorum omnium, quæ inveniuntur, aliqua eſſe, quæ jam ab aliis aliquâ ex parte comprehenſa . . . longius progrediuntur, magnumque incrementum capiunt. Alia autem a prima origine inventa non ita multum a principio progrediuntur: ſed tamen multo plus utilitatis habent illa initia, quam reliqua omnis, quæ ex his proficiſcitur acceſſio. Ariſt. de Repreh. Sophiſt. l. 2. c. 8.

ARTIGO
EXTRAHIDO DAS ACTAS
DA
ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS,
da Seſſaõ de 9 de Agoſto de 1788.

DEtermina a Academia que a Flora da Cochinchina, que o ſeu Socio João de Loureiro, lhe tinha apreſentado, ſe imprima á cuſta da Academia, e debaixo do ſeu privilegio.

JOZÉ CORRÊA DA SERRA
Secretario da Academia.

REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ ULYSSIPONENSIS CLARISSIMIS SOCIIS.

VESTRIS auſpiciis, Socii Clariſſimi, tandem aliquando in lucem prodit Flora Cochinchinenſis, quæ varios inter caſus ultra vicennium eluctata non niſi ſerior potuit e tenebris emergere. Facem Indicis plantis illuſtrandis Authores varii prætulerant, in primis Batavi, quibus ante duo ſæcula lumen haud modicum præſtiterat noſter Garcias ab Horto inſigni opere Botanico de Aromatibus, in diverſas linguas properè translato, ſæpiusque typis edito. Hujus pretium optimè noverat doctiſſimus Carolus Cluſius, ejuſdem interpres Latinus, dum præſaga quadam mente aſſerere auſus eſt fore, ut ejus lectione excitata præclara ingenia Authoris exemplum ſequerentur.

Aſt, neſcio quonam fato, illud evênit, ut Maiores noſtri, quibus nec occaſio, nec vires deerant, domeſtico exemplari minus attenti ſeſe illi negligerent conformes reddere, & Botanicam ſcientiam vix a limine ſalutarent. Unde longâ temporis injuriâ factum eſt, ut Vegetabilis regni pretioſis emolumentis quodammodo privaremur, quibus aliæ interdum Nationes divites evaſere. Attamen non ſemper eadem rebus facies ineſt; ipſaque temporis conditio, ſi Superi faveant, ex deteriori in fauſtam, fælicemque ſæpe convertitur.

Faverunt utique; erectâ ſiquidem nuperâ ſcientiarum Regali Academiâ Ulyſſiponenſi, per Vos, Clariſſimi Socii, maturè proviſum eſt, ut in quatuor Orbis partibus,

in quas Luſitanum imperium latè extenditur, tam rem Herbariam, quam cætera Naturæ arcana idonei viri perſcrutentur: perſcrutata, repertaque debitum in ordinem redigantur: redactisque, & publico uſui oblatis, omnibus, quotquot ſunt ubicunque gentium cultiores populi, veſtris laboribus, ac ſtudiis proſpiciatis.

Talibus, tantisque initiis pergrandia incrementa ominari cujuſcunque erit: præſertim cum incæpto operi promovendo nos omnes Patrocinio ſuo corroboret, imo & munificentiá compellat Auguſtiſſima, Fideliſſimaque Regina noſtra MARIA I. Quippe quæ haud ignara liberalium Artium culturam domi, bellique validum afferre humanis rebus ſubſidium, Academiæ ſtabiliendæ conſuluit, ſubditos ſibi populos perenni ſapientiâ beatura.

Eadem vota proſequitur, factis olim ſuperaturus, Sereniſſimus Braſiliæ Princeps JOANNES, Auguſtiſſimâ Matre præeunte: quæ *& vinci gaudet ab illo*, dummodo Luſitanæ propaginis fælicitas in ævum maneat, augeatur, redundet.

Accedit, ingensque robur literariis ſtudiis adaugendis profecto addit Illuſtriſſimus alter Joannes Alafoniæ Dux, ejuſdem Brigantinæ, id eſt Regiæ Stirpis Germen Inclitum. Enim vero, cum longe, diuque politiores orbis tractus idem ipſe peragraverit, celebriores Academias inviſerit, literarios progreſſus obſervaverit, nova inventa collegerit, leges, ac ſtatuta annotaverit, quidquid inde bonæ frugis apud exteros invênit, in Patriam operoſus retulit, & in Patrios uſus curavit adoptari. Hinc Natale ſuum fortunato duxit Academia noſtra, tanto Parente dignum; quem proinde non Academiæ tantum, ſed Patriæ Patrem (nomen apud Romanos maximum) æquo jure appellaremus, niſi Magni Viri Modeſtia repugnaret.

Ita-

Itaque macti animo eſtote, Socii Clariſſimi, ut opus Academicum perficiatis, quod tam ſolidis columnis ſuffultum conſpicitis. Seduli promovete, uſque dum numeris omnibus abſolutum deveniat. Materiam Vobis adſtruentibus abundè ſuppeditabunt non Europa ſolummodo, ſed Aſia ipſa, ſed Africa quoque, & America, Vobis eo pluris habendam, quod plerumque in proprio, etſi remotiſſimo ſolo inventam, atque collectam.

Opis meæ non erit lapides, metalla, & his pretioſiora tantæ moli erigendæ conferre: iners tamen, & prorſus inutilis ſocius non ero. Ex meo qualicunque penu Vobis offero Floram iſtam Cochinchinenſem. In ejus penetralibus invenietis ligna ad conſtruendum apta, colores ad ornandum pulchros, annonam, ac pharmaca copioſa, & neceſſaria, ut laborantium vires reparentur, operi conſummando impenſæ, & in commune bonum deſtinatæ.

Veſtrum erit muneris exilitatem non dedignari. Meum Vobis omnibus morem gerere, & quidem animo perlubenti; honoris enim permagni mihi eſt, quod dicar, & agnoſcar

Dabam Ulyſſipone
pridie Kalendas Octobris an. 1788.

Veſter, quamvis minimus, Socius
Joannes de Loureiro.

CAN-

CANDIDO, AC REI HERBARIÆ STUDIOSO LECTORI.

REGNUM Cochinchinæ, quod ante duo ſæcula Tunkini pars fuerat, incipit circa decimum octavum gradum latitudinis Borealis: indeque, occupatis regno Champavâ, & parte Orientali Cambodiæ, latè ad Auſtrum extenditur per gradus pluſquam novem uſque in ſinum Siamenſem.

Triginta ſex annis, quibus in eo commoratus ſum, ſat temporis habui ad perſcrutanda Naturæ arcana regionis peculiaria: quantumvis non ſatis otii, vel cujuslibet adjumenti; cum ſola diligentia, & induſtria mihi ſubſidio fuerint. Illuc primo tranſmeaveram eum in finem, ut Evangelicus Præco communem omnium Creatorem, & Salvatorem Jeſum Chriſtum illis gentibus annuntiarem. Aſt, cum ethnica ſuperſtitio nimium obſiſteret, & regni leges vetarent, ne homo Europæus ibi pedem figeret, opus mihi profecto fuit, ut manendi facultatem obtinerem, omnibus Prudentiæ viribus, Conſtantiæ, & Charitatis contendere.

Prudentiæ quidem, ne nimio zelo correptus viderer Principis leges palam deſpicere; inſimulque, ut earum ſcientiarum uſu, quæ illi magis placere poterant, firmiorem ipſius gratiam demererer: Conſtantiæ, ut adverſa quælibet, quæ etiam in genitali ſolo haud rarò obveniunt, in alieno fortiter ſufferrem: Charitatis, ut *omnibus omnia factus*, privato commodo, lucrove poſthabito, alienis neceſſitatibus ſubvenirem; idque præcipuè ope artis Medicæ, quâ, juxta Dominicum præceptum *curate infirmos*, *qui in illâ ſunt*, opportuniora pharmaca omnibus, tam fidelibus, quam infidelibus depoſcentibus ſolicitè, & gratis quidem diſtribuebam. Itaque, Deo favente, & populari aurâ lenius afflante, non difficulter evênit, ut per Regem mihi liceret ibi morari: quin etiam in ejus aulâ rebus Mathematicis, & Phyſicis Præfectum me conſtituit. Verum non eo ipſo Evangelicæ doctrinæ promulgandæ libertatem fecit: diſſimulabat tamen dummodo res cautè, & occultè ageretur.

Rebus ita diſpoſitis, affluentium multitudine pene obruebar, quorum multi Catholicæ Religionis myſteriis, ac præceptis inſtrui poſtulabant, plerique non niſi corporis medicamenta expoſcebant. Ea tamen diverſis morbis curandis neceſſaria nec ex Europâ habere poteram, nec, ſi habuiſſem, ſatis forem ad ſolvendum. Quapropter cogitare ex hinc cæpi, quanam ratione materiam Medicam, Cochinchinæ indigenam, & ibi non magno parabilem Europææ pretioſiori ſubſtituerem? Hocque initium, & cauſa fuit conatûs mei in Scientiâ Botanicâ.

Defectu Magiſtri, & Authorum, qui manuducerent, tardus procedebam. Nec ex Dioſcoride, ejuſque commentatore Lagunâ, Rajo, & Tournefortio, quorum opera Botanica ſucceſſive adeptus fueram, ſatis mihi affulgebat lucis, ut Indicas plantas luculenter diſcernerem: quarum multæ, licet ejuſdem Generis, & ſpeciei ſint, attamen perſæpe apparent facie ab Europæis quodammodo diverſâ.

Tandem, labente tempore, opera Cel. Linnæi, Genera Plantarum, & Syſtema Naturæ, Philoſophiamque Botanicam obtinui, ex Cantone Sinarum mihi dono miſſa ab Humaniſſimo Viro Thoma Riddell, navis Anglicæ Ductore, cujus amicitiæ multum debeo. His inſtructus doctrinâ, & terminis Linnæanis uti cœpi: ſtatimque cognovi, quantum hoc ſyſtema aliis præcellat, quantumque facilitatis tyronibus ſubminiſtret, qui aliis adminiculis deſtituuntur.

Deſiderantur in Cochinchinâ horti Botanici, Principumque viridaria, prout habentur in Europâ, ubi has cum illis plantis comparare, ac differentias quaſcumque internoſcere facilè poſſumus. Plantæ Cochinchinenſes pleræque agreſtes ſunt, ex altiſſimis montibus, & vaſtis ſylvis non ſine magno labore, & periculo ſparſim petendæ. Quid igitur ſyſtemate Sexuali Linnæano facilius, ut earum cognitionem in promptu habeamus? Floris nunquam antea viſi, numeratis ſtaminibus, habemus Claſſem: numeratis Piſtillis, Ordinem: in pleriſque etiam non obſervatis ſitu, & proportione, quibus oculi frequentius decipiuntur. Cognitis Claſſibus, & Ordinibus, quæ ampliora, & primaria ſunt fundamenta Botanicæ, Genera quoque citius diſtinguuntur propriis notis. At differentias ſpecificas quis melius Linnæo determinavit? Tournefortius, qui cæteroquin alios Botanicos antecellit, plurimas ſpecies proponit, quæ vix varietates dici poſſent, nimium ſiſus florum coloribus, quibus nil mutabilius, & fallacius.

Non diſſimulabo occurrere adhuc in Syſtemate Linnæano plantas anomalas, aberrantesque notis repugnantibus Characteri generali non ſolum Speciei, ac Generis, ſed etiam Ordinis, & Claſſis: quæque mihi non parum moleſtiæ attulerunt. Hæ autem, vel repetitis obſervationibus reducendæ, ſi corrigi poſſint, vel pro monſtris habendæ, tolerandæque: ſicut animal quodlibet, ſi naſcatur aliquâ ſui corporis parte auctus vel deficiens, ut monſtrum miramur, ſed non ideo cogimus a proprio Genere exulare. Quodnam vero Syſtema Botanicum habemus, in quo ſimiles aberrationes non obſint?

Verum ubi plura nitent in corpore, non ego paucis
Offendar maculis, quas vel injuria fudit,
Aut oblita parum cavit Natura.

Igitur Celeb. Linnæi Syſtema amplectens materiam amplam, & facilè parabilem acquiſivi, mihi pro uſu Medico neceſſariam. Plan-

tarum,

tarum, quarum virtutes cognoveram, vel ex libris Europæis, vel ex Sinicis, & indigenis, characteres, propriatates, & habitum ſedulo deſcribebam: quas vero praxi Medicæ inutiles judicabam, prorſus rejiciebam. Verumtamen, cum harum numerus quotidie augeretur, in mentem vênit otioſum non fore, ſi has pariter colligerem, & deſcriberem, Linnæano Catalogo addendas, ac futuro uſui fortaſſe utiles, quamvis præſenti inutiles videbantur. Exinde omnes indiſcriminatim cæpi congerere, & in adverſaria reponere. Quarum ſexaginta circiter ſpecimina, totidemque deſcriptiones memini per me miſſa fuiſſe Cantonem Sinarum, indeque in Angliam, & Sueciam anno 1774: de quibus meminerunt Clar. Bergius, (Mat. Med. pag. 5.) & Clar. Linnæus Filius. (ſuppl. pl. pag. 331.) Anno autem 1779, cum jam, relictâ Cochinchinâ, Cantone Sinarum reſiderem, necdum optata pateret via, quâ in Europam reverterer, Londinum miſi ducenta triginta alia ſpecimina plantarum, cum propriis earum deſcriptionibus, quæ mihi defectu plenioris notitiæ Authorum, quos non habebam, tunc novæ videbantur, quamvis aliquæ novæ non eſſent.

Ex illis, pluribusque aliis apud me ſervatis, & iterato correctis hæc Flora componitur: nec tamen exiſtimo eam eſſe completam; multas enim ex remotioribus ſylvis petendas, quantumvis in Cochinchinâ ſpontaneè naſcentes, nec admodum raras, conſequi non potui, quartam circiter partem integræ Floræ completuras.

Interea Cantone apud Sinas triennium remanens Sinenſes plantas ibi obſervavi non paucas, quas mihi deferebat mercede conductus Sinenſis ruſticus, (Europæis enim non permittitur extra vicum ſuburbii vagari) rei herbariæ non prorſus ignarus: quique ſolebat plantas undequaque exquiſitas pharmacopolis vendendas colligere. Idem mihi dicebat earum nomina vernaculâ linguâ Cantonienſi: quibus tamen non multum fidendum puto; ſiquidem, cum urgeretur dicere, ſuſpicari poſſumus, quod aliquando, vero nomine non occurrente, arbitrarium quodlibet ſubſtituiſſet; qui Sinenſium mos eſt, ne ignorantiam ſuam prodant. Nomina vero plantarum, quæ uſui Medico, aut œconomico magis inſerviunt, ea correctiora ſunt, utpote ex libris Sinicis ut plurimum excepta, & lingua univerſali Sinenſi, quæ Literatorum dicitur, expreſſa.

In reditu a Sinis in Luſitaniam appellere coactus fui ad inſulam Mozambiccum in orâ Orientali Africæ, circa 15 gradum latitudinis Auſtralis: ubi per tres menſes commoratus ſtudia Botanica proſequi cordi habui, colligens, & deſcribens varias plantas rariores ex proximâ continente Africanâ. Alias pauciores comparaveram in diverſis Indiæ locis, quæ peragravi: nempe in Cambodiâ, Champavâ, Benghalâ, Malabariâ, Samatrâ, & alibi: quarum aliquas in hac Florâ propriis Claſſibus, & locis inſerui.

Erit fortaſſe, qui reprobet me plantas aliarum regionum Flo-

ræ Cochinchinenſi immiſcuiſſe, cum Authores Floriſtæ loqui tantummodo debeant de illis, quæ ſunt Floræ ſuæ concives. In hanc notam, qualiſcunque ea ſit, non ignarus incurri, ſed maiori commodo legentium conſulens. Si illas in appendices, ut moris eſt, ſeparaſſem, rigidiori methodo conformior fierem, ſed tunc a ſcopo Naturalis Scientiæ deflecterem, quæ exigit ut proxima locentur, quæ Naturâ proximiora ſunt, poſthabitâ differentiâ natalium; proxima enim facilius conferuntur, collata melius dignoſcuntur.

Ne vero earum patria, aut origo confundatur, propriis ſignis diſtinguentur. Cochinchinenſes literâ α: Sinenſes β: Africanæ γ: ex aliis Indiæ locis δ. Ita ut, quamvis advenæ, & Floræ hoſpitio exceptæ, ab hujus domeſticis protinus diſcernantur. Voces, quæ dictas notas ſequuntur, ſunt nomina propria ejuſdem plantæ, expreſſa linguâ illius nationis, quæ tali notâ inſignitur.

Quamvis methodum, & ſyſtema Celeb. Linnæi amplectar, quia meliorem non novi, non ita me coarctabo, ut ea, quæ aliter obſervavi, prætercam, ac diſſimulem. Quam libertatem notus Celeb. Viri candor, ſi adhuc viveret, non improbaret; licet enim multa, quæ ſcripſit, ipſe propriis oculis obſervaverit, plura tamen ex locis remotioribus ab aliis Botanophilis accepit.

In indice characterum Genericorum cuilibet Claſſi præfixo mutavi interdum notam aliquam, quæ in variis ſpeciebus characteri illius Generis adverſatur: & adhuc alias excludendas puto, quando progreſſu temporis, quæ nunc dubia apparent, confirmentur. At in corpore Operis omnes characteres Botanicos ab ipſo Linnæo adoptatos, tam Genericos, quam Specificos intactos omnino ſervavi: ſubjiciens tamen, quæ aliter me vidiſſe recordor.

Recentioribus quibuſdam viſum eſt, Clariſſimis Hallero, Ludwigio, Forſtero, Thunbergio præeuntibus, Syſtematis Linnæani Claſſes Gynandriam, Monoeciam, Dioeciam, Polygamiam vel noxas eſſe, vel ſuperfluas. Ego circa Polygamiam non prorſus diſſentio, ipſomet Linnæo Filio comprobante. Aſt circa alias tres Claſſes aliter judico. In Gynandria de Generibus Polyandris Calla, Aro, &c. nihil certi decerni poſſe Linnæus ipſemet agnoverat, ob Stamina, & Germina in illis confuſa, ac numero incerta. Ex aliis Ordinibus ejuſdem Claſſis, cujus Genera ſexdecim in hac Florâ expono, Helicteris priores duæ ſpecies potius Monadelphæ dicerentur, quam Gynandræ; cum earum ſtamina inferius coaleſcant in tubum, & a Piſtillo videantur prorſus libera: binas alias ſpecies verè Gynandras obſervavi, utpote munitas Antheris ſeſſilibus Germini inſidentibus.

In aliis Generibus vel ſtamina inhærent Germini, vel Stylo, ſicque manifeſtè Gynandra ſunt: vel non ita clare, cum, aut Stylum, aut Stigma non habeant ſatis expreſſum, ſed horum loco punctum aliquod, ſeu foſſulam longiuſculam a baſi Staminis ad Piſtillum ducen-

tem,

tem, per quæ haud ineptè Gynandriæ adſcribuntur. Hujus Claſſis ſex Genera invêni Stamine unico donata, quæ ſi ex Claſſe Gynandriâ excludamus, transferri deberent ad Monandriam: obſtat autem, ne fiat, quod nulla planta horum ſex Generum Corollam, Nectarium, Stamen, & Piſtillum portet Monandris naturâ conformia: habituque gaudeant Orchideo potius, quam Scitamineo.

Eadem ratio prohibet Claſſes Monoeciam, & Dioeciam repudiari, quarum plantæ, quamvis multæ ſint ordinis Monandri, non tamen habitu, aut flore bene conveniunt cum claſſiariis Monandris. Præterea cauſa rejeciendi has duas Claſſes ſupponitur eſſe inconſtantiam florum, qui in illis nunc inveniuntur Monoici, nunc Dioici, ſæpe etiam Hermaphroditi: &, qui Hermaphroditi naſcuntur in Americâ, ſæpè Dioici, vel Polygami occurrant in inſulis maris Auſtralis, Clar. Forſtero teſtante. Ego obſervationibus Clar. Virorum non præſumo contradicere. Tantum aſſero frequentem inconſtantiam florum illarum Claſſium mihi obviam non fuiſſe: ſed raram quidem, prout Celeb. Linnæus jam antea obſervaverat, quamque propriis locis annotare non prætermittam.

Itaque, ſervatis in hac Florâ Claſſibus, & Ordinibus Celeberrimi Coryphæi noſtri Linnæi, cuilibet Generi, & Speciei præponam definitionem, ſi adſit, ab eodem præſcriptam, vel adoptatam: ſi verò deſideretur, noſtram ſubſtituemus, ita ut nullum Genus, aut Speciem proferamus abſque definitione præviâ. Subſequenter habitus plantæ, ſimulque notæ quælibet per me obſervatæ, quibus eadem planta convenit, aut diſſidet a definitione Linnæanâ, vel a Synonimis Authorum, ut his cum illis proxime collatis, veritas facilius eruatur, & illuceſcat. Similes notas deſideravi frequenter videre in multis operibus Botanicis, nec tamen invêni; vel quia non fuerant obſervatæ, vel ut ſuperfluæ relictæ. Sed illis carens quis rectè judicare poterit de plantis exoticis, aut longinqui ſoli, an aptè, vel ineptè collocatæ fuerint, aut collocandæ ſint in tali Genere, vel Specie? Quomodo Scientiæ perfectio obtinebitur? Quam perinde expectaverat Geſnerus ſapienter ad Fuchſium ſcribens. *Quod ſi ſuas quiſque obſervationes protulerit, ſpes eſt aliquando fore, ut ex omnibus opus unum abſolutum perficiatur.*

Genera, & Species hujus Floræ ſigno † notata non omnia nova eſſe præſumo. Tantummodo indicare volui eas plantas vel in operibus Celeb. Linnæi non inveniri, vel ita a meis obſervatis diſcrepantes, ut pro diverſis, aut novis haberi poſſint. Circa novas Species, aut Genera conſtituenda non omnibus idem eſt judicium. Itaque hæc noſtra in dato loco maneant, donec Doctorum Virorum conſenſu, cui non repugno, in meliorem transferantur.

Deſcriptionibus, & Synonymis Authorum paginas implere, & lectorem gravare non eſt animus. Qui plura velit, facilè collecta inveniet

veniet in Syſtemate plantarum Linnæano per Clar. Reichardum recenter edito, & alibi. Nos ad ſingulas ſpecies duos plerumque laudabimus, ex his præcipuè, qui plantas Indianas in ipſâ Indiâ examinarunt, vel ſaltem, ſi habeantur, qui, acceptis inde herbariis ſiccis, de illâ plantâ curioſius egerunt. Nec per id fateri velim mea cum illis penitus convenire. Inter illos in primis excellit induſtrius, & indefeſſus Rumphius, cum quo noſtra frequentius cohærent, tum ob minorem diſtantiam locorum, tum ob acuratius hujus Authoris examen. Hortum Malabaricum Clar. Rheedi, quem mihi perutilem futurum ſperabam, quamvis diligenter quæſitum non potui obtinere; ideoque raro in teſtem vocavi ab aliis laudatum. Pro plantis Celeb. Linnæo nondum cognitis, nec ab alio clarè deſcriptis, ſed a me nuper obſervatis non prætermittam quemlibet Authorem citare, quem judicem de illâ egiſſe, quamvis obſcurè, & incompletè.

Solum natale cujuſcumque ſpeciei ut plurimum ſubjeci; ſiquidem ex illius qualitate ſæpe iſtius proprietates inferuntur. Quas ſylveſtres dico, ſatis intelligitur eſſe indigenas. De cultis paucæ ſunt de Sinis translatæ in Cochinchinam: pauciſſimæ ex aliis locis. Tempus florendi non appoſui, quia in multis incertum eſt in terris Æquatori proximis, ubi arbores longo tempore florent, aliquæ toto anno; & admodum rara eſt, quæ certo tempore foliis omnibus ſpolietur. Utile judicavi arborum, fruticum, & herbarum magnitudinem ordinariam indicare, non tamen immutabilem, cum aliquando plus creſcat herba humilis in optima terrâ, & climate, quam arbor procera in peſſimis.

Uſus œconomicos non debui præterire, cum hic ſit finis primarius Botanicæ, & ex regno Vegetabili pleraque commoda hominibus proveniant. Eos breviter indicavi, quos ex propriâ, vel incolarum experientiâ melius ſtabilitos comperi. Virtutes Medicas non temere extuli, ſed praxi diuturnâ probatas, ſæpe etiam in libris Sinicis comprobatas. Multæ quidem cum Medicinâ Europæâ conveniunt: aliæ, quamvis exoticæ, non ideo deſpiciendæ, ſed amplius probandæ. Sapor, & odor plantæ ad hanc cognitionem ducunt, ideo interdum notantur. Florum colores nec ad cognitionem Medicam, nec ad Botanicam multum præſtare exiſtimo: non tamen fuerunt omittendi; nam primo oculi intuitu ab illis ducimur in ulteriorem cognitionem, hominesque indocti ex illis quomodocumque dignoſcunt diverſas ſpecies, quamvis ſæpè fallaciter: omnes autem allicimur, & recreamur picturâ illâ tam variâ, quam naturali.

Botanophilis vulgo non placent opera Botanica, quæ tabulis, & figuris plantarum elegantioribus non adornantur. Ego in hac arte non valeo: nec in Cochinchinâ, & in aliis peregrinationibus meis invêni peritum aliquem, qui adjuvaret. Plantas rariores, quas collegi, & exſiccatas ſervavi, partim in Angliam miſi, partim familiali-

ter

ter tradidi Botanicæ ſtudioſis videndas, nec amplius recêpi: ac, etiamſi recepiſſem, non hîc facilè invenirentur artifices, qui eas debitâ formâ, & elegantiâ exprimerent. Illis autem deficientibus, liceat mihi effari cum Celeb. Linnæo (Gen. pl. pag. X.) *Verbis tentabimus omnes exprimere notas æque clare, ſi non clarius, ac alii ſplendidiſſimis ſuis iconibus.* Nam prout Cl. Scopolius benè advertit (Introd. Hiſtor. Natur. pag. 6.) *Bona figura tunc utilis, cum data deſcriptio manca, aut genuinus individui character nondum fuerit detectus.*

Tandem Candidum Lectorem rogamus, ut benignè ferat, & corrigat quoſcumque lapſus, quos proculdubio inveniet in hoc opere. *Nec dubitamus multa eſſe, quæ nos præterierint; homines enim ſumus; & occupati officiis, ſubciſivisque temporibus iſta curavimus:* libenter fatemur cum Plinio Seniore. In præfactione Hiſt. Naturalis.

De accentibus, & ſignis grammaticalibus linguæ Cochinchinenſis, & Sinenſis propriis pauca dicere oportet: ſine quibus quælibet earum voces, quæ omnes monoſyllabæ ſunt, nequeunt omnino intelligi, quando literis Europæis exprimuntur; habent enim ſuas peculiares, & a noſtro alphabeto prorſus diverſas.

Accentu accuto (´) vox attolitur: gravi (`) deprimitur: circumflexo (^) ore conſtricto, & ſemiclauſo pronuntiatur. Signo (¯) ſonus prolongatur: (˘) abbreviatur: interrogativo (ˀ) quaſi interrogando profertur: puncto cuilibet vocali ſuppoſito (̣) aſperitate quadam gutturali, & tremulâ prolongatur. Aſpiratione (ʿ) vox aſpera expirando promitur. Litera b tranſversè secta (ƀ) indicat ſonum medium inter b commune, & v conſonans. Litera d ſimili ſectione notata (đ) indicat ſonum medium inter d, & r. Vocales o, & u tranſversè ſectæ (ư ơ) pronuntiari debent labiis ad latera diductis, in medio conniventibus. Ex iſtis ſignis aliqua ſunt communia linguæ Cochinchinenſi, & Sinenſi: plura peculiarem uſum habent in illâ: alia tantummodo in iſtâ. Omnia verò cum moleſta ſint typographo, ſæpe ab illo omittuntur.

AUTHORES IN HAC FLORA LAUDATI.

A Coſt. Arom. Chriſtophori A Coſta Hiſtoria Aromatum, Cluſio interprete, 1605. in f.

Act. Helv. Acta Helvetica, Phyſico-Mathematica, &c. Baſileæ, 1751, & ſeq. in 4.

Act. Londin. Philoſophical tranſactions of the Royal ſociety of London. London, 1665, & ſeq. in 4.

Act. Paris. Hiſtoire de l' Academie Royale des Sciences, &c. a Paris. 1702, & ſeq. in 4.

Alp. Exot. Proſperi Alpini de plantis exoticis libri II. Venetiis 1627. in 4.

Alp. Ægyp. Proſperi Alpini de plantis Ægypti. Leidæ 1735. in 4.

Am. Ruth. Joannis Ammani Stirpium rariorum in imperio Ruthenico ſponte provenientium. Petropoli, 1739. in 4.

Aublet Guian. Hiſtoire des plantes de la Guiane Françoiſe par M. Fuſée Aublet. Tom. IV. a Paris, 1775. in 4.

Bauh. hiſt. Hiſtoria plantarum univerſalis Joh. Bauhini, & Henr. Cherleri. Tomi III. Ebroduni 1650. in f.

Bauh. Pin. Caſp. Bauhini Pinax theatri Botanici. Baſileæ, 1671. in 4.

Bauh. Prodr. Caſp. Bauhini Prodromus theatri Bot. Baſileæ, 1671. in 4.

Bauh. Theat. Caſp. Bauhini Theatrum Botanicum. Baſileæ 1658. in f.

Bellon. Obſ. Petri Bellonii rerum in Græcia, Aſia, Ægypto, &c. Obſervationes, Cluſio interprete. Raphelengii, 1605. in f.

Berg. Mat. Med. Petri Jonæ Bergii Materia Medica. Stockholmiæ, 1782. tomi II. in 8.

Boerh. Lugdb. Herm. Boerhaavii Index alter plantarum, quæ in horto Acad. Lugduno-Batavæ aluntur. Lugd. Bat. 1720. tomi II. in 4.

Bont. Jav. Jacobi Bontii Hiſtoria Naturalis, & Medica Indiæ Orientalis. Amſtelædami, 1658. in f.

Brow. Jam. The civil, and natural hiſtory of Jamaica by Patr. Boown. London, 1756. in f.

Burm. Zeyl. Joannis Burmmani Thezaurus Zeylanicus. Amſtelædami, 1737. in 4.

Burm. Ind. Nic. Laurentii Burmmani Flora Indica. Lugd. Batav., 1768. 4.

Buxb. Cent. Joh. Chriſtophori Buxbaumii plantarum minus cognitarum Centuriæ V. Petropoli, 1728. in 4.

Camer. Hort. Joachimi Camerarii Hortus Medicus, & Philoſophicus. Francfurti, 1588. in 4.

Catesby Carol. The natural hiſtory of Carolina, &c. by Mark Catesby. London, 1731. in f.

Cluſ. Cur. Poſter. Car. Cluſii Curæ poſteriores. Raphel. 1611. in f.
Cluſ. Exot. Car. Cluſii Exoticorum libri X. Raphelengii, 1605. in f.
Cluſ. hiſt. Carolus Cluſius rariorum plantarum hiſtoria. Antuerpiæ, 1601. f.
Com. Hort. Horti Medici Amſtelædamenſis rariorum plantarum deſcriptio, & icones, Auth. Jo. Commelino. Amſtel. 1697-1701. in f.
Dalech. Hiſt. Jacobi Dalechampii Hiſtoria generalis plantarum. Tomi II, Lugduni, 1586. f.
Dalib. Paris. Floræ Pariſienſis prodromus per Dalibard. Par. 1714. in 12.
Dict. of Arts. A new, and complete Dictionary of Arts, and Sciences by a Society of Gentlemen. Vol. IV. London, 1763. in 8.
Dill. Elth. Joh. Jacobi Dillenii hortus Elthamenſis. Vol. II. Londini, 1732. f.
Dill. Muſc. J. J. Dillenii hiſtoria Muſcorum. Oxonii 1741. 4.
Dioſc. Bot. Pedacii Dioſcoridis Anazarbei de Materia Medica. Baſileæ 1674. f.
Dodarti Mem. Memoires pour ſervir a la hiſtoire des plantes, par M. Dodart. Par. 1676. f.
Du Halde Chin. Deſcription de l' empire de la Chine, & de la Tartarie par le P. J. B. du Halde. Tom. IV. in f.
Feuillée It. Journel des obſervations faites ſur les cotes Orientales de l' Amerique par le R. P. Louis Feuillée. Tom. III. a Paris, 1714-1725; in 4.
Flor. Dan. Icones plantarum ſponte naſcentium in regnis Daniæ, & Norvegiæ. Hafniæ, 1761. f.
Fl. Lapp. Caroli Linnæi Flora Lapponica. Amſtelædami 1737. in 8.
Forsk. Arab. Flora Ægyptiaco-Arabica per Petrum Forskælium. Havniæ, 1775. in 4.
Forſt. Gen. Characteres generum plantarum, quas in itinere ad Inſulas maris Auſtralis collegerunt Joh. Reinholdus Forſter, & Ge. Froſter. Londini, 1776. f.
Garc. Arom. Hiſt. ſimplicium, & Aromatum conſcripta a D. Garcia ab Horto, Latino ſermone contracta a Car. Cluſio. Quinta editio Raphelengii 1605. f.
Gmel. Sibir. Jo. Ge. Gmelin Flora Sibirica. Tomi IV. Petropoli 1747-1769. in 4.
Griſl. Virid. Gabrielis Griſlei Viridarium Luſitanicum. Veronæ, 1748.
Gron. Virg. Joh. Frederici Gronovii Flora Virginica. Lugduni Batavorum, 1743. in 8.
Hall. Hiſt. Alberti Haller hiſtoria Stirpium indigenarum Helvetiæ. Tomi III. Bernæ, 1768. f.
Herm. Par. Bat. Pauli Hermanni Paradiſus Batavus. Lugduni Batavorum. 1688. 4.
Herm. Lugdb. Pauli Hermanni Catalogus horti academici Lugduno-Batavi, 1687. 8.

Herm.

Hern. Mex. Franciſci Hernandes Hiſtoria Naturalis Mexicana. Romæ, 1651. f.
Hill. Brit. herb. The British herbal by John Hill. London, 1757. in f.
Huds. Angl. Gulielmi Hudſoni Flora Anglica. Tomi II. Londini, 1778. 8.
Jacq. Auſtr. Nic. Joſ. Jacquin Flora Auſtriaca. Viennæ, 1773. in f.
Kæmpf. Amœn. Engelberti Kæmpferi Amoenitates exoticæ. Lemgoviæ, 1712. in 4.
Kæmpf. hiſt. Jap. Hiſtoire Naturele, Civile, & Eccleſiaſtique de l'empire du Japon par Engelbert Kæmpfer. Tom. II. a la Haye, 1729. in f.
Kalm. It. Petri Kalmii Iter Americanum. Holmiæ, 1753. vol. III. 8.
Lin. Gen. Caroli a Linné Genera plantarum. Editio ſexta Holmiæ, 1764. 8.
Lin. Sy. nat. Car. a Linné Syſtema Naturæ. Editio 13. Vol. IV. Vindobonæ, 1767. 8.
Lin. Mant. Car. a Linné Mantiſſa plantarum. Vindobonæ. Et Mantiſſa altera Holmiæ, 1771. 8.
Lin. Ph. Bot. Car. a Linné Philoſophia Botanica. Vindob., 1770. in 8.
Lin. Sp. pl. Car. a Linné ſpecies plantarum. Holmiæ, 1763. in 8.
Lin. Sy. Vegetab. Car. a Linné Syſtema Vegetabilium. Gottingæ, 1774. in 8.
Lin. H. Cliff. Car. a Linné Hortus Cliffortianus. Amſtel., 1737. in f.
Lin. M. Cliff. Car. a Linné Muſa Cliffortiana. Lugd. Batav. 1736. in 4.
Lin. Mat. Med. Caroli Linnæi Materia Medica. Lipſiæ, 1772. in 8.
Lin. Sy. pl. Car. a Linné Syſtema plantarum, curante D. Joanne Reichard. Vol. IV. Francfurti, 1779. in 8.
Lin. ſupp. pl. Caroli Linnæi Filii ſupplementum plantarum Syſtematis Vegetabilium editionis decimæ tertiæ. Brunſvigiæ, 1781. in 8.
Lob. Adv. Stirpium adverſaria nova, Auctoribus Petro Pena, & Matthia de Lobel. Londini, 1571. f.
Magn. Monſp. Petri Magnol Hortus Regius Monſpelienſis. Monſpelii, 1686. 8.
Marcgr. Braſ. Ge. Marcgravii Hiſtoria naturalis Braſiliæ. Lugd. Batav. 1648. f.
Marsd. Sumatr. Hiſtory of Sumatra by M. Marsden. London. in 4.
Martyn. Dec. Jo. Martyn hiſtoriæ plantarum rariorum decades V. Londini, 1728. f.
Matth. Dioſc. Petri Andreæ Matthioli commentarii in ſex libros Pedacii Dioſcoridis. Baſileæ, 1674. f.
Mentz. Pug. rar. Chriſtiani Mentzelii Pinax Polyglotus, & pugillus rariorum plantarum. Berolini, 1682. in f.
Mich. Gen. Micheli nova Genera plantarum. Florentiæ, 1729. in 4.
Mill. Dict. Philippi Miller Dictionarium hortilanorum. Londuni, 1760. in f.

Moriſ.

Moriſ. Hiſt. Roberti Moriſoni Hiſtoria plantarum univerſalis Oxonienſis. Oxonii, 1680. Vol. II. in f.
Neck. Muſc. Joſep. de Necker Hiſtoria Muſcorum. Manhemii, 1771. in 8.
Osb. It. Petri Osbeck Iter Indiæ Orientalis. Holmiæ, 1757. in 8.
Petiv. Gaz. Jacobi Petiver Gazophylacium naturæ. Londini, 1702. in f.
Piſ. Braſ. Gulielmi Piſonis de Indiæ utriuſque re naturali, & Medica. Amſtelædami, 1658. in f.
Piſ. Mantiſſ. Gul. Piſonis Mantiſſa Aromatum. Simul cum præcedente. in f.
Plin. Hiſt. Nat. C. Plinii Secundi Hiſtoriæ mundi libri 37. Lugduni, 1587. in f.
Pluk. Phyt. Leonhardi Plukenetii Phytographia. Londini, 1691. in 4.
Pluk. Alm. Ejuſdem Almageſtum Botanicum. Londini, 1696. in 4.
Pluk. Amalt. Ejuſdem Amaltheum Botanicum. Londini, 1705. in 4.
Pluk. Mant. Ejuſdem Mantiſſa Almag. Botanici. Londini, 1700. in 4.
Plum. Am. Caroli Plumierii Plantæ Americanæ. Pariſiis, 1693. in f.
Plum. Fil. Car. Plumierii tractatus Filicum Americanarum. Pariſiis, 1705. in f.
Pomet. Drog. Hiſtoire generale des Drogues par le Sieur Pomet. Tom. II. a Paris, 1735. in 4.
Raj. Hiſt. Joannis Raji Hiſtoria plantarum. Tom. III. Londini, 1686. in f.
Rheed. Malab. Hortus Indicus Malabaricus adornatus per Henr. van Rheede. Tomi XII. Amſtelædami, 1678-1703. in f.
Rumph. Amb. Ge. Everhardi Rumphii Herbarium Amboinienſe libri XII., & Auctuarium. Amſtelædami, 1750-1755. in f.
Scheuchz. Gram. J. Scheuchzeri Agroſtographia. Tiguri, 1719. in 4.
Scop. Introd. Joan. Antonii Scopoli Introductio ad hiſtoriam naturalem. Pragæ, 1777. in 8.
Sloan. Jam. A natural hiſtory of Jamaica by Hans Sloane. Vol. II. London, 1707, 1725. in f.
Thunb. Jap. Petri Thunberg Flor. Japonica. Lipſiæ, 1784. in 8.
Tournef. Inſtit. Joſephi Pitton de Tournefort Inſtitutiones rei herbariæ, & Corollarium Inſtit. Lugduni, 1719. Tomi III. in 4.
Vaill. Par. Sebaſtiani Vaillantii Botanicum Pariſienſe. Pariſiis, 1747. in f.
Zanon. Hiſt. Jacobi Zanonii rariorum ſtirpium hiſtoria. Bononiæ, 1742. in f.

FLO-

FLORA COCHINCHINENSIS

CLASSIS I.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi : fructu loculari.*

1. AMOMUM. *Cor.* 3 - partita : *nectario* petaliformi.
2. CURCUMA. *Cor.* 4 - partita : *nectario* 3. lobo.
3. CANNA. *Cor.* 6 - partita : *nectario* revoluto.

† 4. DONAX. *Cor.* 6 - partita : *laciniis* tribus erectis, tribus reflexis.

5. KÆMPFERIA. *Cor.* 6 - partita : *laciniis* omnibus horizontalibus.

† 6. PHYLLODES. *Cor.* 7 - fida : *nectario* oblongo, cananiculato.

** *Flores inferi : fructu loculari.*

† 7. SALOMONIA. *Cor.* 3 - fida, in tubum Curvata. *Silicula.*

† 8. GARCIANA. *Cor.* 4 - petata. *Capſ.* 3. locularis.

*** *Flores monoſpermi.*

9. BOERHAAVIA. *Cor.* 1 - petata, Campanulata.
10. HIPPURIS. *Cor.* o. *Cal.* o.

MONOGYNIA.

GENUS I. AMOMUM.

CHARACTER GENERICUS. *Cor.* 4 - fida : *laciniâ* primâ patente. Lin. Syſt. pl. G. 2.

Sp. 1. AMOMUM ZINGIBER. Linguâ Cochinchinenſi α Cây gừng : ſinh Khương. Linguâ Sinenſi β Sēm Kiām.

Differentia ſpecifica. Am. *ſcapo* nudo : *ſpicâ* ovatâ. Lin. ſp. 1.

Habitus, & notæ in loco natali obſervatæ. *Radix* ſerpens, bulbis palmatis, compreſſis, carnoſis, in ſenectute fibroſis : radiculis tenuibus, brevibus. *Culmus* annuus, 2 - pedalis, ſimpliciſſimus, ſolidus, erectus. *Folia* lineari-lanceolata, ſemepedalia, glabra, alterna : petiolis brevibus, amplexicaulibus, ſub-normaliter refractis. *Scapus* remotus, 8 pollices altus, craſſus, teres, rectus, ſquamoſus, ſæpius nudifolius : *ſpicâ* ovato-oblongâ, erectâ, compoſitâ ſquamis magnis, ovatis, ſub-acuminatis, coloratis, flores ſemiclaudentibus. *Calix* ſpatha duplex, parva. *Corolla* infundibuliformis, viridi-lutea : tubo longo, tenui : limbo 3 - partito, laciniis Conicis, ſub-æqualibus. *Nectarium* fuſco-rubrum, ovatum, integerrimum, petaliforme, baſi utrinque alatum, corollâ ſub-brevius, infra laciniarum fiſſuram anteriorem adnatum. *Filamentum* filiforme, corollæ inſidens, ipſâ brevius. *Anthera* ovata magna, in longitudinem fiſſa, amplectens *ſtylum* filiformem, ipſâ longiorem : *ſtigmate* cylindraceo, apice ciliato. *Capſula* infera, 3 - gono-rotunda, glabra, 3 - locularis, polyſperma : ſeminibus multis, oblongis.

Habitat in Cochinclinâ, & Chinâ, ubique cultum.

Zingiber fæmina. Piſ. Mant. pag. 190. fig. ibi. Gingembre. Pom. Drog. l.2. pag.68. fig.42. Zingiber maius. Rumph. Amb. l.8. c.14. t.66. f. 1.

Virtus : radicis. Calefaciens, Pellens, Stomachica, Eccoprotica. Succus expreſſus, recens prodeſt in frebribus intermittentibus ex craſſitie humorum. Decocto, aut pulvere corriguntur aquæ inſalubres : ſicut etiam Purgantia, & quidem aptius, quam cinnamomo : ſingultus ſæpe cohibentur.

Uſus. Culinarius, in Indiâ frequentiſſimus, gratus, & ſaluber.

Sp. 2. AMOMUM ZERUMBET. α Ngải xanh : Ngải mạt tlời.

Differ. ſpec. Am. *ſcapo* nudo : *ſpicâ* oblongâ, obtuſâ. Lin. ſp. 2.

Hab. & notæ. *Radix* ſerpens bulbis teretibus, tortuoſis, craſſis, ramoſis, horizontalibus, carnoſis, pallidis : odore tenui, ſub-aromatico : ſapore amaricante, nec ardente, ut Zingiberis. *Culmus* 4 - pedalis

dalis, perennis, ſimpliciſſimus, teres, ſolidus, rectus. *Folia* lanceolata, magna, glabra, petiolata, amplexicaulia, obliquè aſcendentia. *Scapus* 1-pedalis, remotus, craſſus, ſquamoſus, ruber. *Spica* magna, ſub-ovalis: ſquamis rotundatis, aſtrictis, monofloris; rubris. *Calyx* ſpatha ſimplex, acuta. *Corolla* infundibuliformis, pallida: tubo longo: limbo 3-partito, laciniâ ſummâ acutâ, inferioribus ſub-ovatis: *nectario* concolore, petaliformi, obtuſiſſimo, 2-fido, fauci corollæ adnato. *Filamentum* planum, ſubulatum, inflexum, laciniæ poſteriori corollæ inhærens, ipſi ſubæqualis. *Anthera* oblonga, medio filamenti adnata. *Germen* 3-gonum, inferum. *Stylus* filiformis, filamento æqualis, crenæ antheræ incluſus. *Stigma* concavum, ciliatum. *Capſula* obtusè 3-gona, 3-locularis, 3-valvis: *Seminibus* multis, ovatis.

Habitat incultum, cultumque in Cochinchinâ.

Lampujum. Rumph. Amb. l. 8. c. 10. t. 64. f. 1. Zingiber Latifolium, Syveſtre. Burm. Zeyl. p. 234.

Uſus. In Medicinâ externus. Calefacit, Reſolvit. Prodeſt in contuſionibus, & artuum doloribus, præcipuè crurum, & pedum, ſi ex radice recenti, & contuſâ fiat cataplaſma, vel fotus ex eâdem cum ſpiritu vini deſtillata. Garcias (Arom. l. 1. c. 43.) ſcribit radicem Zerumbet ſaccharo conditam meliorem eſſe Zingibere: fortaſſe in Malabariâ meliorem habet ſaporem: in Cochinchinâ non eſt edulis.

Sp. 3. AMOMUM CARDAMOMUM. α Bach dâu kh'âu. β Pĕ tĕu keu.

Differ. ſpec. Am. *ſcapo* ſimpliciſſimo, breviſſimo: *bracteis* alternis, laxis. Lin. ſp. 3.

Hab; & notæ. *Radix* horizontalis, repens, ſub-lignoſa, nodoſa, aromatica: radiculis ramoſis, magnis. *Culmus* perennis, binos cum dimidio pedes altus, ſimpliciſſimus, teres, erectus. *Folia* lanceolata, ſubundulata, glabra, ſtriata, amplexicaulia. *Scapus* ſimplex, breviſſimus: *ſpicâ* brevi, bracteis lanceolatis, laxis. *Corolla* infundibuliformis, 3-partita, ſub-acuta, albo-lutea: *calyce* concolore. *Flos* inter bracteas exertus. *Capſula* 3-gono-rotunda, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma: *ſeminibus* multis, angulatis: cortice lævi, albicante. Odor, & ſapor totius plantæ aromaticus, acutus, gratus.

Habitat agreſte in regno Cambodiâ, Cochinchinæ tributario.

Cardamomum Minus. Rumph. Amb. l. 8. c. 12. t. 65. f. 1. Icon bona. Bont. Jav. l. 6. c. 37. fig. pag. 126: quæ non æquè propria, ac præcedens.

Virtus: ſeminum. Calefaciens, Stomachica, Carminativa.

Uſus etiam frequens in arte Coquinariâ.

† Sp. 4. AMOMUM VILLOSUM. α Sa nhon β Sö Xi m'i.

Differt. ſpec. Am. *ſcapo* brevi, reclinato : *bracteis* linearibus : *fructu* villoſo.

Hab; & notæ. *Radix* horizontalis, ſublignoſa, repens : radiculis longiſſimis, craſſis, odoratis. *Culmus* perennis, ſimpliciſſimus, debilis, erectus, teres, 6-pedalis. *Folia* lanceolata, enervia, glabra, petiolata, amplexicaulia, reflexa. *Scapus* 4-pollicaris, tenuis, reclinatus. *Spica* ſubovata, bracteis linearibus, imbricatis. *Corolla* pallida, infundibuliformis, 3-partita : nectario petaliformi, brevi, obtuſo. *Pericarpium* inferum, ſub-globoſum, ſemipollicare, ruffum, 3-loculare, evalve, exterius obſeſſum villis multis, craſſis. *Semina* multa, angulata, fuſca, conſtricta membranulis interjacentibus. Stamen, & piſtillnm ſolitaria. Odor totius plantæ aromaticus, lenis, ſub-acutus. Sapor recentis fructus ſub-dulcis, gratus.

Habitat agreſte in montibus Cochinchinæ.

Globba Criſpa. Rumph. Amb. l. 11. c. 30. tab. 61.

Virtus : ſeminum. Sub-Calefaciens, Stomachica. Roborans, Uterina, Alexiteria. Hæc ſemina, quæ In provinciis Cochinchinæ *Qûi nhon*, & *Phu-yen* abſque culturâ naſcuntur, avidè exportantur a Sinenſibus mercatoribus, in quorum Medicinâ magni ſunt uſus.

† Sp. 5. AMOMUM MEDIUM. β Tsão quo. α Thao qua.

Differ. ſpec. Amom. *ſpicâ* caulinâ, ramoſâ : *fructu* oblongo, ſtriato, evalvi.

Hab; & notæ. *Culmus* perennis, rectus, ſimplex, 8-pedalis, craſſus, teres. *Folia* magna, oblonga, ſub-acuta, glabra, petiolis amplexicaulibus. *Flos* ſpicâ caulinâ, longâ, terminali, ramoſâ. Recentem florem non vidi; ideoque de corollæ laciniis, & nectario incertus maneo. *Pericarpium* inferum, oblongum, obtuſum, ſubteres, ſtriatum, craſſum, coriaceum, evalve, exſuccum, 3-loculare, polyſpermnm. *Semina* multa, angulata, membranulis diſtincta, fuſca, odorata, ardentia.

Habitat in provinciâ *Yü nän* imperii Sinenſis, ad occaſum provinciæ Cantonienſis. Suſpicor eandem eſſe plantam, quam Bontius (Jav. l. 6. c. 37. pag. 127.) deſcribit, delineatque ſub nomine Cardamomi Maioris. Forma fructus valde convenit cum Cardamomo Medio, apud Matth. in Dioſc. l. 1. c. 5. pag. 28.

Virtus : ſeminum. Calefaciens, Incidens, Deobſtruens, Antacida. Prodeſt in febribus quartanis diuturnis.

Utuntur etiam indigenæ his ſeminibus ad condiendos cibos : ſimulque acuendam vim cujuſcumque odoris.

† Sp. 6. AMOMUM GLOBOSUM. α Mé tlé, β Tsão keu.

Differ.

Differ. ſpec. Am. *ſpicâ* caulinâ, ramoſâ: *fructu* globoſo, lævi.

Hab; & notæ. *Radix* tuberculoſa, repens, brevis. *Culmus* perennis, ſimpliciſſimus, teres, erectus, 4-pedalis. *Folia* lanceolata, magna, glabra, enervia, petiolata, amplexicaulia, erecta. *Flos ſpicâ* caulinâ ovato-oblongâ, erectâ: ramis obliquis: *ſpathis* partialibus, ſub-4-floris. *Perianthium* tubuloſum, 3-4-dentatum. *Corolla* ſupera, albo-rubra, infundebuliformis, 3-partita: laciniis oblongo-ovatis, ſub-æqualibus. *Nectarium* longitudine ſeſcuplum, undulatum, apice rotundatum; emarginatum, petaliforme, corollæ inſiſtens. *Filamentum* planiuſculum, longum. *Anthera* oblongo-ovata, crenâ verticali amplectens *ſtylum* filiformem, ipſâ longiorem. *Stigma* concavum, ciliatum. *Pericarpium* globoſum, glabum, album, evalve, 3-loculare, polyſpermum: cortice tenui, fragili: *ſeminibus* multis, angulatis, fuſcis, odoratis, ſub-ardentibus.

Habitat in montibus Cochinchinæ, & Chinæ.

Virtus: ſeminum, & radicis. Leniter Calefaciens, Stomachica, Antacida. Ventris dolores, vomitum, & diarrhæam petuitoſam cohibet. Uſus illius frequens apud Sinenſes, & Cochinchinenſes Medicos.

† Sp. 7. AMOMUM HIRSUTUM. α Mé tlé bà.

Differ. ſpec. Am. *ſpicâ* caulinâ, ſimplici, reclinatâ: *fructu* ſub-rotundo, hirſuto.

Hab; & notœ. *Radix* horizontalis, ramoſa, repens. *Culmus* perennis, ſimpliciſſimus, erectus, teres, hirſutus, 6-pedalis *Folia* lanceolata, magna, erecta, petiolis amplexicaulibus. *Flos ſpicâ* caulinâ, lineari, reclinatâ, ſimplici: pedunculis, & ſpathis 2-floris. *Perianthium* tubuloſum, 4-fidum, inferum: laciniis rotundatis, æqualibus. *Corolla* ſupera, infundibuliformis, 3-partita, laciniis obtuſis, ſub-æqualibus. *Nectarium* petaliforme, latiſſimum, obtuſum, incurvum, 4-fidum, laniciis binis lateralibus brevioribus, rotundatis. *Stamen* unicum. *Fructus* ſubrotundo-trigonus, hirſutiſſimus, evalvis, 3-locularis, polyſpermus: *ſeminibus* multis, angulatis. *Corolla* albo, rubro, & flavo variegata. Odor, & ſapor ſub-fatuus. Virtus nondum probata.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Sp. 8. AMOMUM GALANGA. α Cây riêng: Cao Luong Kuong. β Cào Leàm Kiām.

Differ. ſpec. Am. *ſpicâ* caulinâ, erectâ: *ſpathis* ſub-trifloris: *capſulâ* 3-gono-ovatâ, glabrâ.

Hab; & notæ. *Radix* bulboſa, horizontalis, repens: ramis teretibus,

craſſis,

craſſis, tortuoſis, nodoſis. *Culmus* perennis, ſimpliciſſimus, erectus, glaber, 6 - pedalis. *Folia* ovato-lanceolata, enervia, glabra, erecta, magna, petiolis amplexicaulibus. *Flos ſpicâ* oblongâ, erecta: *pedunculis*, & *ſpathis* partialibus ſub - 3 - floris. *Perianthium* inferum, tubuloſum, obtusè 3 - fidum. *Corolla* ſupera, albo-lutea, 3 - partita, laciniis oblongo-ovatis, concavis, patentibus, ſubæqualibus. *Nectarium* petaliforme, ſubrotundum, emarginatum, laciniis corollæ ſubœquale. *Filamentum* 1, lineare, craſſum, in longitudinem ſulcatum, corollâ longius. *Anthera* oblonga, 2 - fida, amplectens ſtylum longiorem, crenæ ipſius; & filamenti incluſum: *ſtigma* craſſiuſculum, emarginatum. *Capſula* 3 - gona, 3 - locularis, 3 - valvis: *ſeminibus* multis ſubrotundis. Odor totius plantæ aromaticus: ſapor ardens.

Habitat tam culta, quam agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ. Galanga Maior. Lancquas. Rumph. Amb. l. 8 c. 9. tab. 63. ubi ſatis propriè delineatur, & deſcribitur.

Virtus: Radicis, & ſeminum. Calefaciens, Incidens, Stomachica, Sternutatoria. Prodeſt in Colicâ petuitoſâ, Diarrhæâ, Vomitu, Singultu.

Uſus: œconomicus recentis radicis ad condiendos piſces, ſalgama, & acetaria. Præterea ad parandum, & acuendum ſpiritum vini, quem ex oryzâ, vel ſaccharo fermentato extrahunt. Craſsè contuſam, & æquali oryzæ maſſæ commixtam in bolos efformant, quos in camino ſuſpendunt, ut longo tempore fuliginem imbibant. Bolis iſtis contritis quantitatem, quam volunt oryzæ coctæ ſubigunt, ac per noctem ſinunt quieſcere. Sequenti die fermentatam inveniunt, & alembico magno, ſed humili includunt, indeque ad ignem deſtillat ſpiritus non inferior ſpiritu vinoſo palmæ Cocos, & & fortaſſe ſalubrior.

Obſerv. Miror Celeb. Linnæum hanc plantam adſcripſiſſe G. Marantæ, cujus characterem eſſentialem agnoſcit *corollam ringentem*, 5 - *fidam*: *laciniis* 2 *alternis patentibus*. Galanga noſtra (quæ eadem Rumphii) nec eſt ringens, nec 5 - fida, nec habet duas lacinias alternas patentes, ſed omnes, quæ tres ſunt, magnitudine, & formâ fere æquales. Non ignoro Rumphium dixiſſe florem Galangæ 4 - petalum: ſed attentè legenti patebit quartum, quod vocat *petalum erectum inſtar vixilli*, nectarium eſſe petaliforme, non corollæ laciniam, quod ex ſitu interiore, & inſpectione figuræ confirmatur: quamvis idem Nectarium ex noſtrâ obſervatione non ita ad baſim attenuetur, prout videtur in figurâ Rumphianâ. Itaque indubius aſſero plantam iſtam ſpeciem eſſe Amomi, non Marantæ. Eandem cum aliis a me antea in Europam miſſam examinavit Clar. Bergius (Mat. Med. pag. 5.) eamque Amomi ſpeciem agno-

agnovit. Nec obſtat, quod a Doct. Viro vocetur Amomum Zedoaria Officinarum; ſiquidem, ſi pharmacoplas interrogemus, nunc pro Zedoariâ, nunc pro Galangâ eandemmet radicem nobis obtrudent; cum nondum certò conſtet, quæ vera Zedoaria, aut Galanga antiquorum ſit.

+ Sp. 9. AMOMUM ARBOREUM. ♄ . . .

Differ. ſpec. Am. *Caule* arboreo: *fructu* Calycino.

Hab; & notæ. *Arbor* 10-pedalis: *ramis* multis, tortuoſis, patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, parva, inferius tomentoſa, omnia ad unum latus verſa, petiolis vaginantibus. *Flos* dilutè ruber, ſeſſilis, ſuffultus ſquamâ conicâ, concavâ, ad apicem ſubtus carinatâ: *ſpicâ* ovata terminali, undique floriferâ. *Perianthium* 1-phyllum: tubo magno, ovato-trigono: limbo 3-partito, laciniis acutis, erectis. *Corolla* ſupera, infundibuliformis, 3-partita: laciniis lanceolatis, ſubæqualibus, patentibus. *Nectarium* petaliforme, lato-ovatum, corollæ ſub-æquale, ipſius tubo interius adnatum. *Filamentum* 1, lanceolatum, coloratum, tubo corollæ, & nectario ſimul connexum. *Anthera* linearis, medio filamenti in longitudinem coalita. *Germen* calycinum, 3-gonum. *Stylus* filiformis, crenæ antheræ incluſus, illâ longior. *Stigma* verticaliter planum, apice truncatum. *Pericarpium* ovato-trigonum, ex tubo calycis in maturitate in 3 valvas ex angulis dehiſcente, 3-loculare, polyſpermum. *Seminibus* multis, longiuſculis, angulatis. Sapor, & odor vix ullus. Virtus incognita. Arboris lignum leviſſimum, nec foco aptum.

Habitat in inſulâ Samatrâ, verſus plagam orientalem in ſylvâ parum a litore diſtante.

Obſerv. Cum in diverſis Amomi Speciebus, Calyx, Corolla, Nectarium, Stamen, fructusque ſæpe inter ſe differant: numerus autem laciniarum corollæ ſemper ternus, & Nectarium ſemper formâ petali, quamvis ſitu a laciniis diverſum, obſerventur: in iſtis, non in illis, conſtituendus videtur character eſſentialis Generis Amomi. Unde ſequitur Globbam Sylveſtrem (Rumph. Amb. l. 11. c. 33. t. 62.) Amomi ſpeciem eſſe, quam Linnæus Junior vocavit Renealmiam. Suppl. pl. pag. 7, & pag. 79.

GENUS II. CURCUMA.

Charact. Gener. *Stamina* 4 ſterilia: quinto fertili. Lin. ſy. pl. G. 6.

Obſerv. Celeb. Linnæus (ſyſt. Nat. pag. 50, & ſyſt. Veget. pag. 49.) quaſi datæ deſcriptioni diffideret, nos monuit, characteres Amomi, Alpiniæ, Curcumæ, Thaliæ ab autoptis ex plantis vivis accuratius deſcri-

deſcribendos, quod nos diligenter exequi curavimus circa Amomum; & Curcumam: Thaliam vero, & Alpiniam non vidimus.

† *Deſcriptio Naturalis Curcumæ Vulgaris in ſolo natali.*

Cal. Perianthium ſuperum, 2-fidum: laciniis oblongo-ovatis, erectis, ſpicæ ſquamis occultis.
Cor. Monopetala, infundibuliformis: tubo tenui, perianthio æquali, ſuperius dilatato: limbo 4-partito, laciniis longitudine ſub-æqualis: binis lateralibus obtuſis, undulato-plicatis: ſummâ acutâ, incurvâ: infimâ latiore, 2-fidâ, laciniis rotundatis.
Nectarium magnum, incurvum, 3-lobum, medio emarginato, baſi laciniæ corollinæ exteriori ad natum.
Stam. Filamentum 1, lato-planum, breve, apice rotundatum, laciniæ ſummæ corollæ inſiſteus. Anthera exotica, ſub-cubica, 2-fida: appendice ſubulatâ utrinque exertâ.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus capillaris, ſtamini æqualis, crenæ antheræ incluſus. Stigma Concavum.
Peric. Capſula ſubrotunda, lævis, 3-valvis, 3-locularis, polyſperma. Sem. Rotunda, pauca.
Obſerv. Labium illud ovatum, (apud Linnæum) ſtaminave 4 ſterilia nullibi invêni.

Char. Gener. ex propriâ obſervatione. *Cor.* 4-partita. *Nectarium* 3-lobum. Filamentum planum.

Sp. 1. CURCUMA LONGA. α Ngệ: Kuong hùynh. β Kiām hoâm.
Differ. ſpec. Curc. *foliis* lanceolatis: *nervis* lateralibus numeroſiſſimis. Lin. ſp. 2.
Hab. *Radix* perennis, ſerpens, carnoſa, palmata, ramis teretibus, circulis parallellis, radicantibus articulata: cortice tenui pallido: pulpâ croceâ, ſapore ſubamaricante, odore unguentario. *Caulis* nullus. *Folia* lato-lanceolata, magna, integerrima, glabra, annua, pallido-viridia, lineis obliquis, tenuibus, denſis ſulcata: petiolis longis, erectis, baſi dilatatis, ſe mutuo ſuſtinentibus, & amplectentibus. *Scapus* externus, 3-pollicaris, tenuis, ſuberectus, ſub-nudus, foliorum faſciculo aproximatus. *Spica* craſſa, ſub-ovata, 3 pollices longa: ſquamis membranaceis, ſub-acutis, albicantibus, ſemipatentibus, infra medium lateraliter coalitis. *Flos* ſeſſilis, albus, nectario luteo, ſingulis ſpicæ ſquamis ſolitariè incluſus.
Habitat ubique culta, incultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.
Curcuma Domeſtica. Rumph. Amb. l. 8. c. 16. tab. 64. Terra Merita. Pomet. Drog. l. 2. p. 72. fig. 47. Curc. rad. longâ. Burm. Zeyl. p. 83.

Virt.

Virt. Reſolvens, Emmenagoga, Diaphoretica. Valet in Ictero, Cachexia, contuſionibus, vulneribus, ſcabie, imo etiam in Leprâ, pellendo per tranſpirationem, ſi ſumatur cum ſulphure: vel cum terebinthinâ per urinam. Exterius pruritum, & affectus cutaneos corrigit.

Uſus œconomicus ad condiendos cibos loco Croci, frequentiſſimus in Indiâ. Curcumâ tinguntur telæ, pelles, ligna, oſſa, & metalla.

Sp. 2. CURCUMA ROTUNDA. α Ngải Miọ. β Pum ngô méu.

Differ. ſpec. Curc. *foliis* lanceolato-ovatis: *nervis* lateralibus rariſſimis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Radix* perennis, bulbus ovatus, magnus, ovo anſerino ſæpe æqualis: exterius pelliculâ tenui, ruffeſcente, annulis parallelis radicantibus cinctus: interius ſolidus, carnoſus, flavo-ruber, guſtu amaricante, odore ſubaromatico. Serpit ſub terrâ radix per parvos bulbos, ejuſdem formæ ovatæ, ad latera bulbi materni accreſcentes. *Caulis* nullus. *Folia* annua, 3 pedes alta, erecta, lato-lanceolata, ſubobtuſa, glabra, læté viridia, lineis obliquis paucis ſulcata: petiolis brevibus, ad baſim dilatatis, interiores amplectentibus, craſſum caulem mentientibus. *Florem* recentem non vidi, quamvis per aliquot annos plantam ſtudioſè coluerem; naturâ enim agreſtis eſt.

Habitat frequens montes Cochinchinæ, & Chinæ.

Manja-Kua. Rheed. Malab. 11. pag. 19. tab. 10. Curcuma radice rotundâ. Burm. Zeyl. pag. 84. Zerumbet Tommon Bezaar (Rumph. Amb. l. 8. c. 17. t. 68.) ſuſpicor hanc ſpeciem Curcumæ deſignare. Deſcriptio quodammodo convenit: ſed figura nec propriæ deſcriptioni, nec noſtræ benè aptari poteſt.

Virtus. Fere eadem, quæ præcedentis: ſed fortior, ac internè ſumpta minus tuta. Externè heroicum pharmacum expertus ſum in dolore, & tumore ventris ex ſupreſſione lochiorum, vel menſium. Ex bulbis recentibus Curcumæ Rotundæ, & Crini Zeylanici, foliiſque Artemiſiæ contuſis, addito parum aceti, fit cataplaſma, quod calidum topicè applicatur. Radix iſta non eſt eſculenta. Ad tingendum adhibetur, colore quidem pulchro, ſed inconſtante.

† Sp. 3. CURCUMA, PALLIDA α Ngệ hoang. β San Kiām hoām.

Differ. ſpec. Curc. *bulbis* nodoſis: *ſcapo* longo, bracteato.

Hab; & notæ. *Planta* annua, acaulis, erecta, 3-pedalis. *Radix* perennis, horizontalis, ſerpens, oblonga, teres, tortuoſo-nodoſa, intus, & foris pallida, carnoſa, odore, & ſapore tenui. *Folia* lanceolata, magna, ſulcis obliquis, tenuibus, plurimis: petiolis baſi dilatatis, interiores ambientibus. *Scapus* externus, 8 pollices

ces longus, bracteis brevibus veſtitus. *Spicâ* oblonga, ſquamis ovato-lanceolatis, laxis, reflexis, rubeſcentibus, 1 - floris. *Corolla* albo-lutea, 4 - partita: *nectario* 3 - lobo. *Stamen* 1, fertile, ſterilia nulla. Capſula infera 3 - lo cularis, 3 - valvis, polyſperma.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum.

Curcuma Agreſtis. Rumph. Amb. l. 8. pag. 164.

Uſus internus, quantum ſcio, nullus. Radix contuſa, & externè applicata medetur artuum doloribus, & contuſionibus.

Obſerv. Rumphius (Amb. l. 8. cap. 17.) varias Tommon ſpecies exponit, quas ad genus Curcumam pertinere ſentio: ſed ex defectu ſufficientis examinis certò decidere non audeo. Curcuma Longa Linnæi aptius vocaretur cum Rumphio Curcuma Domeſtica, quatenus imprimis coli ſoleat: vel Curcuma Vulgaris, quia uſu in Indiâ frequentiſſimo ab omnibus cognoſcitur.

GENUS III. CANNA.

Char. Gener. *Cor.* 6 - partita, erecta: *labio* 2 - partito, revoluto. *Stylus* lanceolatus, corollæ adnatus. *Cal.* 3 - phyllus. Lin. ſy pl. G. 1.

Sp. 1. CANNA INDICA. α Ngài hoang. β San Kiếm.

Differ. ſpec. Can. *foliis* ovatis, utrinque acuminatis, nervoſis. Lin. ſp. 1.

Hab. & notæ. *Caulis* ſimpliciſſimus, erectus, 3 - pedalis, minimum digitum craſſus. *Radix* bulboſa, ſub-palmata, repens, perennis pallida. *Folia* lato-lanceolata, magna, glabra, obliquè ſulcata: petiolis amplexicaulibus. *Flos* terminalis, nitidè coccineus, *ſpicâ* erectâ, pauci florâ. *Calix* ſuperus, foliola 3, lanceolata, perſiſtentia. *Corolla* erecta, 6 - partita, inæqualis: *nectario* centrali, 2 - partito, revoluto. *Stylus* lanceolatus, corollæ adnatus. *Anthera* 1, linearis, lateri nectarii in longitudinem adhærens. Capſula, ſcabra, 3 - gono-ovata, 3 - locularis, 3 - valvis: feminibus paucis, globoſis, nigris, nitidis.

Habitat in collibus, & agris incultis Cochinchinæ, ac Chinæ.

Cannacorus. Rumph. Amb. l. 8. c. 22. t. 71. f. 2. Cannacorus flore coccineo, ſplendente. Fourneſ. Inſt. pag. 367. tab. 192. Ubi flos, & fructus naturali magnitudine optimè exprimuntur.

CE-

† GENUS IV. DONAX.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Foliola 2, ſpathacea, lanceolata, inæqualia, convoluta, infera, geminum florem ſuſtinentia.
Periantium proprium ſuperum, 3-phyllum: foliolis ſubulatis, incurvis, deciduis.
Cor. Monopetala, irregularis, 6-partita: laciniis 3 exterioribus lanceolatis reflexis, ſubæqualibus: 3 interioribus obtuſis, erectis, inæqualibus: omnibus ad baſim attenuatis, in tubum coalitis.
Stam. Filam. 1, petaliforme, corollæ adnatum, ipſâ brevius. Anthera oblonga, lateralis.
Piſt. Germen ſubrotundum. Sylus planus, turbinatus, corollâ brevior: laciniâ quâdam, parvâ, obtuſâ, inciſâ ad baſim vaginatus. Stigma Concavum, inæquale.
Peric. Fructus globoſus, glaber, exſuccus, evalvis, 3-locularis, 1-ſpermus.
Sem. ſubrotunda, ſcabra: raro ad maturitatem pervenientia, præter unum, binis aliis ſuffocatis.

Nom. (Δόναξ arundo) a formâ plantæ arundini ſimilis.

Char. Gener. *Cor.* 6-partita: *laciniis* 3 exterioribus, lanceolatis, reflexis: 3 interioribus obtuſis, erectis. Fructus 3-locul., 1-ſpermus.

Sp. 1. DONAX ARUNDASTRUM. *a* Cây lung.
Differ. ſpec. Don. *foliis* ovatis: *paniculis* ſparſis.
Hab. *Caulis* fruticoſus, teres, ſolidus, æqualiſſimus, nitidus, inferius enodis, ad apicem diviſus in ramos patentes, 8 pedes altus. *Radix* ſerpens, horizontalis, tuberculoſa, lignoſa, arundiformis. *Folia* lato-ovata, ſub-acuminata, integerrima, glabra, alterna, lineis denſis obliquè ſtriata: petiolis teretibus, tenuibus, longiuſculis. *Flos* albus, ſubterminalis: *paniculis* magnis, ſparſis nutantibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Arundaſtrum Tonchat. Rumph. Amb. l. 6. cap. 10. tab. 7.
Obſerv. Hanc plantam varii Auctores Marantæ adjudicaverunt, ut puto, flore non viſo, quia Maranta ab eâ longè differt, juxta characterem Linnæarum nobis propoſitum. Sy. pl. t. 1. pag. 4. Non autem ita longè diſtare videtur juxta integram deſcriptionem genericam, (Lin. Gen. gl. edit. 6. pag. 3. Genere 5.) quam poſtea ipſe Linnæus

corrigens degenerantem reddidit ab Arundaſtro Rumphiano, noſtroque.

GENUS V. KÆMPFERIA.

Char. Gener. *Cor.* 6 - partita : *laciniis* 3 maioribus patulis, unicâ 2 - partitâ. *Stigma* 2 - lamellatum. Lin. ſy. pl. G. 7.

Sp. 1. KÆMPFERIA GALANGA. α Thien lien : Tam nại β Sãn lãy.
Differ. ſpec. Kæmp. *foliis* ovatis, ſeſſilibus. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Planta* acaulis, annua, ſuccoſa tota. *Radix* bulboſa, palmata, ſerpens, lobis ovatis, lævibus : radiculis ſubulatis, craſſis, ſimplicibus. *Folia* lato-ovata, in orbem poſtrata, integerrima, glabra, ſulcis multis longitudinalibus exarata, obſcuro-viridia : petiolis ſubterraneis, brevibus, membranaceis, interiores amplectentibus. *Flos* radicalis, ſolitarius, ſeſſilis, ſuccoſus, albiſſimus, maculâ violaceâ magnâ in medio notatus. *Calix* inferus, ſpathæ multæ, ſubulatæ, imbricatæ : perianthium nullum. *Corolla* monopetala, hippocrateriformis : tubo longo, gracili, curvato. Limbus expanſus, horizontalis, 6 - partitus : laciniis 3 lanceolato-linearibus, ſubincurvis, æqualibus, longioribus : binis alternis ovatis : infimâ latiore, obtuſiſſimâ, breviter 4 - fidâ. *Nectarium* tubuloſum, 2 - fidum, utrinque reflexum, apice rotundatum, tubum corollæ ſuperans. *Filamentum* nullum. *Anthera* oblonga, lateralis, nectario affixa. *Germen* ſubrotunuum, inferum, minimum, abortiens. *Stylus* capillaris longitudine tubi. *Stigma* obtuſum. Odor totius plantæ aromaticus, gratus, diu perſeverans. Sapor ſub-acutus. Color radicis intus albus, foris purpuraſcens.
Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.
Linnæus (Hort. Cliff. tab. 3.) Kæmpferiam eleganter delineat, ſed juniorem; maturior enim folia habet fere rotunda, nec acuminata : tuncque radix palmata fit, lobis ovatis circum accreſcentibus. Ibi infima corollæ lacinia apparet 2 - fida, quæ in noſtrâ videtur 4 - dentata. Icon Rumphiana (Amb. l. 8. tab. 69. f. 2.) minus propria haberi poteſt. At Aro-orchis Burmmani (Zeyl. tab. 13. f. 1.) nullatenus Kæmpferiæ convenit, ac potius Orchideis, quam Monandris adſcribenda videtur.
Virtus. Stomachica, Cephalica, Diaphoretica, Alexiteria.

† GE-

† GENUS VI. PHYLLODES.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Inferus, ſpathæ multæ, acutæ, imbricatæ, polyfloræ.
Perianthium proprium 3-phyllum: foliolis ſubulatis, erectis, æqua-qualibus.
Cor. Tubuloſa: limbo 7-fido, laciniis 3 exterioribus acutis, ſubæqualibus, reflexis: 4 interioribus obtuſis, erectis, inæqualibus.
Nectarium longum, canaliculatum, erectum.
Stam. Filamentum 1, ſubulatum breve, lateri nectarii ad baſim coalitum. Anthera oblonga, irregularis: ſphærulas nudis oculis conſpicuas pro polline emittens.
Piſt. Germen trigono-ovatum, inferum. Stylus craſſus, brevis, ſtamine ſub-longior. Stigma concavum, verſus antheram inclinatum.
Peric. Capſula obtusè 3-gona, monoſperma.
Sem. 1, ovatum, læve.
Nom. Phyllódes, ſive progenies folii dicitur; quia ex folii dehiſcente petiolo flos enaſcitur.

Char. Gener. *Cor.* inæqualis, 7-fida: *nectario* longo, canaliculato, erecto.

† Spec. 1. PHYLLODES PLACENTARIA. α Lá deaong. β Toung iep.
Differr. ſpec. Phyl. acaulis: *petiolis* longiſſimis, ſtantibus: *cymis* florum e petiolo fiſſo prodeuntibus.
Hab. Planta perennis, *acaulis*, 5-pedalis: cujus pedes 4 occupant *petioli* rectiſſimi, teretes, æqualiſſimi, nitidi, invicem diſtantes. *Folia* pedalia, ovato-oblonga, apice acuta, integerrima, plana, obliquè ſulcata, glabra, coriacea. *Flos* albus, aggregatus in Cymam hemiſphæricam, magnam, ſeſſilem, infra medium petioli dehiſcentis erumpentem: *involucro* 2-phyllo, ſpathas partiales, polyfloras colligente. Radix tuberculoſo-fibroſa, horiſontalis, ſerpens. Germen plerumque abortit.
Habitat loca Umbroſa Cochinchinæ, & Chinæ.
Uſus æconomicus: ad involvenda cibaria, maximè placentas, ſimul cum iſtis foliis in caldaris elixandas, unde gratiorem ſaporem, & colorem acquirunt. Eadem folia tenera, necdum explicata immergunt ſpiritui vinoſo oryzæ, vel ſacchari triplici aquâ diluto, ut fiat acetum.
Obſerv. Quantumuis rarò accidat, ut flores ex petiolis filiorum erumpant, hoc tamen obſervatur in Menyanthe Indicâ, Turneriâ Ulmi-

mifoliâ, & Pontederiâ Vaginali, Haſtatâque: quarum nulla convenit cum Phyllódis charactere Claſſico, aut Generico, nec etiam habitu, ſi notam illam petioli floriferi excîpias. Involucrum Daun Bonkus (Rumph. Amb. l. 11. c. 12. t. 53.) magis ad noſtram accedit foliis, flore, uſuque apud indigenas: ſed quot habeat ſtamina ignoramus, nec deſcriptio Rumphiana completa eſt, ut poſſimus certò judicare.

† GENUS VII. SALOMONIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, compreſſum, 5-fidum: laciniis ſubulatis brevibus, ſubæqualibus, ſubpatentibus.
Cor. Monopetala, formata ex lamellâ oblongâ in tubum cylindricum, fiſſum longitudinaliter connivente: limbo 3-fido, brevi, laciniis rotundatis, erectis: mediâ longiore, cucullatâ.
Stam. Filamentum 1, filiforme, breve, medio laciniæ longioris inſiſtens, ipſi ſubæquale. Anthera ovata, incumbens, cucullo tecta.
Piſt. Germen ſubrotundum, compreſſum, ſuperum. Stylus inflexus, in medio ventricoſus, ſtamine brevior. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Silicula compreſſa, 2-loba, ſcabra, 2-locularis, 1-ſperma.
Sem. ſub-ovata, compreſſa.
Nom. Salomonia a Primo Univerſali Botanico Salomone, Rege Hebræorum.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* infera, 3-fida. *Capſ.* 2-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. SALOMONIA CANTONIENSIS. β Siau lam teng.
Differ. ſpec. Sal. *foliis* cordatis, 3-nerviis: *ſpicis* terminalibus.
Hab. *Caulis* herbaceus, annuus, 6-pollicaris, erectus, ſulcatus, multiplex. *Folia* cordata, acuminata, integerrima, glabra, ſparſa: petiolis brevibus. *Flos* violaceus, *ſpicis* ſimplicibus, erectis, terminalibus.
Habitat inculta Cantone Sinarum.

† GENUS VIII. GARCIANA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium nullum.
Cor. Petala 4, infera: quorum 2 oppoſita ſubrotunda, acuminata, ſerra-

ſerrata, plicata: 2 alia alterna lanceolata: omnia erecta, piloſa, longitudine ſubæqualia.

Stam. Filamentum 1, planum, lato-ſubulatum, baſi curvatum, utrinque alatum, apice reflexum. Anthera terminalis, magna, in cochleam ex utrâque parte ſpiraliter voluta.

Piſt. Germen compreſſo-ovatum, piloſum. Stylus filiformis, craſſus, filamento æqualis. Stigma convexum, papilloſum.

Peric. Capſula ovata, compreſſa, piloſiſſima, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma.

Sem. Plurima, longiuſcula, ſcabra.

Nom. Garcianam dixi in memoriam Primarii Aromatum Scriptoris Garciæ ab Horto. Scio Linnæum (Cliffort. pag. 184.) jam antea dicaſſe Garciæ ſimul, & Garcino arborem Garciniam: quæ tamen iſtius nomen potius, quam illius repræſentat. Igitur ut unicuique ſuus honos, nomenque maneat, non æquivocum, ſed integrum, Garciniam totam Garcino, Garcianam integram Garciæ ſervamus.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* infera, 4-petala. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. GARCIANA COCHINCHINENSIS. α Cây Bồn bồn. β Ti'ên kim.

Differ. ſpec. Garc. foliis equitantibus: ſpicâ terminali.

Hab. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, ſimpliciſſimus, teres, lanuginoſus, erectus. *Folia* ſubulata, equitantia, craſſa, foris ſtriata, intus ſpongioſa. *Flos* coloris aurei, bracteâ acuminatâ, hirſutâ, brevi ſuffultus: *pedunculis* ſolitariis, in *ſpicam* longam, erectam, terminalem diſpoſitis aſſurgens.

Habitat loca humida Cochinchinæ. Unde anno 1774 per me in Europam miſſa. Poſtea eandem examinavi Cantone Sinarum, inveníque Cochinchinenſi convenientem.

GENUS IX. BOERHAAVIA.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* 1. petala, campanulata, plicata. *Sem.* 1, nudum, inferum, Lin. ſy. pl. G. 9.

Sp. 1. BOERHAAVIA DIFFUSA. β Houng ſi ſin.

Differ. ſpec. Boer. *Caule* lævi diffuſo: *foliis* ovatis. Lin. ſp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, tenuis, diffuſus, procumbens, flexuoſus, teres, lævis, rubeſcens, ramoſus. *Folia* oblongo-ovata, ſub-acuta, repanda, glabra, oppoſita, rubeſcentia. *Flos* axillaris, paniculâ diffuſâ: *pedunculo* communi longo, tenui: par-

partialibus ſubdiviſis, rubris, brevioribus. *Cal.* o. *Corolla* ſupera, rubra, 5-fida, plicato-clauſa. Stamen 1. Semen 1, nudum, ovatum, 5-ſulcatum, aſperum.
Habitat agros Cantonienſes in Chinâ.
Hujus varietatem ibidem obſervavi, cujus flos pallidus, caulis, & folia non rubeſcunt: cætera conformia.

† Sp. 2. BOERHAAVIA AFRICANA. *γ* . . .
Differ. ſpec. Boer. *Caule* diffuſo, hirſuto: *foliis* cordato-rotundis: *racemis* dichotomis, terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, diffuſus, teres, piloſus, 2-pedalis, ramoſus. *Folia* cordata, ſubrotunda, obtuſa, repanda, glabra, craſſa, oppoſita. *Flos* purpureus, racemis magnis, dichotomis, terminalibus. *Calix* 3-phyllus, inferus, deciduus. *Corolla* ſupera, campanulta, nec plicata: limbo brevi, patente, 5-fido: laciniis emarginatis, in mediâ emarginaturâ acuminatis. *Stamen* 1. *Semen* 1, nudum, inferum, ſulcatum.
Habitat Mozambicci in Africâ Orientali.

GENUS X. HIPPURIS.

Char. Gener. *Cal.* o *Petala.* nulla. *Stigma* ſimplex. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G. 11.

† Sp. 1. HIPPURIS INDICA. *α* Cây nần.
Differ. ſpec. Hip. *ſcapo* nudo: *radice* tuberoſâ.
Hab; & notæ. Planta paluſtris, *acaulis*: *radice* fibroſâ, repente: tuberibus multis, ſubrotundis, ſparſis, parvis, nigris, piloſis, edulibus. *Folia* ſubulata, longa, erecta, congeſta. *Scapus* 4-pedalis, nudus, rectiſſimus, ſimpliciſſimus, teres, ſtriatus: intrinſecus tuboloſus, interceptus membranis tranſverſus, plurimis. *Spica* terminalis, coarctata, longa, erecta, reticulato-ſquamoſa, craſſitie culmum vix ſuperans. *Calyx*, & *corolla* nulli. *Stamen* 1 longum. *Stylus* ſtamini æqualis: *ſtigmatibus* binis, oblongis. *Semen* 1, orbiculatum, nudum, ſquamâ ſpicæ fotum.
Habitat loca aquoſa Cochinchinæ.
Cyperus Dulcis. Rumph. Amb. l. 10. c. 3. t. 3. f. 1.

CLAS-

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

1. PHILLYREA. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 1. ſperma.
2. LIGUSTRUM. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4. ſperma.
3. ERANTHEMUM. *Cor.* 5-fida: tubo filiformi. *Capſula.*
4. JASMINUM. *Cor.* 5-fida. *Bacca* dicocca.
5. NYCTANTHES. *Cor.* 8-fida. *Bacca* dicocca.

** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capſularis.*

† 6. STRIGA. *Cor.* hippocrateriformis, 4-fida: *laciniâ* ſummâ emarginatâ.
7. GRATIOLA. *Cor.* 4-fida. *Stamina* 4: 2 ſtirilia.
8. JUSTICIA. *Cor.* ringens. *Capſ.* ungue elaſtico.
9. DIANTHERA. *Cor.* ringens. *Antheræ* 2 in ſingulo filamento.
10. UTRICULARIA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus.

*** *Flores inferi monopetali, irregulares. Fructus gymnoſpermi.*

11. VERBENA. *Cor.* ſubæqualis. *Cal.* laciniâ ſupremâ breviore.
12. ZIZIPHORA. *Cor.* ringens: galeâ reflexâ. *Calyx* filiformis.
13. ROSMARINUS. *Cor.* ringens: galeâ falcatâ. *Stam.* curva.

DIGYNIA.

† 14. OSMANTHUS. *Cor.* campanulata. *Filamenta* plana: *Antheris* lateralibus

15. ANTHOXANTHUM. *Cal.* gluma 1 - flora; oblonga. *Cor.* gluma ariſtata.

TRIGYNIA.

16. PIPER. *Cor.* o. *Bacca* 1 - ſperma.

MO-

MONOGYNIA.

GENUS I. PHILLYRIA.

Char. Gener. *Cor.* 4 - fida. *Bacca* 1 - ſperma. Lin. ſy. pl. G. 19.

† Sp. 1. PHILLYREA Indica. α Cây râm.
Differ. ſpec. Phil. *foliis* ovatis, acutis : *racemis* terminalibus.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramoſiſſima : ramis oppoſitis, patentibus, tortuoſis. *Folia* ovata, apice acuta, ſub-crenata, parva, glabra, obſcuro-viridia, oppoſita, reflexa. *Flos* albus terminalis, racemis brevibus, plurimis. *Cal.* Cyathiformis, 4 - dentatus. *Corolla* campanulata, 4 - fida. *Stamina* 2, brevia. *Bacca* 1 - ſperma, parva, rotunda, nigra.
Habitat in Cochinchinâ tam culta, quam agreſtis.
Virtus : foliorum. Diuretica, Reſolvens. Folia contuſa cum Urina; vel aceto, externè appoſita breviter ſanant contuſiones, dolorem leniunt, ſanguinis grumos diſſolvunt.

GENU II. LIGUSTRUM.

Char. Gener. *Cor.* 4 - fida. *Bacca* 4 - ſperma. Lin. ſy. pl. G. 18.

† Sp. 1. LIGUSTRUM SINENSE. β . . .
Differ. ſpec. Lig. *foliis* lanceolatis : *racemis* oblongis, lateralibus, & terminalibus.
Hab; & notæ. *Arbor* parva, 8 pedes alta : *ramis* diffuſis, rectis. *Folia* lanceolata, integerrima, tomentoſa, petiolata, oppoſita, obſcuro-viridia. *Flos* albus, parvus, racemis oblongis, axillaribus, & terminalibus. *Calyx* cyathiformis, albus, 4 - dentatus. *Corolla* 1 - petala, campanulata, patens : limbo 4 - fido, laciniis lanceolatis, craſſis. *Bacca* minima, ſubrotunda, 4 - ſperma, fuſca. *Stamina* 2.
Habitat Agreſte prope Cantonem Sinarum.

GENUS III. ERANTHEMUM.

Char. Gener. *Cor.* 5 - fida : tubo filiformi. *Anthera* extra tubum. Stigma ſimplex. *Fructus.*

† Sp. 1. ERANTHEMUM SPINOSUM. γ . . .
Differ. ſpec. Erant. *foliis* ovatis, oppoſitis : *ſtipulis* ſpinoſis : *flore* ſolitario, laterali.

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, 1-pedalis, ceſpitoſus, erectus: ramis aſſurgentibus, brevibus: *ſtipulis*, & bracteis ſpinoſis. *Folia* ovata, parva, integerrima, piloſa, oppoſita. *Flos* dilutè violaceus, ſolitarius, lateralis, pedunculatus. *Calyx* 2-phyllus, foliolis acuminatis, erectis. *Corolla* tubo longo, filiformi, ad baſim curvato: limbo 5-fido, patente. *Filamenta* 2, tubo inſidentia, ipſum ſuperanthia: antheris oblongis, incumbentibus. *Stylus* brevis: *ſtigmate* craſſiuſculo. *Capſula* ſupera, ovata, 2-locularis, polyſperma.
Habitat agreſte in ſuburbiis Mozambicci in Africâ.

GENUS IV. JASMINUM.

Char. Gener. *Cor.* 5-fida. *Bacca* dicocca. *Sem.* arillata. *Antheræ* intra tubum. Lin. ſy. pl. G. 17.

Sp. 1. JASMINUM OFFICINALE. β Sú hán hoa.
Differ. ſpec. Jaſm. *foliis* oppoſitis: *foliolis* diſtinctis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, teres, glaber, ramoſus. *Folia* oppoſita, pinnata: foliolis lato-lanceolatis, parvis, integerrimis, glabris, diſtinctis. *Flos* pallidus, odorus, parvus, terminalis, pedunculis paucifloris. *Corolla* tubo cylindrico, longo: limbo plano, brevi, laciniis 5, rotundatis. *Antheræ* 2, ſub-ſeſſiles in medio tubi. *Stigma* extra tubum, longum, planiuſculum, emarginatum. *Bacca* ſupera, 2-cocca.
Habitat agreſte prope Cantonem Sinarum.
Jaſminum Vulgatius, flore albido. Duham. Arb. tom. 1. pag. 309. tab. 122. Bauh. Pin. p. 397. n. 1.

† Sp. 2. JASMINUM NERVOSUM. α Cây Vang.
Differ. ſpec. Jaſm. *foliis* ovatis, 3-nerviis.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, ſcandens, teres, lævis, ramoſus. *Folia* impari-pinnata: *foliolis* ſeſquipollicaribus, ovatis, acuminatis, integerrimis, 3-nerviis, nitidis. *Flos* albiſſimus, inodorus, terminalis, pedunculis polyfloris. *Corolla* hippocrateriformis, laciniis oblongis, obtuſis, numero inconſtantibus, ſæpius 7, ſæpe etiam 5, 6, vel 8. *Calycis* laciniæ totidem, ſubulatæ, erectæ. *Stamina* 2, tubo incluſa. *Stigma* 2-fidum. *Pericarpium* baccæ 2, ovatæ, monoſpermæ: ſemine arillato.
Habitat inter ſepes Cochinchinæ.
Virtus. Attenuans, Deobſtruens. Imprimis valet extractum totius plantæ, tam uſu externo, quam interno. Sapor amariſſimus. Odor nullus.
Obſerv. Varia ſunt Jaſmina inodóra apud Auctores, quæ cum noſtro

Co-

Cochinchinenſi non cohærent. Affine videtur Nyctanthis Glaucæ. Lin. Jun. ſupl. pag. 82. Flos utriuſque generis ; habitus Jaſmini proprior.

GENUS V. NYCTANTHES.

Char. Gener. *Cor.* 8 - ſida. *Cal.* 8 - fidus. *Pericarpium* dicoccum. Lin. ſy. pl. G. 16.

Sp. 1. NYCTANTHES SAMBAC. α Hoa lài β Mŏ lị hŏa.

Differ ſpec. Nyct. *foliis* inferioribus cordatis, obtuſis : *ſuperioribus* ovatis, acutis. Lin. ſp. 2.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticoſus, 4 - pedalis, ceſpitoſus, ſuberectus, nodoſus, ſcaber, ramoſus *Folia* inferiora cordata, obtuſa : ſuperiora ovata, ſubacuta : omnia integerrima, rugoſa, glabra, oppoſita. *Flos* terminalis, albiſſimus, nocte odoratiſſimus, pedunculis ſub - 4 - floris, ſemper luxurians, & ſterilis. *Corollæ* limbus infimus obtuſus, ſæpe 8 - fidus, non raro 6, 7, 9, 10 - fidus. *Caliycis* laciniæ totidem, ſubulatæ, erectæ.

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ, vulgaris quidem, & cultu facilis : nec ideo minus in deliciis habita a Magnatibus, quos allicit præſtantiâ odoris nulli florum cedente.

Flos Manoræ. Rumph. Amb. l. 7. c. 29. tab. 30. Jaſminum Limonii folio conjugato. Burm. Zeyl. pag. 128. t. 58.

† Sp. 2. NYCTANTHES GRANDIFLORA. α Hoa lài taŭ. β Tá mŏ lị.

Differ. ſpec. Nyct. *foliis* ternis, oppoſitisque.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 5 - pedalis, craſſus, ſcaber. *Folia* ſtellata terna, oppoſitaque, ovata, ſubcordata, ſubacuta, rugoſa, glabra. *Flos* albus, plenus, terminalis 1 - 2 - natus, Sambac triplo maior, viſu ſpecioſior, fragrantiâ inferior. *Calyx* 10 - fidus, laciniis linearibus, erectis. *Corollæ* infimus ordo laciniarum numero inconſtans.

Habitat culta tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ : ubi, partim præciſis, partim eleganter flexis ramulis, fit arbuſcula pulchra, & pretioſa.

Obſerv. Cum tam in Nyctanthe, quam in Jaſmino numerus laciniarum corollæ, & calycis in plerisque inconſtans ſit, nec alius ſit character Genericus, per quem differant, congruum magis videtur ex duobus generibus unum fieri.

† GENUS VI. STRIGA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4 - fidum : laciniis ſubulatis , piloſis , æqualibus , erectis , perſiſtentibus.
Cor. Monopetala , infera , hippocrateriformis : tubo longo , tenui , prope limbum recurvo : limbo 4 - partito , laciniis 3 inferioribus æqualibus : ſupremâ maiori , emarginatâ : omnibus rotundatis , brevibus.
Stam. Filamenta 2 , breviſſima , curvaturæ tubi inhærentia. Antheræ oblongæ , ſtantes.
Piſt. Germen oblongum. Stylus longitudine tubi. Stigma ſimplex.
Peric. Capſula ovato-oblonga , 1 - locularis , polyſperma.
Sem. Plurima , ſubrotunda , minima.
Nom. Striga ab habitu plantæ ſtrigoſo.

Char. Gener. *Cor.* 4 - fida : laciniâ ſummâ emarginata. *Capſ.* ſupera , 1 - locularis , polyſperma.

† Sp. 1. STRIGA LUTEA. β Thŏc chiŏ kam.
Differ. ſpec. Striga *foliis* lanceolato-linearibus : *floribus* ſolitariis.
Hab. *Caulis* herbaceus , ſimpliciſſimus , erectus , 4 - ſulcus , 6 - pollicaris. *Folia* lanceolato-linearia , integerrima , ſeſſilia , glabra , ſparſa , parva. *Flos* luteus , axillaris , ſolitarius.
Habitat inculta in ſuburbiis Cantonienſibus.

GENUS VII. GRATIOLA.

Char. Gener. *Cor.* irregularis , reſupinata. *Stam.* 2 ſterilia. *Capſ.* 2 - locularis. *Cal.* 7 - phyllus : binis exterioribus patulis. Lin. ſy. pl. G. 39.

Sp. 1. GRATIOLA HYSSOPIOIDES ? β Pĭ pă tsăo.
Differ. ſpec. Grat. *foliis* lanceolatis , ſubſerratis , articulo caulino brevioribus. Lin. ſp. 4.
Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus , annuus , ſeſquipedalis , erectus , tenuis , ramoſiſſimus. *Folia* ovato-lanceolata , ſubſerrata , glabra , ſubſeſſilia , oppoſita. *Flos* violaceus , congeſtus , axillaris : bracteis lanceolatis , ciliatis ſuffultus. *Cal.* nullus. *Corolla* irregularis , 4 - fida , laciniâ inferiori maiore. *Filamenta* 4 , quorum 2 ſterilia. *Capſula* lato-lanceolata , compreſſa , 2 - locularis , 2 - ſperma.

Ha-

Habitat inculta Cantone Sinarum.

Gratiola Indica minor, vera, ſive hyſſopioides. Pluk. Alm. p. 180. t. 193. f. 1.

† Sp. 2. GRATIOLA STRICTA. α Cây tu hít.

Differ. ſpec. Grat. *foliis* ovatis: *ſpicâ* longâ terminali.

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, ſimpliciſſimus, erectus, ſesquipedalis. *Folia* ovata, acuminata, ſubſerrata, plana, glabra, oppoſita. *Flos* albus, rubro punctatus, ſeſſiliis: *ſpicâ* longâ, ſimplici, erectâ, terminali. *Calyx* nullus præter bracteam triplicem flori ſuppoſitam. *Corolla* tubo longo, tenui, angulato: limbo bilabiato, 5-fido, patente. *Stamina* 2 ſterilia ad latus fertilium, his breviora. *Capſula* oblonga, acuminata, in medio ſinuata, compreſſa, 2-ſperma.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 3. GRATIOLA RUGOSA. α Cây Láu bạc.

Differ. ſpec. Grat. *foliis* lanceolatis, rugoſis: *ſpicâ* ramoſâ.

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, ſimplex, erectus, 3-pedalis, teres. *Folia* lanceolata, ſub-crenata, craſſa, rugoſa, apice reflexa, glabra, oppoſita. *Flos* purpuraſcens, ſeſſilis: *ſpicis* ramoſis longiſſimis, terminalibus. *Calyx* 5-phyllus, foliolis linearibus, ſuffultus bracteis ternis, ſubulatis, inæqualibus, calyce brevioribus. *Corolla* irregularis, 5-fida. *Stamina* 4, quorum 2 ſterilia breviora. *Capſula* 2-locularis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS VIII. JUSTICIA.

Char. Gener. *Cor.* ringens. *Capſ.* 2-locularis, ungue elaſtico deſſiliens. Stam. *antherâ* ſingulari. Lin. ſy. pl. G. 28.

Sp. 1. JUSTICIA ECBOLIUM. α Cây dao laong.

Differ. ſpec. Juſt. fruticoſa, *foliis* lanceolato-ovatis: *ſpicis* tetragonis: *bracteis* ovatis, ciliatis: *corollarum* galeâ reflexa. L. ſp. 2.

Hab; & notæ. *Frutex* 5-pedalis, erectus: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita, petiolata. *Spica* terminalis, longa, ſubtetragona: *bracteis* ovatis, mucronatis, deciduis. *Corolla* albicans: labio ſuperiore reflexo, inferiore 3-fido. *Capſ.* ovata, compreſſa.

Habitat loca minus culta in Cochinchinâ.

Adhatoda ſpicâ longiſſimâ, flore reflexo. Burm. Zeyl. pag. 7. tab. 4. f. 1.

Vir-

Virtus. Ab indigenis experta in curandâ perioſtei inflammatione, quæ in manuum digitis acerbos dolores excitat. Inde nomen vernaculum.

Sp. 2. JUSTICIA PICTA. α Ngaoc diep.
Differ. ſpec. Juſt. fruticoſa, *foliis* lanceolato-ovatis, pictis: *corollis* fauce inflatis. Lin. ſp. 5.
Hab; & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis, brachium craſſus: ramis aſcendentibus, albicantibus, lævibus, fragilibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, nitida, petiolata, oppoſita, coloris obſcuro-viridis, maculâ longâ, albâ, ſinuatâ in medio pulchrè ſignata: coſtis lateralibus parallelis, obliquis. *Flos* ruber, *ſpicis* brevibus, terminalibus: bracteis nullis. *Calyx* 5-fidus, acutus, brevis, perſiſtens. *Corolla* ringens, limbo oblongo: fauce inflata: labio ſuperiore concavo, integerrimo: inferiore 2-fido. *Stamina* 2, recta: *Antheris* incumbentibus.
Habitat in hortis Cochinchinæ.
Folium Bracteatum. Rumph. Amb. l. 6. c. 35. tab. 30.
Virtus: foliorum. Emolliens, Reſolvens. Uſus cataplaſmatis præcipuus in inflamatione mamillarum ex lactis coagulatione.

Sp. 3. JUTICIA FASTUOSA? α . . .
Differ. ſpec. Juſt. fruticoſa *foliis* ellipticis: *thyrſis* terminalibus. Lin. ſp. 8.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 6-pedalis: *ramis* longis, debilibus, ſulcatis. *Folia* elliptico-lanceolata, ſubſerrata, glabra, oppoſita, petiolata. *Bracteæ* lanceolatæ, deciduæ. *Flos* albus, racemis compoſitis, oblongis, erectis, terminalibus. *Corollæ* galea concava, 2-fida, acuta: labium inferius 3-fidum. *Filamenta* 2, brevia, fauci inſerta: antheris oblongis. *Capſula* oblonga, 4-ſulca, 2-locularis, polyſperma.
Habitat loca agreſtia Cochinchinæ.
Gratiolæ affinis Maderaſpatana, Digitalis æmula. Pluk. Phyt. tab. 193. fig. 3.

† Sp. 4. JUSTICIA NIGRICANS. α Truong ſinh Cây.
Differ. ſpec. Juſt. fruticoſa, *foliis* lanceolato-linearibus, obtuſis, nigricantibus: *ſpicis* diſtichis, terminalibus.
Hab; & notæ. *Frutex* erectus, 6-pedalis. *Folia* lanceolato-linearia, obtuſa, integerrima, craſſa, ſubſeſſilia, oppoſita. *Rami*, & folia lineis nigris notata. *Flos* albus, rubro virgatus: *ſpicis* diſtichis, terminalibus. *Corollæ* labium ſuperius lanceolatum, integrum, erectum: inferius 3-fidum, reflexum. Bracteæ ſetaceæ. Capſula 2-locularis.

Ha-

Habitat loca agreſtia Cochinchinæ.

Sp. 5. JUSTICIA CHINENSIS. α Kim loung bính.

Differ. ſpec. Juſt. herbacea *foliis* ovatis : *floribus* lateralibus : pedunculis 3 - floris : bracteis ovalibus. Lin. ſp. 14.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus , longus , procumbens , ramoſus. *Folia* ovata , ſub-acuta , integerrima , glabra , oppoſita. *Bracteæ* ovales. *Flos* lateralis , dilutè violaceus : pedunculis 3 - floris : involucro ſetaceo 2 - phyllo. *Corollæ* tubo longo , gracili : limbo ringente : labio ſuperiore ſubrotundo , inferiore oblongo. *Capſula* 2 - locularis. *Stamina* 2.

Habitat inculta in hortis , & ſepibus Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 8. tab. 4. f. 1.

Sp. 6. JUSTICIA PURPUREA. β Chi chấp hoa.

Differ. ſpec. Juſt. *foliis* ovatis , utrinque mucronatis , integerrimis , glabris : *caule* geniculato : *ſpicis* ſecundis. Lin. ſp. 21.

Habitus , & notæ. *Caulis* herbaceus , erectus , ramoſus , geniculatus , 3 - pedalis. *Folia* ovata , utrinque acuminata , integerrima , oppoſita , margine ciliata. *Flos* purpureus , ſpicis ſecundis axillaribus : *bracteis* lanceolatis , petiolatis. *Corollæ* labium inferius turbinato-oblongum , obtuſiſſimum. *Antheræ* oblongæ. *Filamenta* 2. *Capſula* 2 - locularis.

Recentem obſervavi Cantone Sinarum , ſicut etiam fecerat Osb. it. p. 230. Fol. Tinctorum (Rumph. Amb. l. 10 , tab. 22. f. 1.) flores habet terminales , ſolitarios , in eoque a noſtrâ differt.

† Sp. 7. JUSTICIA TINCTORIA. α Kim loung nhuộm

Differ. ſpecif. Juſt. *foliis* lanceolatis , ſubcrenatis , pubeſcentibus : *floribus* congeſtis , axillaribus.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus , ramoſus , procumbens , longus , teres , ſulcatus. *Folia* ovato-oblonga , acuminata , ſubcrenata , pubeſcentia , oppoſita. *Bracteæ* conicæ , obtuſiuſculæ. *Flos* roſei coloris , pedunculis axillaribus , monofloris , polynatis. *Corolla* labio utroque reflexo : ſuperiore ovato , integerrimo : inferiore oblongo , obtuſo , 3 - fido. *Stamina* 2. *Capſula* 2 - locularis , elaſtica.

Uſus. Folia viridi colore ſaturata , eodem telas pulchrè imbuunt.

Habitat inculta in Cochinchina.

GENUS IX. DIANTHERA.

Char. Gener. *Cor.* ringens. *Capſ.* 2 - locularis , ungue elaſtico diſſiliens. *Stam.* ſingulum *antheris* binis , alternis. Lin. ſy. pl. G. 29.

† Sp. 1. DIANTHERA PANICULATA. α Thuốc lắc nhỏ lá.
Differ. ſpec. Dianth. *paniculis* axilliaribus : *foliis* lanceolatis, tomentoſis.
Hab ; & notæ. *Frutex* 5 - pedalis, caule erecto, ramis brachiatis. *Folia* lanceolata, integerrima, tomentoſa, oppoſita. *Flos* albus, paniculatus, axillaris. *Calyx* 5 - partitus, laciniis filiformibus. *Corolla* tubo longo, tenui : *labio* ſuperiore filiformi, emarginato : inferiore magno, 3 - fido. *Stigma* acutum. *Antheræ* binæ, una ſuper alteram in ſingulo filamento. *Capſula* bilocularis.
Habitat ſyveſtris in Cochinchinâ.

GENUS X. UTRICULARIA.

Charact. Gener. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2 - phyllus, æqualis. *Capſ.* unilocularis. Lin. ſy. pl. G. 34.

† Sp. 1. UTRICULARIA RECURVA. α . . .
Differ. ſpec. Utr. *aphylla* : *nectario* recurvo : *ſpicâ* ſimplici.
Hab ; & notæ. *Caulis* 4 - pollicaris, tenuis, ſimpliciſſimus, erectus. *Folia* nulla. *Flos* luteus, *ſpicâ* ſimplici, oblongâ. *Calyx* biphyllus, compreſſo-rotundus, magnus. *Corolla* ringens, *nectario* conico, recurvo, petalo ſubæquali. *Capſula* lenticularis, polyſperma, Calyce Clauſo fota. *Radix* fibroſa, brevis, folliculis deſtituta. *Stamina* 2, brevia.
Habitat in rivo *Hòn mô*, non procul ab urbe regiâ Cochinchinæ.

† Sp. 2. UTRICULARIA AUREA. α Cây raong.
Differ. ſpec. Utr. *aphylla* : *nectario* compreſſo-conico : *flore* racemoſo.
Hab ; & notæ. *Caulis* tenuis, longiſſimus, ramoſus, fluctuans. *Folia* nulla. *Radix* plurima, capillaris, viridis, ramoſa, utriculata. *Scapus* nudus, teres, erectus, 3 - pollicaris. *Flos* aureus, racemoſus : foliolis *calycis* binis, lanceolatis, incurvis. *Corolla* 2 - partita : fauce convexâ, emarginatâ : nectario conico, compreſſo. Habitat in fluviis lentioris curſus in Cochinchinâ.

GENUS XI. VERBENA.

Caract. Gener. *Cor.* infundibiformis, ſubæqualis, curva. *Calycis* unico dente truncato. *Semina* 2, ſive 4, nuda. *Stamina* 2, ſive 4. Lin. ſy. pl. G. 35.

Sp. 1. VERBENA OFFICINALIS. α Cỏ roi ngựa: Ma tien thảo. β Mã piên tsão.

Differ. ſpec. Verb. tetrandra, *ſpicis* filiformibus: *foliis* multifido-laciniatis. *Caule* ſolitario. Lin. ſp. 15.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſimplex, angulatus, ramoſus, 3-pedalis. *Folia* magna, crenato-multifida, oppoſita, glabra. *Flos* purpuraſcens, terminalis, ſpicis filiformibus, longiſſimis. *Calyx* tubuloſo-angulatus, inæqualiter 5-fidus, dente uno truncato. *Corolla* brevis, tubuloſa, limbo 5-fido, laciniis rotundatis, ſubæqualibus, patentibus. *Stamina* 4, breviſſima. *Semina* 4, nuda. *Spica* ſub-ſolitaria in quolibet ramo.

Habitat agreſtis, cultaque tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ.

Verbena foliis multifido-laciniatis: ſpicis filiformibus. Hort. Cliffort. p. 11.

Virtus. Nervina, Deobſtruens. Decoctum prodeſt in hydrope, cataplaſma in tumore ſcroti.

GENUS XII. ZIZIPHORA.

Char. Gener. *Cor.* ringens: labio ſuperiore reflexo, integro. *Cal.* filiformis. *Semina* 4, Lin. ſy. pl. G. 39.

† Sp. 1. ZIZIPHORA SILIQUOSA. α Cây tứt mật.

Differ. ſpec. Ziz. *foliis* ovatis, rugoſis: *ſpicis* lateralibus: *fructu* ſiliquoſo.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, lignoſus, ramoſus, 5-pedalis. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, rugoſa, glabra, oppoſita, magna. *Flos* lateralis, racemoſus, ruberrimus, calyce concolore. *Calyx* 5-partitus, laciniis filiformibus, erectis. *Corolla* ringens, labio ſuperiore oblongo, incurvo, margine reflexo, integro: inferiore 3-partito, laciniis linearibus, æqualibus. *Filamenta* 2, longitudine fere corollæ: *antheris* ſtantibus. *Stigma* acuminatum. *Siliqua* linearis, 2-valvis: *ſeminibus* 4, ſubrotundis.

Obſervatio. Omnia in hac plantâ Ziziphoræ ſunt propria præter ſiliquam, quæ etiam alteri generi difficulter accomodabitur.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS XIII. ROSMARINUS.

Char. Gener. *Cor.* inæqualis, labio ſuperiore bipartito. *Filamenta* longa, curva, ſimplicia cum dente. Lin. ſy. pl. G. 41.

Sp. 1. ROSMARINUS OFFICINALIS. α Tây duɔng Chỏi. β Yong tsao.

Differ. ſpec. Roſm. *fruticoſus*, *foliis* linearibus, oppoſitis : *ſpicis* brevibus, terminalibus. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* lignoſus, craſſus, 2-pedalis : ramis multis, diffuſis, tortuoſis. *Folia* linearia, craſſa, ſulco longitudinali, glabra, parva, odorata, oppoſita. *Flos* albo-cæruleus, ſpicis ſimplicibus, brevibus, terminalibus. *Calyx* 3-dentatus, lacinia ſuperiore maiore. *Corolla* ringens, labio ſuperiore oblongo, obtuſo, emarginato, lateribus reflexo : labio inferiore longiore, 3-fido, laciniis latis, mediâ concavâ, emarginatâ. *Filamenta* 2, ſimplicia. *Semina* 4 nuda.

Obſervatio. Hæc planta in Chinâ, & Cochinchinâ ſtudioſe colitur, ſed rara eſt : crediturque aliundè oriundam induſtriâ Luſitanorum huc fuiſſe delatam. Ejus defectum ſupplet frutex Cedrela, quæ & habitu, & virtute Roſmarino conformis, odore ſuperior eſt : charactere autem floris longè diſtat, prout proprio loco videri poterit. Gen. 67. Petandriæ Monogyniæ.

Thunb. Jap. p. 22. Hort. Cliffort. p. 14.

Virt. Cephalica, Tonica, Nervina.

DIGYNIA.

† GENUS XV. OSMANTHUS.

Deſcriptio Naturalit.

Cal. Perianthium inferum, campanulatum, 4-fidum, minutum, laciniis ſubacutis, perſiſtens.

Cor. Monopetala, campanulata, patentiſſima : tubo brevi : limbo 4-fido, laciniis oblongo-ovatis, craſſis, incurvis.

Stam. Filamenta 2, latiuſcula, plana, acuminata, tubo corollæ æqualia, ipſi inſiſtentia. Antheræ 1-loculares, oblongæ, binæ ſingulo Filamento lateraliter adhærentes, invicem diſtantes.

Piſt. Germen ovatum, ſubacutum. Styli 2, craſſi, ſubulati, baſi dilatatâ Germen amplectentes. Stigmata ſimplicia.

Peric. Abortiens.

Nom. (Ὀσμὴ odor : ἄνθος flos) ex notabili floris odore.

Char. Gener. *Cor.* 4-fida, æqualis. *Antheræ* laterales, binæ in ſingulo *filamento*, plano.

Sp. 1.

† Sp. 1. OSMANTHUS FRAGRANS. α Hoa mouç tây. β Mö sī hōa : Guéi hōa.

Differ. ſpec. Oſm. *foliis* lanceolatis, denticulatis, oppoſitis : *racemulis* ſubfaſtigiatis, axillaribus.

Hab. *Frutex* lignoſus, 7-pedalis, erectus : *ramis* aſcendentibus, aliquando ſcandentibus. *Folia* lanceolata, denticulata, incurva, glabra, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* pallidus, parvus, adoratiſſimus : *racemis* brevibus, ſub-faſtigiatis, axillaribus, & terminalibus, padunculis brevibus.

Habiat in hortis Cochinchinæ : frequentius in Chinâ, puto; quod etiam agreſtis.

Obſerv. In utroque regno Pericarpium diligenter quæſivi, nunquam invêni : exiſtimo ſemper abortiri. Eſtne eadem planta, quæ apud Japones dicitur Mokſei? Kæmpf. Amæn. p. 844. Thunb. Jap. p. 18. t. 2. De Pericarpio, ſtylo duplici, antheris lateralibus ipſi ſilent, quæ noſtram vetant Oleæ generi commiſceri. Memini hanc arbuſculam, me Cantone Sinarum remanente, in Angliam translatam fuiſſe : ſi ibi floruit, & fructificavit, facillimè res probabitur.

GENUS XV. ANTHOXANTHUM.

Char. Gener. *Cal.* Gluma bivalvis, uniflora. *Cor.* Gluma bivalvis acuminata. Sem. 1. Lin. ſy. pl. G. 46.

† Sp. 1. ANTHOXANTHUM PULCHERRIMUM. α Cỏ thſa thſa.

Differ. ſpec. Anth. *foliis* lanceolatis, undulatis : *paniculâ* ſpicatâ.

Hab; & notæ. Herba graminea, ceſpitoſa. *Folia* radicalia multa, lanceolata, undulata. glabra. *Culmi* 1-pedales, ſuberecti, ſimplices, tenues, teretes, foliolis ſubulatis, paucis veſtiti. *Panicula* florum ſparſa : *ſpiculis* linearibus, floribus plurimis, ſubſeſſilibus. *Calyx* gluma 3-flora, bivalvis : valvulis concavis, acuminatis, interiore maiore. *Corolla* gluma bivalvis : valvulis oblongis, acutis, interiore longiore, apice ciliatâ. *Filamenta* 2, tenuiſſima, corollâ breviora : *antheris* ovato-oblongis. *Styli* 2, capillares, longiores ſtaminibus : *ſtigmnatibus* oblongis. *Semen* 1. ſubrotundum, corollâ fotum. Planta odoris expers.

Hab. in agris, & hortis Cochinchinæ, incultum.

Obſerv. Poa Tenella (Lin. ſp. 15.) dicitur eſſe Gramen fumi (Rumph. Amb. l. 10. c. 6. tab. 4. fig. 3.) quæ figura noſtram quodammodo repræſentat, foliis radicalibus jam deciduis. Gluma Calycina multiflora, propria eſt Poæ, non Anthoxanthi. Attamen cum in noſtrâ plantâ ſtamina inveniantur conſtanter duo, eam potius annumeravimus

mus Anthoxantho, non obſtantibus calycibus multifloris; qui ſimiliter tolerantur in Anthoxantho Paniculato Linnei, ſp. 3.

TRIGYNIA.

GENUS XVI. PIPER.

Caract. Gener. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* 1. ſperma. Lin. ſy. pl. G. 47.

* *Baccis ſeparatis.*

Sp. 1. PIPER NIGRUM. α Tieo bo: Hô tieo. β Hũ tſião.
Differ. ſpec. Pip. *foliis* ovatis, ſeptemnerviis, glabris, *petiolis* ſimpliciſſimis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, longiſſimus, multiplex, ad arbores adrepens, articulis radicantibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, glabra, baſis lateribus æqualibus, ſubplana, apice, & margine ſub-reflexa, 7-nervia, venoſa, alterna: *petiolis* ſimpliciſſimis. *Flos* lateralis, & terminalis: *ſpicis* ſimplicibus, longiuſculis, oppoſiti-foliis: *floribus* ſeſſilibus. *Calyx* in hac ſpecie ſemper 4-phyllus, imbricatus, foliolis craſſis, concavis obtuſiſſimis, inæqualibus. *Corolla* nulla. *Filamenta* 2, ſubulata, plana, calyci æqualia, ejus foliolis occulta. *Antheræ* ovatæ, ſupra calycem prominentes. *Germen* globoſum, ſuperum. *Stigmata* ſeſſilia, ſæpius, 4 rarius 3, vel 5, oblonga, reflexa, aſpera. *Bacca* globoſa, rubro-fuſca.
Piſo (Mant. p.18c.) Veram, quamvis non elegantem, iconem Piperis Nigri profert ſub nomine Piperis Maris: at Piper, quod dicit Fæminam, mihi non occurrit. Verum eſt, quod Piper Album ex eâdemmet plantâ proveniat; ſi enim fructus ſinatur diutius in arbore ſeneſcere, collectuſque, leviter terendo, excorticetur, albus fit: indeque ſeſcuplo carius venditur, quia excorticatione $\frac{1}{3}$ ponderis amiſit. Tam Albi, quam Nigri in Cochinchinâ magna eſt copia, quâ naves exteræ quotannis onerantur.
Virtus. Calefaciens, ſtimulans, ſtomachica. Ad curandos morbos frigidos ventris, ſtomachi, cerebri, veſicæ, uteri apta: in tertianis, & quartanis febribus proficua: incolârum Indoſtan panacéa.
Uſus: ad condiendos cibos frequens, ſaluber, & gratus.

† Sp. 1. PIPER SYLVESTRE. α Tieo rùng.
Differ. ſpec. Pip. *foliis* ovato-lanceolatis, 5-nerviis: *ſpicis* rectis, ſubterminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, tenuis, teres, ramoſus. *Folia* oblonga, baſi rotundata, apice acuta, plana, 5-nervia, venoſa,

noſa, alterna, glabra, petiolata. *Bacculæ* ovatæ, rubræ, ſub-ſeſſiles: *ſpicis* ſubterminalibus, linearibus, longis, rectis. *Calyx*, & corolla nulli.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, ad nullum uſum, quem ſciam, aptum.

Suſpicor idem eſſe Piper Caninum. Rumph. Amb. l. 7. cap. 26. tab. 28. fig. 2. Deſcriptio, & forma ſpicæ, ac baccularum ſatis cohærent cum noſtris: folia autem non ita; quod in multis tribui poteſt infauſtæ oculorum orbitati, quæ accurato Authori non-permiſit tabulas ab alio pictas propriis oculis examinare.

† Sp. 3. PIPER PINNATUM. β Xú tſião. α Thục tieo.

Diff. ſpec. Pip. *caule* erecto, aculeato: *foliis* ovatis, pinnatis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, multiplex, ramoſiſſimus: aculeis multis, brevibus, recurvis. *Folia* pinnata, 3-juga, ovata, acuminata, undulata, integerrima, venoſa, nitida, ſubſeſſilia. *Fructus* raceniis parvis, ſub-ternalibus. Bacculæ globoſæ, rubræ, odoræ, parum ardentes.

Obſervatio. Dubius hanc ſpeciem propono, quia plantam vidi eo tempore, quo non florebat.

Uſus apud Sinenſes, ubi naſcitur, culinarius: valet etiam in re Medicâ contra lumbaginem, Chloroſim, hydropem, tuſſim, ventris dolores. Tam folia, quam fructus in uſu ſunt.

** *Baccis coalitis.*

Sp. 4. PIPER BETLE. α Cây tláù. β Lâu yep.

Differ. ſpec. Pip. *foliis* ovatis, oblongiuſculis, acuminatis, 7-nerviis, *petiolis* bidentatis. Lin. ſp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, longiſſimus, nodis radicantibus arboribus adrepens. *Folia* ovata, cordataque, acuminata, baſis lateribus inæqualibus, incurva, venoſa, nitida, 7-nervia, aromatica, ſubardentia, alterna: *petiolis* ſimplicibus, raro bidentatis. *Flos* ſpadyce cylindraceo, tenui, longo, ſolido, floſculis tecto: *pedunculo* ſolitario, ſimplici, foliis oppoſito. *Calyx*, & *corolla* o. *Stigmata* 4-5, linearia, ſeſſilia, extra ſpadycem expanſa. *Bacculæ* compreſſo-angulatæ, coalitæ, ſemi-occultatæ, inſeparabiles. *Stamina* ſæpe quæſita nunquam invêni. Puto quod lateant intra ſpadycem, quo diſſecto, cum aquoſus ſit, turbatur, evaneſcitque partium ſymetria, ut nec microſcopio diſcerni poſſit.

Burm. (Zeyl. tab. 83. fig. 2.) eleganter delineat Betle folia; & ſpadyces: cujus caules adrepere videntur Rumph. Amb. lib. 9. tab. 116. fig. 2. ſub nomine Sirifolii.

Vi-

Virtus. Calefaciens, ſtomachica, Balſamica, Vulneraria. Folia Betle cum fruſtulo fructus palmæ Arecæ, & parum calcis continuò geſtantur in ore, & maſticantur ab incolis utriuſque Indiæ Orientalis, tum ad corrigendum pravum anhelitum, tum ad ſtomachum roborandum: a pauperibus etiam ad fallendam famem.

Sp. 5. PIPER LONGUM. α Cây lót: Tất phát. β Pipŏ.

Differ. ſpec. Pip. *foliis* cordatis petiolatis, ſeſſilibusque. Lin. ſp. 6.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, craſſus, ramoſiſſimus, adrepens, nodis radicantibus. *Folia* lato-cordata, baſi æquali, rotundatâ, apice acuminata, 7-nervia, undulata, alterna, petiolata, ſeſſiliaque, coloris obſcuro-viridis. *Flos*, & *fructus* ſpadice ſubulato-oblongo, apice obtuſo, a fructificatione Bette parum differente, breviore tamen, & craſſiore: *pedunculis* oppoſitifoliis. *Stigmata* ſunt, ſicut in Bette. *Bacculæ* coalitæ, ſubrotundæ, 1-ſpermæ. *Stamina* ſimiliter videre non potui.

Piper Longum Rumph. Amb. l. 9. c. 1. tab. 116. fig. 1. Ubi fructus, non folia, cum noſtris conveniunt. Pimpilim Piſ. Mant. fig., & pag. 183. Quod autem Garcias ab Horto (Arom. l. 1. c. 22.) dixerit Piper Nigrum, & Longum eſſe plantas omnino diverſas, intelligi debet præcipuè de fructu: cujus ſpicæ Nigri, & ſpadices Longi nullatenus ſimiles videri poſſunt. Adeoque omitti poterat Piſonis cenſura: loco ſupra citato.

Virtus: Calefaciens, Stimulans, Deobſtruens, Antacida. Piperis Longi fructu, & foliis recentibus utuntur etiam indignæ, ad eondiendos piſces. Ejus odor, & ſapor ſimiliter ardens, ſed Nigro inferior, & multis non placet.

Obſervatio.

Celeb. Lin. ſy. pl. part. 1. pag. 78. ſimulque ſy. Veget. pag. 68. optimo jure requirit, ut ſpecies Piperis in ſolo natali amplius examinentur, videaturque, an differant a reliquis in partibus fructificationis? Clar. Forſter in itinere ad inſulas Occeani Auſtralis hoc examen ſuſcêpit, aſſeritque in multis ſpeciebus inveniſſe numerum ſtaminum indeterminatum: ſtigmatum vero numerum, & formam in omnibus fere ſpeciebus differentem. Ego, qui pauca examinavi, differentiam ſtigmatum ſimiliter variantem notavi, ſed a numero terno non longè aberrantem. Stamina quidêm bina invêni in ſpeciebus, quæ gaudent fructu diſcreto: aſt in illis, quarum fructificatio eſt concreta, & in murinam veluti caudam extenſa, quarumque maiorem numerum ex Plumicro recenſent Linnæus, & Aubletus, etiam oculis microſcopio armatis ſtamina numerare non potui; & an aliquis unquam numeraverit, dubito: ſicut etiam an ſimiles plantæ ſint veræ ſpecies Piperis?

CLAS-

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

1. MELOTHRIA — *Cor.* 5 - fida, rotata. *Bacca* 3. locularis.

† 2. AXIA. — *Cor.* 10 - fida, campanulata. *Semen* 1.

3. GLADIOLUS. — *Cor.* 6 - petaloidea : petalis ſuperioribus tribus convergentibus.

4. IXIA. — *Cor.* 6 - petaloidea, patens. *Stigmata* 3.

** *Flores inferi.*

† 5. PHANERA. — *Cor.* 5 - petaloidea. *Cal.* 4 - phyllus. *Legumen.*

6. COMMELINA. — *Cor.* 2 - 3 - petaloidea. *Cal.* 3 - 4 phyllus. *Nectaria* cruciata, petiolata.

*** *Flores graminei : valvulis glumæ calycinæ.*

7. SCHOENUS. — *Cor.* nulla. *Cal.* paleis faſciculatis. *Semen* ſubrotundum.

8. CYPERUS. — *Cor.* nulla. *Cal.* paleis diſtichis. *Semen* nudum.

9. SCIRPUS. — *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Semen* nudum.

10. NARDUS. — *Cor.* 2 - valvis. *Cal.* nullus. *Sem.* tectum.

DIGYNIA.

* *Flores uniflori, vagi.*

11. BOBARTIA. — *Cal.* multivalvis, imbricatus.

12. PANICUM. — *Cal.* 3 - valvis : tertiâ dorſali minore.

13. ALOPECURUS. — *Cal.* 2 - valvis. *Cor.* 1 - valvis : apice ſimplici.

14. PHLEUM. — *Cal.* 2 - valvis, truncatus, mucronatus, ſeſſilis.

15. PHALARIS. *Cal.* 2-valvis: valvis carinatis, æqualibus, corollam includentibus.

16. MILIUM. *Cal.* 2-valvis: valvis ventricoſis, corollâ maioribus, ſubæqualibus.

17. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis: valvis acutis, *Cor.* brevioribus.

† 18. STEGOSIA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 3-valvis, Calyce brevior.

19. SACCHARUM. *Cal.* lanugine extus veſtitus.

** *Flores multiflori, vagi.*

20. AIRA. *Cal.* 2-florus, 2-valvis. *Floſculi* abſque rudimento tertii.

21. POA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* ovata: valvis acutiuſculis.

22. ARUNDO. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* baſi lanata, mutica.

*** *Flores ſpicati, receptaculo ſubulato.*

23. TRITICUM. *Cal.* multiflorus.

24. HORDEUM. *Involucrum* 6-phyllum, 3-florum. *Flos* ſimplex.

25. CYNOSURUS. *Involucrum* 1-phyllum, laterale. *Flos* compoſitus.

TRIGYNIA.

* *Flores inferi.*

26. LECHEA. *Cor.* 3-petata. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* 3-cocca.

27. ERIOCAULON. *Cor.* 3-petala. *Cal.* compoſitus. *Semen* 1, coronatum corollâ.

† 28. POLYPARA. *Cor.* 4-petala, polyflora. *Cal.* o. *Capſ.* 3-locularis.

29. MOLLUGO. *Cor.* o. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-locularis.

MO-

MONOGYNIA.

GENUS I. MELOTHRIA.

Character Genericus. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* campanulata, 1 - petala. *Bacca* 3 - locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 55.

† Sp. 1. MELOTHRIA INDICA. α Cang Kảng deài tlát.
Differentia ſpecifica. Melot. *foliis* triangularibus, integris.
Habitus, & notæ. *Caulis* annuus, angulatus, tenuis, longus, ramoſus, ſcandens cirrhis oppoſitifoliis. *Folia* triangularia, integra, denticulata, aſpera, parva, alterna, petiolis longis. *Flos* albus, lateralis, ſubſolitaribus, pedunculatus: *Calyce* 5 - dentato, ſupero: *corollâ* campanulatâ, 5 - partitâ. *Bacca* ovato-oblonga, lævis, minima, albo-viridis, 3 - locularis, polyſperma.
Cucumis Murinus Viridis. Rumph. Amb. l. 9. cap. 73. tab. 171. f. 2.
Habitat in Cochinchinâ implicata inter ſepes.
Obſerv. Melothria Pendula Linnæi (quæ Americana) procul dubio eſt diverſa ſpecies, quæ ab ipſo (Cliff. pag. 490.) dicitur habere folia cordata, 5 - loba. Ego libentius utramque ſpeciem Cucumeri adſcriberem; nam flores hermaphroditi Melothriæ non videntur præbere argumentum ſufficiens ad diſtinguendum genus, maximè cum flores maſculi in hac etiam inveniantur, & invenientur fortaſſe fœminei, ſi diligentius quærantur. Odor pariter, ſapor, & color Melothriæ Indicæ cum cucumere ſativo convenit. De Antheris coalitis, vel liberis non benè memini.

† *GENUS II. AXIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 3 - phyllum: foliolis acutis, brevibus, inæqualibus, deciduis.
Cor. Monopetala, campanulata, æqualis, minima: limbo 10 - fido, plano: laciniis rotundatis, brevibus.
Stam. Filamenta 3, filiformia, corollæ æqualia. Antheræ didymæ, lobis globoſis.
Piſt. Gemen inferum, ovatum, ſulcatum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Nullum.
Sem. Unum, ovatum, ſulcatum, hirſutum.

Nom. (Ἄξιος dignus) Axiam vocavi, quia ratione virtutis a me-

dicis Cochinchinenſibus magni habetur, quaſi æmula pretioſi pharmaci Sinenſis *Gin-Sēn.*

Sp. 1. AXIA COCHINCHINENSIS. α Nhon ſâm Phu yen.

Differ. ſpecif. Ax. *caule* ramoſiſſimo: *foliis* lanceolatis, tomentoſis.

Habitus. *Frutex* bipedalis *caule* lignoſo, multiplici, ramoſiſſimo, nodoſo, rubente, procumbente. *Radix* ſub-fuſiformis. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-crenata, tomentoſa, parva, inæqualia, oppoſita. *Flos* albo-ruber, minuſculus, racemis ſub-terminalibus

Virtus. Calefaciens, Roborans. Urinam, ſudorem, & menſes movet. Prodeſt in febribus intermittentibus, cruditate ventriculi, pulmonum humoribus viſcidis, obſtructionibus uteri.

Obſervatio. Frutex iſte quem nullibi invêni, præterquam in Cochinchinâ, accedit ad Boerhaaviam ſemine nudo, ſulcato: recedit corollâ, ſtaminibus, & calyce. Quodammodo etiam affinis eſt Valerianæ.

GENUS III. GLADIOLUS.

Char. Gen. *Cor.* 6-partita, ringens. *Stam.* adſcendentia. Lin. ſy. pl. G. 63.

Sp. 1. GLADIOLUS UNDULATUS. β . . .

Differ. ſpec. Glad. *foliis* enſiformibus: *petalis* ſubæqualibus, lanceolatis, undulatis. Lin. ſp. 6.

Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis. *Folia* enſiformia, glabra, bifariam expanſa. *Spica* diſticha, terminalis, floribus alternis. *Corolla* alba, luteo maculata, monopetala, tubuloſa, limbo ſexpartito: laciniis oblongis, obtuſiuſculis, quarum quatuor undulato-criſpatæ: omnes ſubæquales, reflexæ. *Nectarium* 4-partitum, laciniatum. *Stamina* 3, ponè nectarium aſcendentia. *Capſula* infera, 3-locularis, polyſperma.

Linn. Mant. pag. 27.

Habitat Cantone Sinarum, in hortis cultus.

GENUS IV. IXIA.

Char. Gener. *Cor.* 6-petata, patens, æqualis. *Stigmata* 3, erectiuſculo-patula. Lin. ſy. pl. G. 62.

Sp. 1. IXIA CHINENSIS. α Ré quạt: Xạ cān. β Xē cān.

Differ. ſpec. Ix. *foliis* enſiformibus: *paniculâ* dichotoma: *floribus* pedunculatis. Lin. ſp. 6.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis, 3-pedalis; inferius anceps, ad apicem

cem teres. *Radix* bulbis teretibus, ramoſis, croceis, radiculis longis. *Folia* equitantia, lanceolato-linearia, ſtriata, glabra. *Flos* magnus, terminalis, aureus, rubro punctatus: paniculâ erectâ, pauciflorâ. *Cal.* communis ſpathæ acutæ, imbricatæ, proprius nullus. *Corollæ* petala 6, ovato-oblonga, æqualia, patentia. *Filamenta* 3, ſubulata, verſus baſim plana, corollâ breviora: *antheris* linearibus, ſtantibus. *Stylus* turbinato-linearis, æqualis ſtaminibus, profundè 3-fidus: laciniis planis, erectis. *Stigmata* 3, villoſa, 3-fida. *Capſula* 3-gona, 3-locularis, 3-valvis, infera, polyſperma.

Habitat culta, incultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. p. 16. Balemcanda. Rheed. Malab. 11. p. 73. t. 37.

Obſerv. Cl. Thunb. (Japon. p. 34.) hanc plantam Moræam eſſe judicat: mihi magis placeret Ixiam, & Moræam in unum Genus jungi, quia vix differunt.

Virtus. Radicis. Aperiens, reſolvens. Sanguinem, & humores craſſos ſolvit, præcipuè in tumore faucium.

+ GENUS V. PHANERA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis acutis, longis, patentibus, inæqualibus: duobus oppoſitis planis, lunatis.

Cor. Petala 5, ovata, patentia, inæqualia, calyci inſerta: unguibus longis, baſi appendiculatis, ſuperius utrinque alatis.

Stam. Filamenta 3, æqualia, filiformia, deorſum declinata, corollâ longiora. Antheræ nutantes, oblongæ.

Piſt. Germen ſuperum, oblongum, compreſſum, pedunculatum: ſtylus filiformis, brevior ſtaminibus. Stigma obtuſum.

Peric. Legumen planum, glabrum, polyſpermum.

Sem. Orbiculata, pauca.

Nom. (Φανερὸς manifeſtus) a corollâ, & calyce patentiſſimis.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 4-phyllus. Legumen.

Sp. 1. PHANERA COCCINEA. Ré quách.

Differ. ſpec. Phan. *Caule* ſcandente: *foliis* cordatis, 2-fidis, 9-nerviis.

Hab. & notæ. *Frutex* magnus: *caule* craſſo, compreſſo, inæquali: *ramis* multis, longiſſimis, ſcandentibus, cirrhoſis. *Folia* cordata, acuta, 2-fida, 9-nervia, ſparſa, petiolata, a tergo nitidè rufa. *Flos* coccineus, pulcher: *pedunculis* longis: *racemis* magnis, terminalibus, pendulis.

Ha-

... in Sylvis Cochinchinæ, ad verticem magnarum arborum pertingens.

Folium linguæ Rumph. Amb. l. 7. cap. 1. tab. 1.

Obſerv. Lin. ſy. vegetab. pag. 326, & ſy. pl. par. 2. pag. 245. adjudicavit hanc plantam generi Bauhiniæ, nomine Bauhiniæ ſcandentis. Sp. 1., ratione (puto) corollæ, & leguminis, quæ utriſque communia ſunt. Aſt in noſtrâ ſtamina conſtanter ſunt terna: prout ante me bene notaverat Rumphius, & calyx 4-phyllus, non 5-fidus, ut in Bauhiniâ. Cumque claſſis Triandria nullam connexionem habeat cum Decandriâ, Bauhiniæ propriâ, ſicut iſta obſervatur habere cum Pentandriâ, vel Dioeciâ, &c. exiſtimo Phaneram Cochinchinenſem, quæ ab Amboinenſi Rumphinâ non diſcrepat, diverſo generi adſcribendam. Vouapa Bifolia (Aublet. Guyan. p. 25. t. 7.) ſtaminibus 3, fructu leguminoſo, calyce 4-fido, corollâ expanſâ, unguiculatâ, quamvis 1-petalâ, & foliis 2-natis Phaneræ approximatur, & quidem in eâdem claſſe: ſimiliter Outéa Guyanenſis ejuſdem, (pag. 28. t. 9.) ſtaminibus 3, corollâ 5-petala, inæquali, patente, calyce 5-fido, & quantum ex germine concipi poteſt legumine pedunculato. Præterea Bauhinia Outimouta Aublet. pag. 375. t. 144. (cujus ille florem non vidit) ſicut modo habetur habitu, & fructu Phaneræ ſimilior, ſic maiori jure congener cenſebitur, quando ſtamina numerentur, quæ ſpero invenienda Triandra. Scio multos timere ne, genera multiplicando, memoria ſtudentium gravetur: ego autem magis timeo ne nimium coarctando confundantur: ambiguique, imo erronei fiant charactéres tam Generum, quam Claſſium, per quod ſcientia Botanica evertetur. Eſt modus in rebus.

GENUS VI. COMMELINA.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala. *Nectaria* 3, cruciata, filamentis propriis inſerta. Lin. ſy. pl. G. 68.

** Dipetala; ob duo petala maiora.*

Sp. 1. COMMELINA COMMUNIS. α Rau thi ìn.

Differ. ſpec. Com. *corollis* inæqualibus: *foliis* ovato-lanceolatis, acutis: *caule* repente, glabro. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* 1-pedalis, annuus, repens, glaber, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, glabra, petiolis amplexicaulibus. *Calyx* 4-phyllus. *Corolla* 2-petala, coloris dilutè cærulei. *Nectaria*, & filamenta 3. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

Ephemerum Dipetalum, Japonicum. Kæmpf. amoenit. tab. 889.

Uſus:

Uſus : in Cochinchinâ edulis tam cocta, quam cruda.

Virtus Medica. Refrigerans, Humectans, alvum laxans. Internè juvat in adſtrictione alvi, ſtranguriâ, caloribus internis. Externè ophthalmiæ medetur, tumores, & dolores lenit.

Sp. 2. COMMELINA AFRICANA γ . . .

Differ. ſpec. Com. *corollis* inæqualibus : *foliis* lanceolatis, glabris : *caule* decumbente. Lin. ſp. 2.

Hab ; & notæ. *Caulis* ramoſus, procumbens, repens : radice perenni. *Folia* lanceolata, glabra, alterna, petiolata, vaginis ciliatis. *Flos* terminalis, polynatus : corollis dipetalis : nectariis 3, pedunculatis, luteis, non cruciatis, ſed apice ſinuato-inciſis.

Habitat in orâ orientali Africæ. Mil. Dict. n. 3.

Sp. 3. COMMELINA BENGHALENSIS. α Rau tlai loung.

Differ. ſpec. Com. *corollis* inæqualibus : *foliis* ovatis, obtuſis : *caule* repente. Lin. ſp. 3.

Hab ; & notæ. *Caulis* 1-pedalis, ramoſus, teres, ſemierectus, repens : radice perenni. *Folia* ovata, piloſa, integerrima : *petiolis* amplexicaulibus. *Corollæ* dipetalæ, coloris cyanei. *Calyces* 4-phylli. *Stamina*, & *nectaria* cruciata terna. *Capſ.* 3-locularis.

Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.

Commelina repens, folio ſubrotundo, obtuſo. Burm. Zeyl. pag. 70. Pluk. tab. 27. fig. 3.

Sp. 4. COMMELINA CUCULLATA. α Rau tlai tlâu.

Differ ſpec. Com. *corollis* æqualibus ? *foliis* ovatis : *involucris* cucullatis, turbinatis. Lin. ſp. 10.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, ruber, procumbens, repens. *Folia* ovata, piloſa, 5-nervia, undulata : *petiolis* amplexicaulibus. *Calyx* 4-phyllus. *Cor.* inæqualis, 2-petala, nitidè cærulea. *Stamina*, & *nectaria* terna. *Flos* terminalis, involucris turbinatis, truncatis. Nota. Involllucra illa cucullata, quamvis hujus ſpeciei propria, etiam videntur in Arundinellâ minori Rumphii (Amb. l. 10. pag. 23.) quam ego exiſtimo eſſe Commelinam Communem. Vera cucullata proculdubio eſt dipetala, quamvis Linneus de numero incertus eam annumeraverit tripetalis, ductus teſtimonio Burm. Ind. pag. 18. tab. 7. f. 3., ubi tria petala deſcribit, & pingit nomine Commelinæ Nervoſæ, alioquin cucullatæ conformis.

Habitat inculta in hortis Cochinchinæ.

** *Tri-*

** *Tripetalæ, ob 3 petala æqualia.*

Sp. 5. COMMELINA TUBEROSA. α Cu eó rai.

Differ. ſpec. Com. *corollis* æqualibus : *foliis* ſeſſilibus, ovato-lanceolatis, ſubciliatis. Lin. ſp. 6.

Hab ; & notæ. *Planta* acaulis : *radice* perenni, tuberibus multis, teretibus, obtuſis, fuſcis, ſparſis. *Folia* congeſta, lanceolata, ciliata, craſſa, incurva, ſeſſilia. *Scapus* tenuis, nudus, erectus 4-pollicaris : *floribus* terminalibus, alternè ſpicatis. *Cal.* 3-phyllus *Cor.* 3-petala, coloris nitidè cærulei. *Stamina*, & *nectaria* 3. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma. Eſt hujus varietas, flore Violaceo.

Frosk. Flora Arab. cent. 1. pag. 12., ubi a noſtrâ differt caule repente, cum noſtra ſit acaulis.

Habitat ubique in Cochinchinâ, in locis humidis.

Uſus. Tubera ſunt edulia, & ſapida.

† Sp. 6. COMMELINA MEDICA. ʒ Mĕ mûen tūm. α Cu eó chum : mạch môn doung.

Differ. ſpec. Com. *floribus* æqualibus : *foliis* ſeſſilibus, ſubulatis, glabris.

Hab ; & notæ. *Planta* acaulis, repens : tuberibus plurimis, faſciculatis, parvis, albis, utrinque acuminatis. *Folia* radicalia, ſeſſilia, congeſta, ſubulata, glabra, craſſa, reflexa. *Scapus* 6-pollicaris, tenuis, teres, ſub-nudus : *ſpicâ* ſæpius ſimplici, aliquando ramoſâ, erectâ : *floribus* cyaneis. *Calyx* 3-phyllus : foliolis lanceolatis, piloſis, erecto-patentibus, perſiſtentibus. *Cor.* petala 3, æqualia, ſubrotunda, erecta, calyce ſub-breviora. *Nectaria* cruciata 4, pedunculata, villoſa. *Filamenta* 2, villoſa, flexuoſa : *antheris* ſagittatis, incumbentibus. *Germen* 3-gono-ovatum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus, æqualis ſtaminibus : *Stigmate* craſſiuſculo. *Capſula* trigono-ovata, 3-valvis, 1-locularis, polyſperma, apice dehiſcens : *ſeminibus* multis, minuſculis, rotundis. Tuberum ſapor ſub-dulcis, odor gratus.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.

Virtus. Tuberum. Refrigerans, Demulcens, Pulmonica, Hepatica. Prodeſt in tuſſi, aſthmate, pleuritide, ſtranguriâ, dyſuriâ, catharro ſalſo. Habetur in frequenti uſu Medico apud utramque nationem.

Sp. 7. COMMELINA ZANONIA? α Rau rio.

Differ. ſpec. Com. *corollis* æqualibus : *pedunculis* incraſſatis : *foliis* lanceolatis : *vaginis* margine hirſutis : bracteis geminis. Lin. ſp. 7.

Hab ;

Hab; & notæ. *Planta* ſuccoſa, ramoſiſſima: *caule* annuo; repente. *Folia* lanceolata, radicalia linearia, carinata, glabra: margine, & vaginis ciliatis. *Flos* terminalis, cæruleus, pedunculo communi longo: *bracteis* geminis, 1-floris, acutis, in ſpicam ſecundam, curvatam lateraliter imbricatis, galli criſtam repræſentantibus. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala, æqualis. *Stamina* 2, villoſa. *Nectaria* cruciata 3. Capſula polyſperma.

Commelina Criſtata Burm. Ind. pag. 18. t. 7. f. 4. Ephemerum Zeylanicum, procumbens, criſtatum. Burm. Zeyl. p. 94.

GENUS VII. SCHOENUS.

Char. Gener. *Glumæ* paleaceæ, univalves, congeſtæ. *Cor.* o. *Semen* 1, ſubrotundum inter glumas. Lin. ſy. pl. G. 71.

Sp. 1. SCHOENUS COLORATUS. α Cò đầu đầu.

Differ. ſpec. Sch. *Culmo* triquetro: *capitulo* ſubrotundo: *involucro* longiſſimo, plano, variegato: *floribus* imbricatis. Lin. ſp. 10.

Hab; & notæ. *Herba* annua, culmo pedali, triquetro, ſub-nudo: *foliis* radicalibus ſubulatis, culmo brevioribus. *Capitulum* ovatum, ſolitarium, album, ſeſſile: ſquamis imbricatis, 1-floris, 1-ſpermis: *involucro* 3-phyllo, longiſſimo, horizontaliter ſtellato. Habitat ubique in hortis, viis, & agris Cochinchinæ.

Gramen Capitatum Rumph. Amb. l. 10. c. 4. t. 3. f. 2. Burm. Ind. pag. 18. Videtur eſſe diverſum a Kyllingâ, valvis inſtructâ. Lin. Jun. Suppl. p. 11, & 104.

† Sp. 2. SCHOENUS RUBER. α Cò cuoi luon.

Differ ſpec. Sch. *Culmo* tereti, nudo: *capitulo* ſubrotundo, imbricato: *involucro* 1-phyllo.

Hab; & notæ. *Culmus* 2-pedalis, teres, erectus: *foliis* gramineis; radicalibus. *Capitulum* ſubrotundum, rubrum, compactum, imbricatum, ſquamis 1-floris: *involucro* 1-phyllo, brevi, lanuginoſo.

Habitat ſpontaneus in Cochinchinâ: ſicut etiam præcedens ſpecies.

GENUS VIII. CYPERUS.

Char. Gener. *Glumæ* paleaceæ, diſtichè imbricatæ. *Corolla* o. *Semen* 1, nudum. Lin. ſy. pl. G. 72.

Sp. 1. CYPERUS ARTICULATUS. α Cò ...

Differ ſpec. Cyp. *culmo* tereti, nudo, articulato. Lin. ſp. 1.

F Hab;

Hab; & notæ. *Culmus* 2-pedalis, teres, erectus, folioſus, articulatus. *Folia* lanceolato-linearia. *Spica* compoſita, diſticha: ſpiculis lateralibus, alternis, patentibus. Habitat in locis humidis Cochinchinæ.

Sloan. Jam. 36. pag. 121. tab. 81.

Sp. 2. CYPERUS MONTI. α Cây lác tlôn.

Differ. ſpec. *culmo* tereti: *umbellâ* ſupra decompoſitâ: *foliis* carinâ lævibus. Lin. Jun. Suppl. pag. 102.

Hab; & notæ. *Culmus* 3-pedalis, ſub-teres. erectus, ſemifolioſus. *Folia* longiſſima, inæqualia, glabra, margine aſpera. *Umbella* folioſa, ſupra decompoſita: pedunculis nudis: ſpiculis patulis, lanceolato-linearibus. Habitat in Cochinchinâ.

Monti. Prodr. Gram. t. 1. f. 2.

Sp. 3. CYPERUS ROTUNDUS. α Cỏ cú: Hương phụ. β Hiàm phû çû.

Differ. ſpec. Cyp. *Culmo* triquetro, ſub-nudo: *umbellâ* decompoſita: *ſpicis* alternis linearibus. Lin. ſp. 8.

Hab; & notæ. *Culmus* 1-pedalis, triquetrus, ſæpe nudus, aliquando foliolis parvis, ſparſis. *Folia* radicalia congeſta, ſubulata, reflexa, glabra, culmo breviora. *Umbella* decompoſita, ſimpliciter folioſa: *ſpiculis* lanceolato-linearibus: *pedicellis* diſtichè imbricatis. *Radix* tuberibus ovatis, parvis, multis, ſparſis, odoratis, exterius faſcis, piloſis, interius rubeſcentibus, friabilibus.

Habitat ubigue in Cochinchinâ, & Chinâ.

Cyperus Indicus Bont. Jav. p. 134. Gramen Cyperinum Zeylanicnm, radice ruberoſâ. Burm. Zeyl. pag. 107.

Obſerv. Cyperus Rotuddus Indicus vix differt ab Odorato Americano, niſi formâ radicis.

Virt. Tuberum: Diuretica, Emmenagoga, Vulneraria. Valet in hydrope, affectibus frigidis uteri, & nervorum. Adſtrictionem ventris ſolvit. Ad nigridinem toſta, tritaque, cum vino pota fluorem album cohibent, & ulcera uteri detergunt.

Sp. 4. CYPERUS ELATUS. α Lác làm chiéo.

Differ. ſpec. Cyp. *culmo* triquetro nudo: *umbellâ* folioſâ, ſupra decompoſitâ: *ſpicis* digitalibus imbricatis, ſpiculis ſubulatis. Lin. ſp. 12.

Hab; & notæ. *Planta* paluſtris: culmo 5-pedali, acute triquetro, nudo, læviſſimo, elato. *Folia* radicalia, ſubulata, lævia. *Umbella* folioſa, ſupra decompoſita: *ſpicis* longis, ſubteretibus, imbricatis, ſpiculis ſubulatis.

Gramen Cyperinum maximum, Mahakiri dictum, Burm. Zeyl. p. 108. Gra-

Gramen Cyperoides maius, ſpicis ex oblongo rotundis, compactis, ferrugineis. Sloan. Jam. pag. 36.

Uſus. Ex culmis hujus in tænias longas, & ſtrictas ſectis, ſoliſque calore convolutis fiunt a Cochinchinenſibus ſtoreæ amplæ, & terſiſſimæ, quibus ad cubandum utuntur, rejectis aliis ſtragulis, in calido climate minus commodis.

Sp. 5. CYPERUS COMPRESSUS. α Cỏ cú lép.

Differ. ſpec. Cyp. *culmo* triquetro, nudo: *umbellâ* univerſali triphyllâ: *glumis* mucronatis, lateribus membranaceis. Lin. ſp. 17.

Hab; & notæ. *Culmus* triquetrus, nudus, 1-pedalis. *Umbella* univerſalis ſub-triphylla, inæqualis: *glumis* margine membranaceis, acuminatis: *ſpiculis* ovato-oblongis, compreſſis. *Stylus* longiſſimus, 2-fidus.

Burm. Ind. pag. 21.

Sp. 6. CYPERUS PUMILUS. α Cỏ cú chít.

Differ. ſpec. Cyp. *culmo* triquetro nudo: *umbellâ* diphyllâ compoſita, *ſpiculis* alterno-digitatis, lanceolatis: *glumis* mucronatis. Lin. ſp. 20.

Hab; & notæ. *Culmus* minimus, 2-pollicaris, triquetrus, nudus: *foliis* radicalibus, minuſculis. *Umbella* 2-phylla: ſpiculis ſubulatis: *glumis* mucronatis, apice reflexis.

Pluk. Amag. 179. tab. 191. fig. 8. Burm. Ind. pag. 21.

Omnes ſupradictæ, ſpicies habitant ſpontaneæ in Cochinchinâ.

GENUS IX. SCIRPUS.

Char. Gener. *Glumæ* paleaceæ, undique imbricatæ. *Cor.* o. *Sem.* 1, imberbe. Lin. G. 73.

Sp. 1. SCIRPUS SUPINUS. α Cây nắn tháp.

Differ. ſpec. Scir. *culmo* tereti, nudo: *ſpicis* ſeſſilibus in medio culmo glomeratis. Lin. ſy. pl. ſp. 15.

Hab; & notæ. *Culmus* $1\frac{1}{2}$-pedalis, teres, nudus, ſtriatus, polynatus. *Folia* ſubulata, brevia. *Flos* ſpicis ovatis, 3-4-natis, lateralibus, per medium culmum erumpantibus. *Semen* 1, turbinatum compreſſum, breve, villis aſperis, calyce brevioribus cinctum.

Scirpus ſupinus, capitulis conglobatis. Tournef. Inſt. pag. 528.

Sp. 2. SCIRPUS MILIACEUS. α Cỏ Rát.

Differ. ſpec. Scir. *culmo* triquetro nudo: *umbellâ* ſupra decompoſitâ: *ſpicis* intermediis ſeſſilibus: *involucro* ſetaceo. Lin. ſp. 25.

Hab; & notæ. *Culmus* 8-pollicaris, cæſpitoſus, multiplex, nudus, triquetrus, ſæpe 4-gonus, foliis brevior. *Folia* ſubulata, trigono-curva, imbricata, ſub-equitantia. *Umbella* folioſa, ſupra decompoſita, diffuſa: *ſpiculis* ovatis, undique imbricatis. *Sem.* 1., nudum.

Burm. Ind. pag. 22. tab. 9. fig. 2.

† Sp. 3. SCIRPUS CAPSULARIS. β Tem ſin tsao. α Tím bóc: Dang tim.

Differ. ſpec. Scir. *culmo* tereti, nudo: *paniculâ* coarctatâ, laterali: fructu capſulari.

Hab; & notæ. *Planta* paluſtris, *culmo* 4-pedali, tereti, mucronato, nudo, cæſpitoſo: *foliis* radicalibus, paucis, brevibus, arctè convolutis. *Panicula* ſub-coarctata, lateralis. *Flos* glumis paleaceis, undique imbricatis: quæ tamen, nec ineptè, dividi poſſunt in calycem, & corollam. Scilicet: *Cal.* 4-phyllus, foliolis brevibus, acutis, æqualibus. *Cor.* 6-petala, glumis lanceolatis, incurvis, patentibus, calyce longioribus. *Filamenta* 3, ſetacea, erecta, Corollæ ſubæqualia: *antheris* ſimplicibus. *Germen* 3-gonum, oblongum, ſuperum. *Stylus* ſub-nullus. *Stigmata* 3, oblonga, villoſa. *Capſula* 3-loba, 3-valvis, polyſperma: *ſeminibus* paucis, ſubrotundis.

Habitat frequenter in Chinâ: invenitur etiam in Cochinchinâ.

Obſerv. Aquaticum hoc Vegetabile ſtaminibus appropinquat ſcirpo, fructificatione Junco, habitu utrique, calyce, & corollâ neutri. Placuit annumerare ſcirpo, cujus aliæ ſpecies in Indiâ accurrunt: at numeroſiſſima Junci familia ab Indis raró agnoſcitur.

Virtus. Culmi excorticati decoctum Diureticum eſt, & Refrigerans: ſoletque utiliter miniſtrari in acceſſu caloris febrilis.

In uſu æconomico præbet candelis, & lucernis ellychnium æqualiter poroſum, & aptum ad ſugendum oleum, lucemque puriſſimam diffundendam.

Juncus Indicus poroſus Cluſii (Cur. poſter. pag. 64.) pro noſtro ſcirpo habendus.

GENUS X. NARDUS.

Char. Gener. *Calyx* o. *Corolla* 2-valvis. Lin. ſy. pl. G. 75.

Sp. 1. NARDUS INDICA. β Cām sūm hām. α Cam tung huong.

Differ. ſpec. Nar. *ſpicâ* ſetaceâ, ſecundâ, ſubincurvatâ. Lin. Jun. ſuppl. pl. pag. 105.

Hab; & notæ. *Radix* perennis, repens. *Culmi* (vulgo ſpicæ) 2-pollicares, erecti, folioſi, ad apicem attenuati, incurvati, ſetis multis, longis, rubro-fuſcis circumſepti. *Folia* lanceolata, integerrima,

rima, glabra, alterna, ſeſſilia, erecta, apice ſub-reflexa, culmum ſuperantia. Florentem non vidi.

Habitat in montibus Occidentalibus imperii Sinenſis.

Obſerv. Exiſtimo veram eſſe Nardum Indicam Antiquorum, eandemque officinarum, ob convenientiam formæ, virtutis, ſaporis, & fragrantis odoris, quam in illâ ſæpe probavi: quæque illi tribuit Dioſcoridis l. 1. cap. 6. Nec longè diſcrepat Plinius l. 12. cap. 12. Et experientiâ confirmant Garcias Arom. l. 1. c. 33. Matthiolus, & Caſp. Rauh. in Dioſc. l. 1. c. 6. p. 30 - 32. Bont. Jav. pag. 45. Pomet Dict. des drog. pag. 213. tom. 1. Quamvis icones Nardi Indicæ, quas iſte, & Matthiolus exhibent, a noſtris obſervatis differant nimiâ craſſitie, & foliis, ut videntur, ad radicem congeſtis. Miror, quod a Celeb. Lin. Mat. Med. pag. 219. n. 513. pro ſpicâ Nardi Officinali habeatur Andropogon Nardus: hocque ab eodem æſtimetur eſſe (ſy. pl. v. 4. p. 304.) Calamum Odoratum Matthioli, & Arundinem Farctam Rumphii. Cum ille in ſuis com. in Dioſcor. l. 1. c. 17. p. 58. apertè dicat: Calamum Odoratum genere, & formâ Arundinem præ ſe ferre: cumque antea cap. 6, ejuſdem libri ſpicam Nardi diverſam omnino deſcripſiſſet. Rumphius (Amb. l. 6. c. 9. tab. 6.) Arundinem Farctam deſcribit 10, vel 12 pedes longam, nec de ejus virtute, aut odore recordatur accuratus Author. Unde ſatis liquet nec Calamum Odoratum Matthioli, nec Arundinem Farctam Rumphii veram eſſe Nardum Indicam officinarum: quantumvis verum Andropogon ſint, cujus paniculæ potius Saccharum referunt, quam Nardum.

Virtus totius plantæ: Cardiaca, Stomachica, Diuretica: Bontio etiam Deobſtruens, & Alexiteria. Idem aſſerit eâ condiri cibos in Javâ, ſicut condiuntur ibi Calamo Aromatico, & Junco Odorato, quos perindè a Nardo diverſos cognoſcit. In Chinâ, & Cochinchinâ, præter uſum Medicum, frequenter miſcetur Nardus aliis aromatibus adformandos paſtillos, & ſacculos odoriferos.

DIGYNIA.

GENUS. XI. BOBARTIA.

Charact. Gener. *Cal.* imbricatus. *Corolla* gluma 2-valvis, ſupera. Lin. ſy. pl. G. 77.

Sp. 1. BOBARTIA INDICA. Co gà.

Differ. ſpec. Bob. *ſpicis* capitatis: *involucro* folioſo. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. Gramen annuum: culmo 6-polliari, tereti, ſub-erecto, parum folioſo. *Folia* ad radicem cogeſta, multa, canaliculata,

ta, patentia. *Capitulum* terminale, grandiuſculum, glomeratum, formatum exfloſculis, calycibus imbricatis paleis multis, longis, acutis, convolutis, 1-floris: *ſemine* 1-oblongo.

Gramen Cyperoides Maderas patanum. Plukn. tab. 300. f. 7. Burm. Ind. pag. 23.

GENUS XII. PANICUM.

Charact. Gener. *Cor.* 3-valvis: *valvulâ* tertiâ minimâ. Lin. ſy. pl. G. 82.

Sp. 1. PANICUM POLYSTACHION. α Co sâu rom.

Differ. ſpec. Pan. *ſpicis* teretibus: *involucellis* unifloris faſciculato-ſetoſis: *culmis* erectis ſupernè ramoſis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Culmus* annus, 2-pedalis, erectus, tenuis, teres, geniculatus, polynatus, ramoſus? non ſatis memini: icon Rumphiana ſimpliciſſimum exhibet. *Folia* ſubulato-linearia, longa, erecta, radicalia congeſta, caulina ſparſa, brevia, ſub-piloſa. Spica cylindrica, erecta, ſimplex: *involucris* 1-floris, hirtis ſetis faſciſculatis, multis, longis.

Gramen Caricoſum, Vulpinum. Rumph. Amb. l. 10. c. 13. p. 18. tab. 7. fig. 2. B.

Sp. 2. PANICUM ITALICUM. α Cây Khê. β ſiào mě: Sŏ.

Differ. ſpec. Pan. *ſpicâ* compoſitâ, ſpiculis glomeratis, ſetis immixtis: *pedunculis* hirſutis. Lin. ſp. 5.

Hab; & notæ. *Culmus* annuus, ſeſquipedalis, teres, craſſiuſculus, erectus, ſimpliciſſimus. *Folia* caulina, alterna, lanceolato-linearia, plana, ſtriata, reflexa. *Spica* unica, magna, reclinata, compoſita ſpiculis glomeratis, ovatis, ſetis denſis immixtis, floſculo longioribus. *Semen* flavum, ſub-globoſum.

Panicum Botton. Rumph. Amb. l. 8. c. 32. tab. 75. f. 2.

Uſus: eſculentus.

Sp. 3. PANICUM CRUS CORVI. α Cỏ đỏ đột.

Differ. ſpec. Pan. *ſpicis* alternis, ſecundis, ſpiculis ſubdiviſis: *glumis* ſub-ariſtatis, hiſpidis, rachi trigonâ. Lin. ſp. 6.

Hab; & notæ. *Culmus* annus, 2-pedalis, ſuberectus, multiplex, geniculatus, folioſus. *Folia* graminea, ſub-erecta. *Spicæ* plerumque alternæ, aliquando conjugatæ: *ſpiculis* oblongis, diſtichis, patentibus: *glumis* ariſtatis, hiſpidis: *floſculis* omnibus hermaphroditis. *Rachi* ſæpius 4-gona.

Obſerv. Hæc herba quaſi media inter Crus Corvi, & Crus Galli, ab ambabus adhuc differens eſt.

Pani-

Panicum Corvi. Thunb. Jap. p. 46.

Sp. 4. PANICUM HIRTELLUM. *α* Co Khé.

Differ. ſpec. Pan. ſpicâ compoſitâ : ſpiculis alternis, adpreſſis : calycibus geminis : valvulis omnibus ariſtatis, extimâ longiſſimâ. Lin. ſp. 11.

Hab; & notæ. Gramen annuum, *culmo* 2-pedali, ſuberecto, tereti, lævi. *Folia* ſabulato-lanceolata, brevia, glabra, undulata : vaginis longis. *Spicæ* rubrofuſcæ, breves, terminales, compoſitæ : ſpiculis ſecundis, adpreſſis, alternis. *Valvulæ* omnes ariſtatæ : exterior longior.

Burm. Ind. pag. 24. tab. 12. fig. 1. Thunb. Jap. p. 46.

Sp. 5. PANICUM MILIACCUM. *β* . . .

Differ. ſpec. Pan. *paniculâ* laxâ, flaccidâ : *foliorum* vaginis hirtis : *glumis* mucronatis, nervoſis. Lin. ſp. 23.

Hab; & notæ. *Culmus* annuus, 3-pedalis, erectus, craſſus, ſubcompreſſus, ſub-flexuoſus, fiſtulatus, nodoſus, ramoſus. *Folia* ſubulata, maiuſcula, piloſa, plana, reflexa : *vaginis* hirtis, longis. *Paniculæ* terminales, ſparſæ, magnæ. *Cal.* 3-valvis, glumis nervoſis, acutis, exteriore duplo minore. *Corolla* 3-valvis : glumis membranaceis, ſubacutis, exteriore triplo minore, apice 2-fidâ. *Styli* 2, capillares : *ſtigmatibus* ovatis, plumoſis, coloratis. *Semen* ſub-ovatum, compreſſiuſculum pallidum, nitidum. Datur varietas ſemine fuſco-rubro.

Habitat Pekini, & aliis locis Sinarum.

Hort. Cliff. pag. 27. Burm. Ind. pag. 26.

Uſus cibarius.

Sp. 6. PANICUM LATIFOLIUM. *α* . . .

Differ. ſpec. Pan. *paniculâ*, racemis lateralibus ſimplicibus : *foliis* ovato-lanceolatis, collo piloſis. Linn. ſp. 26.

Hab; & notæ. *Culmus* annuus, craſſus, 5-pedalis. *Folia* lanceolata, magna, plicato-ſulcata, collo amplexicauli villoſo. *Floſculi* mutici : *paniculâ* ſub-coarctatâ, ramis lateralibus ſub-ſimplicibus : *ſemine* pallido.

Omnes iſtæ ſpecies habitat in Cochinchinâ, præter quintam, quæ Sinenſis eſt.

GE-

GENUS XIII. ALOPECURUS.

Char. Gener. *Calyx* 2 - valvis. *Corolla* 1 - valvis. Lin. ſy. pl. G. 84.

Sp. 1. ALOPECURS HORDEIFORMIS. α . . .
Differ. ſpec. Alop. *racemo* ſimplici : *floſculis* ariſtis circumvallatis. Lin. ſp. 6.
Hab ; & notæ. *Culmus* annuus , ſeſquipedalis , ſimpliciſſimus , folioſus , ſub-erectus , gracilis , teres. *Folia* lanceolata , plana , ſtriata. *Spica* terminalis , oblonga , ramoſa , ariſtata. Floſculi pedicellis ſimplicibus , longiuſculis. *Calyx* 2 - valvis , æqualis , 1 - floris. *Corolla* 1 - valvis , calyce longior.
Habitat ſpontaneus in Cochinchinâ. Pluk. Almag. 177. t. 119. f. 1.

GENUS XIV. PHLEUM.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis , ſeſſilis , linearis , truncatus , apice bicuſpidato. *Cor.* incluſa. Linn. ſy. pl. G. 83.

Sp. 1. PHLEUM COCHINCHINENSE. α Cŏ choung.
Differ. ſpec. Phl. *ſpicâ* ſecundâ , lineari , glabra.
Hab ; & notæ. *Gramen* $2\frac{1}{2}$ - pedale : *culmo* teriti , gracili , ſub-erecto. *Folia* ſubulata , longa. *Spica* ſecunda , ſimplex , linearis , longiſſima , glabra , erecta : *receptaculo* communi ad unum latus articulatè excavato , arctè includente ſingulos floſculos , quin promineant. *Calyx* 2 - valvis , 1 - florus , truncatus , cuſpidatus. Habitat ſpontaneum in Cochinchinâ.

Sp. 2. PHLEUM AFRICANUM. γ Muxoeira.
Differ. ſpec. Phl. *ſpicâ* cylindrica , floſculis undique coarctatâ : pedunculis 3 - floris , piloſis.
Hab ; & notæ. *Culmus* annus , 2 - pedalis , erectus , craſſus , ſolidus , ſimpliciſſimus. *Folia* ſubulata , ſtriata , aſpera , reflexa , pauca. *Spica* cylindrica , caudata , Typhæ latifoliæ ſimilis , erecta , magna : floſculis undequaque affixis , coarctatis. *Pedunculi* 3 - flori , pilis longis , floſculos ad baſim Colligentibus. *Calyx* 2 - valvis , truncatus , valvis 3 - cuſpidatis. *Corolla* 2 - valvis , acuta. *Filamenta* 3 , capillaria , glumis duplo longiora : *antheris* bifurcatis. *Semen* 1. turbinatum , apice rotundum. An Phl. Pratenſe ? Lin. ſp. 1.
Habitat in orâ Orientali Africæ , contra Mozambicum.
Uſus. Eò utuntur Æthiopes Orientales ad paranda vulgaria liba , & pulmenta , quibus libenter veſcuntur.

GE-

GENUS XV. PHALARIS.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, carinatus, longitudine æqualis, corollam includens. Linn. ſy. pl. G. 80.

Sp. 1. PHALARIS ZIZANOIDES. α Cỏ chuốc mật.
Differ. ſpec. Phal. *paniculâ* ſimpliciſſima : *floribus* muricatis, altero ſeſſili. Lin. ſp. 10.
Hab; & notæ. *Radix* fibroſa, nec nodoſa. *Culmus* 2 - pedalis, erectus, teres, folioſus, ſimpliciſſimus, craſſus, ſolidus. *Folia* ſubulata, vaginantia, margine ciliata, aſpera. *Spica* terminalis, oblonga, ſeu velis, *panicula* ſimpliciſſima, coarctata : *valvis* calycinis æqualibus, ambabus carinatis, ciliatis : *corollâ* bivalvi, breviori. Floſculi duo ad paniculæ dentes ſingulos (ſi bene memini) alter pedicellatus, alter ſeſſilis.
Lin. Mantiſſa. pag. 183. ex Kœnigio. Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.

GENUS XVI. MILIUM.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, uniflorus : *valvulis* ſubæqualibus. *Cor.* breviſſima. *Stigmata* penicilliformia. Lin. ſy. pl. Gen. 85.

Sp. 1. MILIUM EFFUSUM. α Cây cỏ gạo.
Differ. ſpec. Mil. *floribus* paniculatis, diſperſis, muticis. Lin. ſp. 5.
Hab; & notæ. *Culmus* 1½ - pedalis, erectus, craſſiuſculus, glaber, fiſtulatus, articulatus, geniculis rubris. *Folia* lanceolato-ſubulata, plana, reflexa. *Panicula* magna, terminalis, diffuſa : floſculis diſperſis, muticis. Corolla 2 - valvis, clauſa, nitida, valvis æqualibus, calyce brevioribus. Naſcitur incultum inter ſegetes oryzæ montanæ in Cochinchinâ.
Lin. Cliff. pag. 27. Milium Indicum, paniculâ ſparſâ, erectâ. Tournef. pag. 515.

GENUS VII. AGROSTIS.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis, uniflorus, corollâ paulo minor. *Stigmata* longitudinater hiſpida. Lin. ſy. pl. G. 86.

Sp. 1. AGROSTIS INDICA ? α Cỏ lung.
Differ. ſpec. Agr. *paniculâ* contractâ muticâ : *racemis* lateralibus erectis, alternis. Lin. ſp. 20.

Hab; & notæ. *Culmus* 5-pedalis, ſimpliciſſimus, teres, folioſus, ſolidus, flaccidus, procumbens, articulis radicantibus. *Folia* ſubulata, pauca. *Panicula* terminalis, coarctata, cylindrica mutiea: *racemis* alternis, brevibus, erectis. *Calycis* valva altera brevior: ambæ acutæ, corollâ breviores. Stigmata hiſpida.

Burm. Ind. pag. 27. Plukn. Alm. p. 175. t. 191. f. 5.

Obſerv. Flore convenit omnino cum Agr. Indicâ: culmo accedit ad Stoloniferam Lin. ſp. 12. Si placeat, Cochinchinenſis vocetur nova ſpecies.

Sp. 2. AGROSTIS RADIATA. α Cỏ pháo luói.

Differ. ſpec. Agr. *ſpicis* ſub-quinis, radiatis, baſi villoſis: valvulis petaloideis, ariſtatis. Lin. ſp. 22.

Hab; & notæ. *Culmus* 6-pedalis, ſimpliciſſimus, erectus, teres, ſolidus, leviſſimus. *Folia* ſtriata, magna. *Spiculæ* terminales, 4-5, horizontaliter radiatæ, baſi piloſæ: *calycibus*, & *corollis* etiam piloſis, nec ariſtatis. Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.

Sloan. Jam. 33. hiſt. 1. p. 111. t. 68. f. 3.

Sp. 3. AGROSTIS CAPILLARIS. α Cỏ dez.

Differ. ſpec. Agr. *paniculâ* capillari patente: *calycibus* ſubulatis, æqualibus, hiſpidiuſculis, coloratis: *floſculis* muticis. Lin. ſp. 13.

Hab; & notæ. *Culmus* 4-pedalis, ſimplex, erectus. *Folia* ſubulata, longa, triquetro-curva. *Panicula* terminalis, ſpicata: *ſpiculis* longis, tenuiſſimis, *floſculis* 2-natis, *calycibus* 1-floris, *valvis* inæqualibus, fuſco-violaceis, hiſpidis, acutis, muticis.

Scheuch. Gram. 129. Gmel. tub. p. 18. Habitat in Cochinchinâ.

Sp. 4. AROSTIS MINIMA? α ...

Differ. ſp. Agr. *paniculâ* muticâ, filiformi. Lin. ſp. 17.

Hab; & notæ. *Caulis* tenuis, repens: *ramis*, aſſurgentibus, 4-pollicaribus. *Folia* lanceolata, faſciculata. *Panicula* coarctata, filiformis: *floſculis* ſolitariis, alternis, muticis. *Calyx* corolla brevior, uterque valvis inæqualibus.

Nardus paniculâ ſpicatâ. Dalib. fl. Paris. 155. Habitat in Cochinchinâ.

+ Sp. 5. AGROSTIS ODORATA. α Cây hoa cỏ.

Differ. ſpec. Agr. *ſpicis* ſecundis, congeſtis, muticis.

Hab; & notæ. *Culmus* 6-pollicaris, tenuis, erectus, folioſus. *Folia* ſubulata, brevia, glabra, amplexicaulia. *Flos* ſpicis ſecundis, adpreſſis, faſciculatis, terminalibus: *valvis* calycis muticis, acutis, 1-floris: corollinis glumis ſubæqualibus, calyce longioribus.

Uſus.

Uſus. Æſtimatur a Cochinchinenſibus, etiam magnatibus, ob præſtantiam, & tenacitatem odoris, quo pretioſas veſtes imbuunt. Integro gramine, quod exſiccatum ſuavius ſpirat, cervicalia ſolent farcire.

Habitat prope litora in Cochinchinâ.

† Sp. 6. AGROSTIS PLICATA. β Sam ſolic tiao.

Differ. ſpec. Agr. *foliis* plicatis: *ſpicâ* lineari, muticâ.

Hab; & notæ. *Culmus* ſeſquipedalis, anceps, erectus, folioſus. *Folia* lanceolata, magna, in longitudinem plicato-ſulcata. *Spica* linearis, adpreſſa, diſticha: *valvis* omnibus acutis, calycinis ſub-brevioribus, nullâ ariſtatâ. Calyx 1-florus.

Habitat in ſuburbiis urbis Cantonienſis Sinarum.

† *GENUS XVIII. STEGOSIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Gluma 1-flora, 2-valvis: interiore ſubrotundâ, concavâ, carinatâ.

Cor. Gluma 3-valvis, calyce brevior: interiore latiore, breviore.

Stam. Filamenta 3, calice breviora. Antheræ oblongæ.

Piſt. Germen ovatum. Styl. 2, baſi diſtantes, filamentis æquales. Stigmata longiuſcula.

Peric. nullum. Corolla fovens ſemen.

Sem. 1, ſubrotundum, ſubacuminatum.

Nom. (Σ τέγος tectum) ab uſu plantæ apud indigenas ad tegendas domos.

Char. Gener. *Cal.* bivalvis, 1-florus *Cor.* 3-valvis, calyce brevior.

Sp. 1. STEGOSIA COCHINCHINENSIS. α Cò tranh.

Differ. ſp. St. *ſpicis* lateralibus, ſimplicibus.

Habitus. *Culmus* 5-pedalis, rectus, teres, ſolidus, articulatus: *ramis* paucis, obliquis. *Folia* lanceolato-ſubulata, carinata, aſpera. *Flos* ſpicis ſubulatis, ſimplicibus, ſolitariis, axillaribus: *floſculis* ſingulis ſemi-clauſis intra ſpicæ dentes excavatos. Culmus perennis? Nullibi eam vidi præterquam in Cochinchinâ, nec apud Authores inveni.

GENUS XIX. SACCHARUM.

Caract. Gener. *Cal.* lanugo longa extra calycem. *Cor.* 2 - valvis. Lin. ſy. pl. G. 79.

Sp. 1. SACCHRUM SPONTANEUM. α Cây lách.
Differ. ſpec. Sac. *floribus* paniculatis : *foliis* convolutis. Lin. ſp. 1.
Hab ; & notæ. *Culmus* perennis, 9 - pedalis, erectus, tenuis, ſimplex, fiſtulatus, nodis diſtantibus. *Folia* ſubulata, longa, ſtricta, lævia : an lateribus convoluta ? *Panicula* maxima, terminalis, diffuſa, ſpicata : *ſpicis* capillaribus longiſſimis : *pilis* calycinis duriuſculis, rectis, corollæ valvis ſubæqualibus. *Radix* repit, & latiſſimè multiplicatur, maximè prope flumina.
Kerpa. Rheed. Malab. 12. p. 85. tab. 46.
Habitat circa paludes, & loca humida Cochinchinæ frequenter.

Sp. 2. SACCHARUM OFFICINARUM. α Miá. Cam giá. β Cân ché.
Differ. ſpecif. Sac. *floribus* paniculatis : *foliis* planis. Lin. ſp. 2.
Hab ; & notæ. *Culmus* 10 - pedalis, ſimplex, teres, ſolidus, ſucculentus, craſſus, articulatus, perennis. *Folia* lanceolato-linearia, plana, aſpera, ſtriata, acuminata, amplexicaulia, 4 - pedes longa, 3 pollices lata. *Flos* terminalis, *paniculâ* magnâ, diffuſâ, ſpicatâ : *ſpiculis* longis, ſimplicibus : lanugine, ſeu potius pilis longiſſimis, flexuoſis, tenuiſſimis, loco calycis (qui nullus eſt in hac ſpecie) protenſis. Hujus inveniuntur 3 varietates in Cochinchinâ, quæ præcipuè culmo differunt, non flore.
1. Saccharum Album. α Miá lau : *culmo* longo, albo, mediocriter craſſo, dulciſſimo, nodis diſtantioribus.
2. Saccharum Rubrum. α Miá mung : *culmo* brivi, craſſiore, rubro, ſuccoſiſſimo, nodis approximatis.
3. Saccharum Elephantinum. α Miá boi : *culmo* craſſiſſimo, rubro, longo, minus dulci, nodis approximatis.
Arundo Saccharifera. Rumph. Amb. l. 8. cap. 26. tab. 74. f. 1. Piſo Braſil. pag. 108, 109.
Habitat, & colitur abundantiſſimè in omnibus provinciis regni Cochinchinenſis : ſimul in aliquibus imperii Sinenſis, ſed minori copiâ.
Uſus. Eſculentus ; dulciſſimus, gratiſſimus, innocuus. Ex ſaccharo fermentato deſtillatur ſpiritus vini : guſtu tamen, & odore inferior illo, qui ſolet fieri ex oryzâ. Ut autem paretur ſaccharum optimum (quale eſt Coehinchinenſe) ſumunt indigenæ culmos annuos primæ varietatis *Miá lau* ; ex illis machinâ a bubalis tractâ ſuccum

cum exprimunt, coquunt, depurgant, inſpiſſant, exſiccant. Hoc, ut albeſcat, reponitur in vaſis terreis, conicis, amplis, ſuperque ſternitur tenuis lamina luti humeſcentis: cujus humor paulatim deſcendens, & ſacchaeum penetrans, ex illo trahit particulas impuriores, & coloratas, quas in formâ mellis ſecum defert per foramen parvum vaſis conici deorſum verſum, & apertum. Saccharum vero cryſtallinum, ſive Canthum, quod ex Cochinchinâ quot annis a multis navibus exportatur, fit ex ipſo ſaccharo albo in aquâ ad ignem ſoluto, & in ſyrupum craſſiorem coćto. Tunc in loco frigido ſervatur per noćtem, ſuperſtratis aliquod virgis tenuibus ex arundine Indicâ ſećtis, quibus noćturno frigore condenſatns liquor ille ſaccharinus adhæret, & in pulchras Cryſtallos accreſcit.

Virtus: in Medecinâ Saponacea, Edulcorans, Pećtoralis, Antiſeptica. In Indiâ parcius datur infirmis, quam in Europâ.

† Sp. 3. SACCHARUM JACULATORIUM. α Cây lau.

Differ. ſpec. Sac. *culmo* fiſtulato, ſimplici: *foliis* longiſſimis, carinatis: *paniculâ* ſpicatâ, oblongâ.

Hab; & notæ. *Culmus* 10-pedalis, perennis, rećtus, teres, fiſtulatus, ſimpliciſſimus, nodis diſtantibus. *Folia* ſubulata, longiſſima, glabra, carinâ dorſali magnâ. *Panicula* terminalis, oblonga, ſpicata: ſpicis longis: *pilis* calycinis rećtis, tenuiſſimis, corollâ paulo longioribus. *Cor.* 2-valvis, æqualis, mutica.

Habitat agreſte in Cochinchinâ.

An Vuba, Arundo ſagittaria? Marcg. Braſil. pag. 4.

Uſus. In Cochinchinâ pro jaculis miſſilibus.

Sp. 4. SACCHARUM SPICATUM. α Tranh cỏ. β Mào kēn.

Differ. ſpec. *floribus* ſpicatis: *foliis* undulatis. Lin. ſp. 4.

Hab; & notæ. *Culmus* 5-pedalis, teres, tenuis, erećtus, ſimplex, folioſus, fiſtulatus, nodoſus, ceſpitoſus: *radice* perenni, repente, articulatâ, ſubdiviſâ. *Folia* radicalia congeſta, ſubulato-linearia, aſpera, culmo fere æqualia. *Flos* ſpicâ terminali, ſolitariâ, ſimplici, longâ, erećtâ, piloſiſſimâ: *pilis* calycinis longis, rećtis, floſculos ſuperantibus.

Habitat loca montana in Cochinchinâ.

Burm. Indiæ pag. 23. t. 9. f. 3. Gramen Caricoſum Lanan Rumph. Amb. l. 10. c. 13. p. 17. tab. 7. f. 2. A. Bromus Tećtorum. Pluk. tab. 299. f. 2. Quæ tamen figura ſpicis congeſtis differt a noſtras ſpicâ ſolitariâ.

Uſus frequentiſſimus ad tegendas ruſticorum domos: in quem finem nullum gramen eſt præſtantius, cum plures in annos duret, quin putreſcat.

Vir-

Virtus. Radicis, & ſpicæ. Diuretica, ſub-adſtringens, ſanguinis fluxus cohibens.

Obſervatio. Noſtra planta eſt procul dubio eadem Rumphii, ac Burmanni, locis ſupra citatis: cumque non viderimus folia undulata, quæ exhibent Rheedus (Malab. 12. t. 62.) & Pluknetius (Almag. 177. t. 119. f. 1.) puto hanc varietatem diverſitati ſoli tribuendam, quandiu non conſtet de aliis notis, quæ ſpecies dividere ſuadeant.

GENUS XX. AIRA.

Char. Gener. *Cal.* 2. valvis, 2-florus. *Floſculi* abſque interjecto rudimento. Lin. ſy. pl. G. 87.

Sp. 1. AIRA ARUNDINACEA. α Cây Sậy.

Differ. ſpec. Aira *paniculâ* oblongâ, ſecundâ, muticâ, imbricatâ: *foliis* planis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Culmus* 8-pedalis, perennis, ſub-teres, fiſtulatus, articulatus, arundinis ſimilis: radiculis multis, minuſculis, in paludibus, & ripis fluminum repentibus. *Folia* ſubulata, plana, magna, inæqualia cinerea, glabra, ſemiamplexicaulia. *Panicula* oblonga, ſecunda, patens: *floſculis* muticis, abſque rudimento tertii: *Calycibus* bifloris, ſæpe 3-valvibus.

Canna Paluſtris, Cano cano. Rumph. Amb. l. 6. c. 8. tab. 5.

Habitat loca cœnoſa Cochinchinæ.

GENUS XXI. POA.

Char. Gener. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spicula* ovata: *valvulis* margine ſcarioſis. Lin. ſy. pl. G. 89.

Pp. 1. POA CHINENSIS. α Cỏ duôi phụng.

Differ. ſpec. Poa, *paniculæ* ramis ſimpliciſſimus: *floribus* ſeſſilibus: *ſeminibus* imbricatis: *culmo* erecto. Lin. ſp. 14.

Hab; & notæ. Culmus annuus, 2-pedalis, gracilis, teres, ſub-erectus, folioſus. Folia lanceolata, glabra, amplexicaulia. Panicula terminalis, oblonga: ramis ſimpliciſſimis, patentibus: glumis calycinis 2-valvibus, muticis, 6-floris: floſculis imbricatis.

Burm. Ind. pag. 27. t. 11. f. 3. Osbeck. H. Ind. Or.

Habitat in agris Cochinchinæ.

GENUS XXII. ARUNDO.

Char. Gener. *Cal.* 2 - valvis. *Floſculi* congeſti, lanâ cincti. Lin. ſy. pl. G. 99.

* *Floribus triandris.*

Sp. 1. ARUNDO DONAX. α Cây cuoi.
Differ. ſpec. Ar. *calycibus* 5 - floris : *paniculâ* diffuſâ : *culmo* fruticoſo. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 10 - pedalis, ſimpliciſſimus, teres, fiſtulatus, nodis diſtantibus. *Folia* magna, plana, aſpera, cinerea, amplexicaulia. *Panicula* terminalis diffuſa : *floribus* 3 - andris, digynis : *Calycibus* 3 - floris. *Semina* oblonga pappo piloſo, longo baſi cincta. Habitat loca humida in Cochinchinâ.
Matthiol. in Dioſc. l. 1. c. 97. f. 1. Forskæl Arab. cent. 1. n. 85.

Sp. 2. ARUNDO EPIGEGOS. α Cây trai.
Differ. ſpec. Ar. *Calycibus* unifloris : *paniculâ* erectâ : *foliis* ſubtus glabris. Lin. ſp. 4.
Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 8 - pedalis, inermis, ſimpliciſſimus, fiſtulatus, nodis diſtantibus, planiuſculis. *Folia*, ſub-erecta, plana, inferius glabra. *Panicula* erecta, oblonga, ſubcoarctata : *floribus* triandris, digynis, muticis : *calycibus* unifloris : *ſemine* oblongo : pappoſo. Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Forskæl. Arab. cent. 1. n. 82.

† Sp. 3. ARUNDO PISCATORIA. α Cây trúc.
Differ. ſpec. Ar. *calycibus* 1 - floris, *ſpicâ* terminali : *culmo* ramoſo : *foliis* minuſculis.
Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 8 - pedalis, inermis, ramoſus, ſubulatus, ſub-ſolidus, nodis approximatis. *Folia* lanceolato-linearia, obſcuro-viridia, glabra, petiolata, omnium arundinum minima, alterna. *Flos* ſpicatus, terminalis : *calycibus* 1 - floris : *ſtaminibus* ternis : *ſtylo* gemino. Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ.
Uſus. Culmus ad virgas piſcatorias aptiſſimus; nam cum ſit tenax, & apice attenuatus, facilè indicat quemlibet motum piſcis mordentis hamum. Inde nomen ſpecificum.

† Sp. 4. ARUNDO DIOICA. α Cây bac mai.
Differ. ſpec. Ar. *calycibus* 1 - floris : *ſpicis* faſciculatis, compoſitis : ſpiculis linearibus.

Hab;

Hab ; & notæ. *Culmus* perennis , 8 - pedalis , inermis , ſimpliciſſimus ? nodis diſtantibus. *Folia* lanceolato-linearia. *Spicæ* terminales , faſciculatæ , compoſitæ ſpiculis linearibus , longis : *calicibus* monofloris : *floſculis* dioicis , fœmineis Digynis : maſculos non invêni. Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

** *Floribus hexandris.*

Sp. 5. ARUNDO BAMBU. α Tle vầu. β Yě chŏ.

Differ. ſpec. Ar. *calicibus* multifloris : *ſpicis* ternis , ſeſſiliis. Lin. ſy. pl. ſp. 1.

Hab. ; & notæ. *Culmus* ligneſus , inanis , teres , rectus , 40 , & amplius pedes longus , ſimplex , nitidus : *inter-nodiis* longitudine , & circumferentiâ pedalibus : *vaginis* craſſis , piloſis , aſperis , convolutis , deciduis : *ramis* alternis , tenuibus , ſolidis , ſpinoſis , reclinatis , a baſi uſque ad verticem naſcentibus , qui in ſummitate permittuntur creſcere , inferioribus ſæpe amputatis : unde fallitur Rumphius aſſerens in apice tantum ramos protendere. *Folia* parva , integerrima , lanceolata , baſi ſubrotunda , ſtriata , aſpera , petiolis alalternis , teretibus. Internodia tubulata culmi ſæpe inveniuntur plena humore aquoſo , limpido , qui tamen in Indiâ extra Gangem non condenſatur in Tabaxir , ſicut accidit , quamvis raro , in Malabariâ.

Flos paniculâ diffuſâ , ſpicatâ : *ſpiculis* oblongis , imbricatis. *Calix* 2 - valvis , 1 - florus , valvis acutis , convolutis. *Corolla* 2 - valvis membranacea , minima , pilis cincta. *Filamenta* 6 , breviſſima : *antheræ* totidem , oblongæ. *Stigmata* 3 , ſubſeſſilia , longa , villoſa. *Semen* 1 , oblongum.

Habitat ubique culta in Cochinchinâ , & Chinâ , Tunkino , & Cambodiâ : eâque paſſim vallantur horti , & pagi.

Arundo Indica , arborea , maxima , Tabaxir fundens. Burm. Zeyl. pag. 35.

Tabaxir Mambu arbor. Rheed. Malab. l. 1. p. 25. t. 16.

Arundarbor vaſaria , Bulu Java. Rumph. Amb. l. 6. c. 4. ſine figurâ.

Virtus. In arte Medicâ materiam præbent ejus folia , cortex , gemmæ , & radix. Folia refrigerant , emolliunt , reſolvunt. Eorum decoctum prodeſt in febribus , melancholia , tuſſi , dolore gutturis. Cortex tenuis raſus refrigerat , agglutinat , blandè aſtringit : prodeſt in caloribus internis , hæmorrhagiâ , fluxu menſium immodico , vomitu , nauſeâ. Radix , & gemmæ reſolvunt , attenuant , diureſim , ac diaphoreſim promovent , ſanguinem purificant : conveniunt in obſtructionibus , difficultate urinæ , doloribus vagis , ac venereis. Ex radicis Bambu recentis , foliorum Tabaci , ac piperis Betele partibus

bus æqualibus per multos dies in oleo maceratis fit unguentum magnæ virtutis ad tumores duros, & ſcirrhoſos reſolvendos.

Uſus Arundinis Indicæ præcipuè hujus ſpeciei Bambu eſt utiliſſimus, & frequentiſſimus in notâ Indiâ. Ex ejus culmis fiunt integræ domus pauperum, columnæ, trabes, parietes, tabulata, tecta, adjectis tantummodo ſtraminibus. Fiunt etiam lintres, pontes, navium mali, ciſtæ, pocula, caldaria, innumeraque alia utenſilia tam domeſtica, quam ruralia.

Obſervatio. Cum iſtius Arundinis, quamvis in Aſiâ vulgatiſſimæ, nullam apud Authores accuratam deſcriptionem invenerim, fortaſſe, quia ab illis cum aliis ſpeciebus confunditur, mirum non eſt a celeb. Linnæo nobis relictam fuiſſe definitionem hujus ſpeciei valde impropriam. Ego juxta propria obſervata in vivis plantis, & loco natali habita libenter ſequentem ſubſtituerem.

† Arundo *floribus* hexandris: *paniculâ* diffuſâ, *ſpiculis* imbricatis: *ramis* culmi ſpinoſis: *calycibus* 1-floris.

† Sp. 6. ARUNDO AGRESTIS. α Tle ri.

Differ. ſpec. Ar. *floribus* hexandris: *paniculâ* ſpicatâ, ſpiculis congeſtis: *ramis* culmi inferioribus ſpinoſiſſimis: *calycibus* 1-floris.

Hab; & notæ. *Culmus* lignoſus, duriſſimus, ſubteres, tortuoſus, 30 pedes altus, brachium craſſus, nodis prominentibus, internodiis brevibus, intus parum vacuis, ſæpe integrè ſolidis: *ramis* alternis, multis, inferioribus denſioribus, arcuatis, ſubdiviſis, intricatis: ſpinis plurimis, craſſis, ſparſis, curvis. *Folia* liniari-lanceolata, parva, glabra, ſtriata, ſparſa, petiolis longiuſculis, tenuibus. *Flos* paniculâ erectâ, terminali, in ſpiculas congeſtas, breves deſinente. *Cal.* uniflorus. *Corolla* minima, lanata. *Antheræ* 6, longiſſimæ, ſub-ſeſſiles. *Stigmata* 2, ſtylo unico impoſita. *Semen* oblongum.

Habitat agreſtis in montibus, locisque deſertis, & aridis per totam Cochinchinam: puto, quod etiam in Chinâ.

Arundarbor ſpinoſa. Rumph. Amb. l. 6. c. 6. tab. 3.

Uſus. Hæc Arundo eſt duriſſima, & in longum tempus permanet incorrupta, ideoque ad opera ruſtica magis utilis. Præſtat præcipuè ad circumvallandas arces, quæ ejus duritie, & ſpinarum denſitate fiunt hoſtibus imperviæ, vel ſaltem moleſtiſſimæ.

† Sp. 7. ARUNDO MITIS. α Cây mò ho.

Differ. ſpec. Ar. *floribus* hexantris: *paniculâ* erectâ coarctatâ, ſpicis longis, imbricatis: *culmo* æqualiſſimo, inermi: *calycibus* 1-floris.

Hab; & notæ. *Culmus* lignoſus, teres, æqualiſſimus, 40 circiter pe-

H des

des longus, crus craſſus, ſimplex, inanis, articulatus, nodis diſtantioribus, vix prominentibus: ramis inermibus, polynatis. *Folia* maiuſcula, lanceolata, ſtriata, amplexicaulia. *Panicula* coarctata, erecta, ſimplex, ſpiculis longis, imbricatis. *Calyx* uniflorus, bivalvis. *Corolla* breviſſima, lanata. *Stamina* 6. *Stilus* 1: *ſtigmatibus* 3, longis, villoſis.

Habitat culta, non frequens, in agris, & ſæpibus Cochinchinæ: eâque in tenuiſſimas tænias ſectâ uti eleganter ſolent ad texendos pileos, ciſtas, & diverſa, ac pulchra vaſcula.

Arundarbor fera, Bulu ſwangi. Rumph. Amb. l. 6. cap. 7. t. 4. Cujus icon noſtræ magis convenit, quam deſcriptio.

† Sp. 8. ARUNDO MULTIPLEX. α Cây hóp.

Differ. ſpec. Ar. *floribus* hexandris: *ſpicis* interruptis, ſpiculis verticillatis: *culmo* diviſo: *calycibus* 1-floris

Hab; & notæ. *Culmus* perennis, 12-pedalis, pollicem, craſſus, teres, multiplex, inermis, fiſtulatus, internodiis longiſſimis. *Folia* lanceolato-linearia, 6 pollices longa, plana, glabra, amplexicaulia, coloris fuſco-viridis. *Flos* terminalis, ſpicis paucis, pedicellatis, erectis, longis, interruptis, compoſitis: *ſpiculis* ſubulatis, ſeſſilibus, imbricatis, circa pedicellum communem verticillatis. *Filamenta* 6, capillaria, longa: *antheris* oblongis. *Stigmata* 3, ſeſſilia, longa, plumoſa, reflexa. *Cal.* 1-florus. *Semen* oblongum.

Habitat loca culta in provinciis Borialibus Cochinchinæ, ex eâque plantantur ſepes ad diviſionem hortorum.

Arundarbor tenuis, Leleba dicta. Rumph. Amb. l. 6. c. 1. tab. 1.

Obſervatio. Sunt adhuc plures ſpecies Arundinis in Cochinchinâ, quarum flores non examinavi; ideoque libenter prætermittam. Trium breviter recordabor, quas indefeſſus Rumphius in inſulis Amboinenſibus, & Molucanis etiam vidit, & deſcripſit.

1. Arundo Maxima. α Tle lang nga. Iſta eſt omnium arundinum maxima longitudine, & craſſitudine; ſpiniſque denſiſſimis horrida. Fortaſſe erit varietas Ar. Bambu, cui multum aſſimilatur. Habitat præcipuè inculta ingentes tractus fluminis Lavii a magno portu Baſſác uſque ad metropolim Cambodiæ. Rhumph. Amb. l. 6. pag. 12. Arundarbor Maxima.

2. Arundo Fax. α Tle nứa. Culmus mediocris 18 pedes longus, 1½ pollicem craſſus, rectiſſimus, omnium inaniſſimus, internodiis longis. Ex illis oleo, & ſtupâ fartis formantur faces viatoriæ; indeque nomen. Rumph. Amb. l. 6. cap. 2. ſine figurâ. Arundarbor cratium.

3. Arundo Tabacaria. α Oúng thaóng. Culmus tenuis, rectiſſimus, æqualiſſimus, ſub-ſolidus, aſper, ramoſus, internodiis longiſſimis, duriſ-

duriſſimis, tenaciſſimis, ſcabris. Ex illis lævigatis fiunt fiſtulæ tabacariæ pulchræ, & idoneæ, ab indigenis uſitatæ. A Rumphio (Amboinæ l. 6. c. 3.) vocatur Arundarbor ſpiculorum, diciturque flores producere in ſpicis verticillatis, ſicut Leleba, quæ nobis Arundo Multiplex, ſp. 8. An hujus varietas?

GENUS XXIII. TRITICUM. β Mĕ. α Luá mì.

GENUS XXIV. HORDEUM. β Mẻu. α Mạch nha.

Tam Tritici, quam Hordei variæ ſpecies, & vulgares quidem naſcuntur in Chinâ, quarum flores non examinavi. Indiginæ libentius veſcuntur oryzâ, quæ in aliquibus provinciis cariori pretio venditur quam triticum. In Cochinchinâ coli non ſolent. Ego utrumque ibi ſeminavi, pervenêruntque ad maturitatem, ſed abſque notabili proventu.

GENUS XXV. CYNOSURUS.

Char. Gener. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Receptaculum* proprium unilaterale, foliaceum. Lin. ſy. pl. G. 93.

Sp. 1. CYNOSURUS ÆGYPTIUS. α Cỏ chỉ tláng.

Differ. ſpec. Cyn. *ſpicis* digitatis, quaternis, obtuſis, patentiſſimis, mucronatis: *calycibus* mucronatis: *caule* repente: *foliis* oppoſitis Lin. ſp. 7.

Hab; & notæ. *Culmus* tenuis, longus, repens, pallidus, geniculatus, glaber, tenaciſſimus: *ramis* multis, brevibus, erectis. *Folia* ſubulata, oppoſita. *Flos* terminalis, ſpicis 4-5, patentibus, acutis, unilateralibus. *Calycis* valvæ acuminatæ, carinatæ, inæquales.

Burm. Ind. pag. 28. Gramen Cruciatum. Bont. Jav. p. 148. Gram. Vaccinum. Rumph. Amb. l. 10. cap. 5. tab. 4. f. 1.

Sp. 2. CYNOSURUS INDICUS. α Cỏ chỉ tiá.

Differ. ſpec. Cyn. *ſpicis* digitatis linearibus: *culmo* compreſſo declinato, baſi nodoſo: *foliis* alternis. Lin. ſp. 8.

Hab; & notæ. Culmus tenuis, ſubcompreſſus, ſuberectus, geniculatus, rubeſcens, aliquando repens, folioſus. *Folia* multa, parva, ſtricta, alterna. *Spicæ* terminales, congeſtæ, lineares, patentes. *Calycis* valvæ acutæ: interior longior, ciliata, lanuginoſa:

Gramen Vaccinum fœmina. Rumph. Amb. l. 10. cap. 5. tab. 4. f. 2. Gramen Dactyloides. Burm. Zeyl. pag. 106. tab. 47. f. 1.

TRIGYNIA.

GENUS XXVI. LECHEA.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 3, linearia. *Capſ.* 3 - locularis, 3 - valvis : valvulis totidem interioribus. *Semen* 1. Lin. ſy. pl. G. 116.

† Sp. 1. LECHEA CHINENSIS. β Chăt yú tsào.
Differ. ſpec. Lec. *foliis* ovato-lanceolatis : *ſpathis* trifloris, terminalibus.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, multiplex, repens, brevis. *Folia* ovato-lanceolata, lineata, glabra : *petiolis* vaginantibus. *Flos* terminalis, cæruleus : *ſpathâ* magnâ, obtuſâ, 3 - florâ : *perianthio* 3 - phyllo, brevi, patente. *Corolla* petala 3, unguiculata : *filamentis* 3, filiformibus. *Styli* 3, æquales ſtaminibus : ſtigmatibus ſimplicibus. *Capſula* ſupera, 3 - loba, 3 - valvis, 3 - locularis. 1 - ſperma. Planta primâ facie Commelinæ, & Tradeſcantiæ affinis : ſed nec filamenta habet villoſa, ſicut iſta, nec nectaria cruciata, ſicut illa.
Habitat prope Cantonem Sinarum.

GENUS XXVII. ERICAULON.

Char. Gener. *Calyx* communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3, æqualia. *Stamina* ſupra germen. Lin. ſy. pl. G. 106.

† Sp. 1. ERIOCAULON QUADRANGULARE. α Cỏ dùi coùng. β Koüc ſan tsào.
Differ. ſpec. Er. *culmo* quadrangulari : *foliis* enſiformibus : *capitulo* globoſo, baſi truncato.
Hab ; & notæ. *Herba* annua, *culmo* 4 - gono, 8 - pollicari, nudo, erecto. *Folia* enſiformia, brevia, glabra, pauca. *Capitulum* albicans, ſubgloboſum, baſi planiuſculum, ſquamis ſubrotundis, baſi attenuatis, 1 - floris, clauſis. *Corolla* petala 2, ſub-concava, apice obtuſa, dentata. *Piſtilla* 3. *Semina* 3, ovata.
Habitat in hortis, & agris Cochinchinæ ubique obvia. In Chinâ ſimilem habitu vidi, ſed florem non examinavi.

Sp. 2. ERIOCAULON SETACEUM. α Cỏ chát.
Differ. ſpec. Er. *culmo* ſexangulari : *foliis* ſetaceis. Lin. ſp. 4.
Hab ; & notæ. *Herba* annua, puſilla, ceſpitoſa, in orbem reflexa : *culmo* 6 - angulari, tenuiſſimo, 4 - pollicari, ſub-nudo. *Folia* ſetacea, brevia, pauca, in ſenectute evaneſcentia. *Capitulum* terminale, parvum, oblongum, ſubacutum. Semina ſub-triquetra.

Habi-

Habitat loca humida Cochinchinæ.

Gramen Polytricum Rumph. Amb. l. 10. cap. 12. tab. 7. f. 1. Tſieru pullu. Rheed. Malab. l. 12. pag. 129. tab. 63. Gramen junceum, foliis capillaceis, capitulis minimis rotundis. Burm. Zeyl. p. 109.

† *GENUS XXVIII. POLYPARA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. nullus.

Cor. Rotata, petala 4, oblonga, obtuſa, circundantia baſim receptaculi communis, oblongi, ſuſtinentis multos floſculos. Corolla partialis nulla.

Stam. Filamenta 3, filiformia, erecta, receptaculo partiali inſidertia. Antheræ ovatæ, 2-loculares, ſtantes.

Piſt. Germen 3-gonum. Stylus nullus. Stigmata 3, oblonga, reflexa.

Peric. Capſula 3-gona, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma, apice dehiſcens.

Sem. Multa, ovata, minuſcula.

Nom. Polypara dicitur a corollâ multos floſculos producente.

Char. Gener. *Cor.* 4-petala, polyflora. *Cal.* 0. *Capſ.* 3-locularis; polyſperma.

† Sp. 1. POLYPARA COCHINCHINENSIS. α Rau giáp cá.

Differ. ſpec. Pol. *foliis* cordatis, 5-nerviis: *pedunculis* lateralibus ſolitariis.

Hab. *Herba* hortenſis, annua: *radice* repente. *Caulis* 6-pollicaris, erectus, ſulcatus. *Folia* cordata, acuminata, 5-nervia, magna, integerrima, glabra, alterna, graveolentia, petiolis longis. *Flos* lateralis, ſolitarius, *pedunculo* longo, erecto: *corollâ* communi albiſſimâ, expanſâ.

Virtus: totius plantæ. Attenuans, Reſolvens, Emmenagoga. Menſes obſtructos reſerat: fluorem album compeſcit: fætum mortuum expellit: ecchymoſes, ſeu ſugillationes reſolvit.

Habitat hortos Cochinchinenſes, inter olera in acetariis edulis: nec alibi a me viſa.

Obſerv. Clar. Thunbergius in Claſſe Polyandriâ Polyginiâ Floræ Japonicæ, pag. 12, & pag. 234. tab. 26. plantam deſcribit, & delineat nomine Houttuyniam, quam noſtram eſſe Polyparam non dubito. In hâc vero, quam in Cochinchinâ diu colui, ſemper obſervavi ſtamina non confusè miſta piſtillis, ſed terna quælibet ad tria latera germinis 3-goni ſingulatim affixa: germina itidem diſtincta: tribus ſtigmatibus ſeſſilibus ſuppoſita. Foliola illa 4 ad baſim rece-

receptaculi communis expanſa Petala dici debent, cum ſint valde tenuia, & candidiſſima, quæ proprietates calycibus minus competunt. Folia 5-nervia habet Polypara, non Houttuynia, cæteroquin habitu valde ſimiles.

GENUS XXIX. MOLLUGO.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3-locularis, 3-valvis. Lin. ſy. pl. G. 113.

† Sp. 1. MOLLUGO TRIPHYLLA. β Ha khim ſu.
Differ. ſpec. Mol. *foliis* ternis, lanceolatis: *floribus* dichotomis.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, diffuſus, 4-gonus, ſemipedalis: ramis 3-natis. *Folia* ſtellato-terna, lanceolata, glabra, integerrima, ſeſſilia. *Flos* apetalus, lateralis, & terminalis, pedunculis longis, dichotomis, apice racemoſis. *Stigmata* tria, ſeſſilia, ſubovata, inæqualia. *Capſula* ovata, 3-loba, 3-locularis, 3-valvis: ſeminibus multis, reniformibus.
Habitat Cantone Sinarum ſpontanea.

CLAS-

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, monoſpermi.*

† 1. PHYLA. *Cal.* com. *Proprius* 2-phyllus. *Cor.* irregularis: filamentis tubo inſertis. *Sem.* ſuperum.

2. CEPHALANTHUS. *Cal.* com. o. *Receptaculum* aggregans flores regulares in globum.

3. SCABIOSA. *Cal.* com. *Receptaculum* elevatum, ſubpaleaceum. *Sem.* coronatum, involutum, inferum.

** *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

† 4. CYLINDRIA. *Cor.* cylindracea *Cal.* 4-fidus. *Bacca* 1-ſperma.

† 5. PORPHYRA. *Cor.* campanulata. *Cal.* truncatus. *Bacca* 3-ſperma.

6. CALLICARPA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-fidus. *Bacca* 4-ſperma.

7. SCOPARIA. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Capſula* 1-locularis.

8. PLANTAGO. *Cor.* refracta. *Cal.* 4-partibus. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

9. BUDDLEIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis, 2-ſulca.

10. PENÆA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 4-locularis, 4-valvis.

*** *Flores monopetali: monocarpi, ſuperi.*

11. PAVETTA. *Cor.* tubo longo. *Calyx* 1-phyllus. *Bacca* 1-ſperma.

† 12. POLYOSUS. *Cor.* tubo brevi. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 2-ſperma.

13. IXO-

13. IXORA.	*Cor.* tubo longo. *Cal.* 4-partitus. *Bacca* 2-locularis. Sem. 1-2.
14. PETESIA.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 2-locularis, polyſperma.
15. HEDYOTIS.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, apice dehiſcens.
16. OLDENLANDIA.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* polyſperma, dehiſcens inter dentes.

**** *Flores monopetali, dicocci, ſuperi: ſtellatæ.*

17. GALIUM.	*Cor.* plana. *Fructus* ſub-globoſi.
18. SPERMACOCE.	*Cor.* tubuloſa. *Fructus* coronatus. *Semina* 2-dentata.
19. CRUCIANELLA.	*Cor.* tubuloſa, ariſtata. *Fructus* nudus. Semina linearia.

***** *Flores tetrapetali, inferi.*

20. FAGARA.	*Petala* ſtaminibus breviora. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 4-valvis, 1-ſperma.
† 21. LASIA.	*Petala* carnoſa. *Cal.* communis ſpatha. *Bacca* 1-ſperma.
† 22. LEPTA.	*Petala* triangularia. *Cal.* 4-partitus. *Bacca* 4-locularis, 1-ſperma
23. PTELEA.	*Petala* coriacea. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* compreſſa, exſucca.
† 24. HELICIA.	*Petala* revolua. *Cal.* 4-fidus. *Drupa* ovata, 1-ſulca.

****** *Flores tetrapetali ſuperi.*

25. CISSUS.	*Cal.* cingens germen. *Bacca* 1-ſperma.
† 26. ALLASIA.	*Germen* inter calycem, & corollam. *Bacca* 1-locularis: ſeminibus nidulantibus.
† 27. COLUMELLA.	*Cal.* ſub-truncatis. *Bacca* 2-locularis.

TRA-

28. TRAPA. *Cal.* 4-partitus. *Nux* armata ſpinis conicis, oppoſitis.

29. SANTALUM. *Cor.* 4-petala, calyci innata. *Bacca* 1-ſperma.

******* *Flores imcompleti.*

30. SALVADORA. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Bacca* 1-ſperma. *Semen* arillatum.

† 31. LAGENULA. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Bacca* 2-locularis.

† 32. CREODUS. *Cal.* 3-lobus, ſuperus. *Bacca* 1-ſperma.

33. ELÆAGNUS. *Cal.* campanulatus, ſuperus, deciduus. *Drupa.*

† 34. OCTARILLIUM. *Cor.* Hippocrateriformis, ſupera. *Cal.* 0. *Bacca* 1-ſperma: arillo 8-gono.

35. DORSTENIA. *Cal. Receptaculum* commune, carnoſum.

TETRAGYNIA.

36. ILEX. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma.

† 37. TETRADIUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Capſulæ* 4, 1-ſpermæ: *ſemine* arillato.

MONOGYNIA.

† GENUS I. PHYLA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. communis polyphyllus, ovatus, imbricatus: foliolis ſpathulatis, acuminatis, coarctatis, continens multos floſculos.

Perianthium proprium 2-phyllum: foliolis lanceolatis, concavis, erectis.

Cor. Monopetala, tubuloſa, irregularis: limbo brevi, patente, 4-fido: laciniis ſubæqualibus, ſupremâ emarginatâ.

Stam. Filamenta 4, brevia, bino ordine infra os tubi. Antheræ 2-lobæ, ſubrotundæ.

Piſt. Germen ſuperum, ſubrotundum. Stylus brevis. Stigma craſſiuſculum.

Peric. o.

Sem. Solitaria, nuda: Receptaculo communi filiformi, nudo undique affixa.

Nom. (Φυλη tribus) Phylam dixi florem multiplicem ex communi calyce prodeuntem.

Obſerv. Cogitavi Phylam Proteis annectere: deſtiti præcipuè impulſu Linnæi, qui eſſentiam Proteæ ſtatuit in antheris linearibus infra apices corollæ inſertis, cum noſtræ ſubrotundæ inſideant infra os tubi. Prothea Repens Lin. ſp. 11. in paucis cum noſtrâ convenit, in multis differt.

Charact. Gener. *Cal.* com. imbricatus: *proprius* 2-phyllus, inferus. *Cor.* 4-fida, irregularis: *antheris* ſubrotundis infra os tubi. *Sem.* 1.

Sp. 1. PHYLA CHINENSIS. β Lién furēn.

Differ. ſpec. Phyl. *caule* repente: *foliis* oppoſitis, ſemiſerratis: *pedunculis* lateralibus, ſolitariis.

Hab. *Caulis* herbaceus, annuus, repens: *ramis* aſſurgentibus. *Folia* lanceolato-ovata, acuminata, glabra, oppoſita, ad baſim integerrima, ſuperius ſerrata. *Flos* albo-violaceus, lateralis, pedunculo ſolitario, longo, monofloro.

GENUS II. CEPHALANTHUS.

Charact. Gen. *Cal.* communis o: proprius ſuperus, infundibuliformis. *Recept.* globoſum, nudum. *Sem.* 1, lanuginoſum. Lin. ſy. pl. G. 119.

Sp. 1.

Sp. 1. CEPHALANTHUS OCCIDENTALIS? β sòy yòng mái.
Differ. ſpec. Ceph. *foliis* oppoſitis, *terniſque*. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* oppoſita, ternaque, ovata, acuminata, integerrima, incurva, reflexa, glabra, coſtis multis, obliquis. *Fos*, albus, terminalis, pedunculis diviſis: *floſculis* aggregatis: *receptaculo* communi globoſo, villis multis clavatis diſtincto: calycibus 4-fidis: *corollis* ſuperis, infundibuliformis, 4-fidis. *Bacca* partialis calycina, minima, 1-ſperma: compoſita rotunda, mediocris, rubra, edulis, moro ſimilis. Si cum Ceph. Americano (mihi non obvio) non conveniat, vocetur Ceph. Orientalis.

† Sp. 2. CEPHALANTHUS ANGUSTIFOLIUS. α Rì rì cây.
Differ. ſpec. Ceph. *foliis* lanceolato-linearibus, oppoſitis.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, oppoſita. *Flos* pallidus: capitulis terminalibus, parvis: *receptaculo* communi oblongo, villoſo, floſculos in globum colligente: *calyce* communi nullo: proprio infundibuliformi, 4-fido, laciniis ſubulatis; piloſis, glandulis coloratis, nitidis, pedunculatis conſito. *Corollulæ* infundibuliformes, limbo brevi, 4-fido, acuto. S*tamina* 4, breviſſima, ad inciſuras corollæ. *Bacculæ* ſubrotundæ, coronatæ, flaccidæ, 2-locularis, 1-ſpermæ, inferæ. *Bacca* compoſita parva.

† Sp. 3. CEPHALANTHUS PROCUMBENS. α Deoi trộp.
Differ. ſpec. Ceph. *caule* procumbente: *foliis* ovato-lanceolatis, alternis.
Hab; & notæ. *Frutex* craſſus, procumbens: *ramis* multis, funicularibus, longis. *Folia* ovato-lanceolata, magna, integerrima, tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* violaceus, dioicus, racemis terminalibus, longis, interruptis. Maſculum non vidi. *Fœmineus receptaculo* globoſo, nudo: *calyce* tam communi, quam proprio nullo. *Corollæ* infundibuliformes, 5-fidæ, inferæ, plurimæ, pedunculis propriis, longis, in globum prominentes. *Semen* 1, ovatum, compreſſum, nudum. *Stylus* capillaris, corollæ æqualis: *ſtigmate* ſimplici.

† Sp. 4. CEPHALANTHUS MONTANUS. β Bān yòng mái.
Differ. ſpec. Ceph. *foliis* ovatis, crenatis, alternis.
Hab; & notæ. *Arbor* magna: *cortice* cannabino: *ramis* patentibus. F*olia* ovata, acuminata, crenata, alterna, petiolata, facie aſpera, tergo tomentoſa. *Flos* dioicus, coloris viridis: pedunculis ſolitariis

tariis axillaribus: *capitulis* ſubrotundis, *receptaculo* globoſo, nudo. Maſculum non vidi. *Fœminei* corolla nulla. *Calyx* proprius infundibuliformis, ſub-clauſus, 4-fidus, ſuperus. *Semen* 1, compreſſum, coronatum alâ ſub-papposâ, fortaſſe ex tubo calycis laciniato.

† Sp. 5. CEPHALANTHUS STELLATUS. α Ri ri boung gáo.

Differ. ſpec. Ceph. *foliis* ſtellatis, lanceolato-linearibus.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* aſcendentibus. *Folia* ſtellata terna, lanceolato-linearia, integerrima, glabra. *Floſculi* albi, terminales, in globum aggregati: *receptaculo* ovato, parvo, floſculos colligente: *calyce* communi nullo. *Perianthium* inferum, 4-fidum, laciniis ſubulatis. *Corolla* ſupera, 4-fida, limbo reflexo: *antheris* 4, ſub-ſeſſilibus: *ſtylo* longo. *Semen* 1, nudum.

Obſerv. Omnes iſtas ſpecies examinavi recentes in ſolo natali: primam, & quartam in Chinâ: ſecundam, tertiam, & quintam in Cochinchinâ. Cumque tam inter ſe, quam a Charactere Generico Linnæano differre inveniſſem, characterem illum ampliavi in ſupra ſcripto repertorio Generum, ut omnibus poſſit congruere. Inde ſuſpicor, quod variæ plantæ Herbarii Amboinenſis Rumphii (quarum flores non obtinui) ad Cephalanthum pertineant. Scilicet Neſſatus l. 4. c. 20. t. 25. Funis uncatus l. 7. c. 33. t. 34. Et aliæ.

GENUS III. SCABIOSA.

Charact. Gener. *Cal.* communis polyphyllus: proprius duplex, ſuperus. *Receptaculum* paleaceum, ſive nudum. Lin. ſy. pl. G. 121.

† Sp. 1. SCABIOSA COCHINCHINENSIS. α Cỏ hoi mèo: β Ti tan tsào.

Differ. ſpec. Scab. *corollulis* 5-fidis: *foliis* lanceolatis indiviſis, undulatis: *caule* ſubnudo: *pappo* piloſo.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſubnudus, erectus, ſimpliciſſimus, 10-pollicaris. *Folia* radicalia, multa, in orbem expanſa, lanceolata, integerrima, undulata, utrinque piloſa. *Flos* aggregatus, purpureus, terminalis: *calyce* communi 3-phyllo, foliaceo: proprio duplici, utroque 4-phyllo. *Corollulæ* 5-fidæ, ſubæquales, calice communi breviores: *receptaculo* paleaceo, elevato, non ſubulato. *Semen* 1, coronatum pilis 5, longiuſculis.

Habitat inculta in Gochinchinâ: etiam in Chinâ.

Obſerv. Ratione 5 pilorum ſemini inſidentium, ſimulque corollæ 5-fidæ, purpureæ dubitavi, an eſſet Scabioſa Atropurpurea. Lin. ſp. 18. Sed habitu a noſtrâ differt: ſicut etiam Scab. Javana Bontii; Jav. pag. 158.

Virt. Mundificans, Becchica. Prodeſt in ſcabie, tuſſi, & aliis pulmonum affectibus. Utimur decocto totius herbæ.

GE-

† GENUS IV. CYLINDRIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Inferus, tubuloſus, brevis, perſiſtens, 4-fidus: laciniis acutis, coloratis, patentibus.
Cor. Tubuloſa, 4-fida: laciniis linearibus, acutis, carnoſis, in tubum cylindraceum conjunctim protenſis, apice cucullatis.
Stam. Filamenta ſubnulla. Antheræ 4, 2-loculares, ſubrotundæ, compreſſæ, cucullis laciniarum incluſæ.
Piſt. Germen ovatum. Stylus breviſſimus. Stigma 4-fidum.
Peric. Bacca parva, ſubrotunda, exſucca, 1-ſperma.
Sem. 1, globoſum, lanuginoſum.
Nom. Cylindria dicitur ob corollæ lacinias tubum teretem continuantes.

Charact. Genericus. *Cal.* 4-fidus inferus. *Cor.* tubiformis 4-fida. *Bacca* 1-ſperma.

Sp. 1. CYLINDRIA RUBRA. α Cây Lọ ngẹ.
Differ. ſpec. Cylindr. *foliis* lanceolatis oppoſitis: *pedunculis* polyfloris, ſubterminalibus.
Hab. *Arbor* mediocris: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, ſubſerrata, glabra, oppoſita. *Flos* ruber, parvus, multus, pedunculis ſubterminalibus, polyfloris. *Bacca* nigra.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Blimbimgùm Sylveſtre. Rumph. Amb. l. 6. c. 79. tab. 73.

† GENUS V. PORPHYRA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Truncatus, inferus, perſiſtens.
Cor. Monopetala, campanulata: tubo calycem ſuperante: limbo 4-partito, laciniis rotundatis.
Stam. Filamenta 4, corollâ duplo longiora, ipſius baſi inſidentia. Antheræ ovatæ, ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma ſubrotundum, retuſum.
Peric. Bacca globoſa, 1-locularis, 3-ſperma.
Sem. Exterius convexa, interius angula.

Nom. (Πορφύρα purpura) a colore floris.

Cha-

Charact. Gener. *Cal.* truncatus, inferus. *Cor.* campanulata, 4-partita. *Bacca* 3-ſperma.

Sp. 1. PORPHYRA DICHOTOMA. β Tsù hōa uôn.
Differ. ſpec. Porph. *foliis* lanceolatis: *racemis* dichotomis.
Hab. *Frutex* erectus, 3-pedalis: *ramis* multis, rectis, debilibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, punctata, ſubſeſſilia, oppoſita. *Flos* purpureus, racemis dichotomis, axillaribus. *Bacca* globoſa, violacea, carnoſa, plurima, minima.
Habitat in collibus provinciæ Cantonienſis Sinarum.

GENUS VI. CALLICARPA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-ſperma. Lin. G. 141. ſy. pl.

Sp. 1. CALLICARPA AMERICANA. α Cây nang nang.
Differ. ſpec. Call. *foliis* ſerratis, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Frutex* 3-pedalis, *caule* multiplici, ſuberecto, albicante. *Folia* ovata, acuminata, denticulata, oppoſita, mollia, rugoſa, magna, ſubtus tomentoſa. *Flos* purpuraſcens, minimus, cymis axillaribus, brevibus: *calyce* brevi, 4-fido: baccâ rotundâ, nigrâ plurimâ, minimâ, 4-ſpermâ. Habitat ad ſepes in Cochinchinâ.
Anonymus baccifera, verticillata, folio molli, & incano. Plukn. Almag. 33. t. 136. f. 3.

† Sp. 2. CALLICARPA UMBELLATA. α Cây ma ca.
Differ. ſpec. Call. *foliis* turbinato-ovatis, glabris, alternis: umbellis ſeſſilibus.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* aſcendentibus. *Folia* turbinato ovata, integerrima, glabra, alterna, margine reflexa. *Flos* albo-viridis parvus, umbellis ſeſſilibus, 5-floris, ſub-terminalibus. *Cal.* obtusè 4-fidus. *Cor.* campanulata, tubo brevi. *Stamina*, & *ſtigma* ſeſſilia. *Bacca* carnoſa ſubrotunda, parva, 4-ſperma.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 3. CALLICARPA TRILOBA. β Ca fú thây. α Rát chia ba.
Differ. ſpec. Call. *caule* ſcandente: *foliis* 3-lobis: *pedunculis* dichotomis.
Hab; & notæ. *Frutex* ſcandens, longus, ramoſus: cirrhis bifidis. *Folia* cordata, 3-loba, ſerrata, glabra, *petiolis* longis. *Flos* pallidus, axillaris, pedunculis dichotomis. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* ſubrotunda, 4-ſperma. *Corolla* 4-fida. *Stamina* 4. Ha-

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ ſpontanea.

GENUS VII. SCOPARIA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita, rotata. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 149.

Sp. 1. SCOPARIA DULCIS. α Cam thảo dất.

Differ. ſpec. Scop. *foliis* ternis: *floribus* pedunculatis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, erectus, 3-pedalis: *ramis* 3-natis, rectis, aſcendentibus. *Folia* ſtellata terna, lanceolata, ſerrata, ſeſſilia, glabra. *Flos* albus, ſolitarius, axillaris, pedunculis longis. *Cal.* 4-phyllus, perſiſtens, inferus, foliolis oblongis, curvis, piloſis. *Cor.* rotata, 4-partita: fauce piloſiſſimâ: laciniis oblongis, calycem ſuperantibus. *Filamenta* 4, erecta, corollæ æqualia: *antheris* incumbentibus. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* ovata, 1-locularis, 4-valvis, polyſperma, apice dehiſcens: *ſeminibus* plurimis, ſubrotundis, minimis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, nec alibi vidi.

Tupeiçava. Piſ. Braſ. p. 246. Icon ibi non ſatis bona. Scoparia Ternata. Forsk. Arab. (Centur. 2. n. 7.) deſcriptione magis convenit.

GENUS VIII. PLANTAGO.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida: limbo reflexo. *Stam.* longiſſima. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa. Lin. ſy. pl. G. 148.

Sp. 1. PLANTAGO MAIOR. α Mả dề: Xa tiền. β Chē tsiên tsào.

Differ. ſpec. Plant. *foliis* ovatis, glabris: *ſcapo* tereti: *ſpicâ* floſculis imbricatis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Planta* acaulis, annua. *Folia* ſemipedalia, ovata, ſubacuta, ſubdentata, 5-nervia, glabra, petiolata. *Scapus* nudus, teres, tenuis: *ſpicis* longiſſimis, teretibus, multis, ſingulis in quolibet ſcapo, ſimpliciſſimis: *floſculis* albis, denſis, ſub-imbricatis. *Cor.* 4-fida, brevis: *ſtaminibus* 4, longiſſimis. *Capſ.* ovata, ſub-acuta, horizontaliter dehiſcens, 2-locularis, 4-ſperma: *ſeminibus* globoſis.

Habitat ad vias, & in hortis, in Cochinchinâ, & Chinâ paſſim obvia.

Sjaden. Kæmpf. Jap. p. 912. Plantago latifolia Hill. Brit. herb. p. 152. tab. 22. f. 7. Thunb. Jap. p. 61.

Virt. Refrigerans, Subaſtringens, Abſtergens, Vulneraria, Diuretica, Optal-

Ophtalmica. Decocto ſeminum leviter contuſorum maximè utuntur indiginæ ad diureſim promovendam. Succo foliorum expreſſo, mele apum condito medentur teneſmo, & fluxui ſanguineo.

GENUS IX. BUDDLEIA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stamina* ex inciſuris. *Capſ.* 2-ſulca, 2-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 146.

† Sp. 1. BUDDLEIA ASIATICA. α Sâu dâu chuot.
Differ. ſpec. Budd. *foliis* lanceolato-linearibus, rugoſis, glabris: *ſpicis* plenis.
Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, 3-pedalis: ramis aſcendentibus. *Folia* lanceolato-linearia, rugoſa, ſubſerrata, glabra, oppoſita. *Flos* albus, ſpicis terminalibus, longis, nec interruptis. *Cal.* inferus, 4-partitus, perſiſtens: laciniis ſubulatis, erectis. *Cor.* campanulata, 4-fida, laciniis rotundatis. *Filamenta* 4, breviſſima infra os tubi: *antheris* oblongis, ſtantibus. *Germen* oblongum. Stylus æqualis ſtaminibus. *Stigma* longiuſculum, bifidum. *Capſula* oblonga, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma: *ſeminibus* longiuſculis.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 2. BUDDLEIA TERNATA. α Cây Lao linh.
Differ. ſpec. Budl. *foliis* ternatis, acumiuatis: pedunculis monofloris.
Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, 2-pedalis, erectus, teres; ramoſus. *Folia* ternata, lanceolata, acuminata, ſerrata. Flos albus, pedunculis axillaribus, ſolitariis: *calyce* 4-fido, connivente, perſiſtente: *corollæ* laciniis ovatis. *Stigmate* obtuſo, 2-fido: *nectario* piloſo. *Capſ.* ovata, 2-locularis: *ſeminibus* numeroſis.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS X. PENÆA.

Char. Gener. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata. *Stylus* 4-angularis. *Capſ.* tetragona, 4-locularis, 8-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 144.

† Sp. 1. PENÆA NITIDA. α Cây Son.
Differ. ſpec. Pen. *foliis* oblongis, congeſtis, nitidis: racemis terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, 4-pedalis, erectus, ramoſus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, nitida, congeſta, plana, margine reflexa. *Flos* albus, racemis laxis, terminalibus: *calyce* 2-phyllo, erecto, rubro, nitido, oblongo. *Cor.* campanulata, 4-fida: laciniis

niis filiformibus. *Germen* ſuperum, ovatum: *ſtylo* lateri, non apici, inſidente. *Capſula* ovata, polyſperma: maturam non vidi, ideo de numero loculorum incertus manſi. Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 2. PENÆA SCANDENS. α Deei dinh dang.

Differ. ſpec. Pen. *caule* ſcandente: *foliis* cordatis: pedunculis 2-floris.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ramoſus, ſcandens. *Folia* lato-cordata, acuminata, integerrima. *Flos* axillaris, pedunculis longis, 2-floris. *Corolla* lutea, campanulata, plicata, infera, 4-fida. *Capſula* 4-locularis, polyſperma. *Calyx* magnus, 5-fidus perſiſtens.

Obſerv. Omnes Penææ ſpecies a Linnæo deſcriptæ ſolo Africano gaudent. Noſtræ Aſiaticæ, & Cochinchinæ indiginæ ſunt, nec in totum conformes Characteri Generico Linnæano. Habitu vero affinis videtur P. Nitida P. Myrtoidi Lin. Junioris ſup. pl. p. 122., & P. Scandens P. Marginatæ Lin. Senioris ſp. 3.

GENUS XI. PAVETTA.

Charact. Gener. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis, ſupera. *Stigma* curvum. *Bacca* 2-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 138.

† Sp. 1. PAVETTA ARENOSA. β Tá sả.

Differ. ſpec. Pav. *ramis* brachiatis: *foliis* tuberculoſis, oppoſitis.

Hab; & notæ. *Frutex* inermis, erectus, 4-pedalis: *ramis* multis brachiatis, reclinatis. *Folia* lanceolata, integerrima, nitida, oppoſita, tuberculis multis utrinque prominentibus, quaſi arenæ granulis conſita. Inde nomen ſinicum *Planta arenoſa*. *Flos* albus, terminalis, faſtigiatus: *calyce* baccato, 5-dentato. *Corolla* Hippocrateriformis, tubo longo, limbo 5-fido. *Filamenta* ſubnulla. *Antheræ* 4, lineares ad os tubi exertæ. *Bacca* parva, ovata, 1-ſperma, infera. Semen 1, ovato-oblongum. De ſtigmate non recordor.

Habitat in provinciâ Cantonienſi Sinarum.

† Sp. 2. PAVETTA PARASITICA. α Chanh cỏi tlòn lá.

Differ. ſpec. Pav. *caule* paraſitico: *foliis* verticillatis: *glomerulis* axillaribus.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis, lignoſus, 1-pedalis, ramoſiſſimus, paraſiticus. *Folia* ovata, tomentoſa, integerrima, verticillata. *Flos* fuſco-luteus, parvus, villoſus, axillaris, glomeratus. *Cal.* oblongus, 4-gonus, truncatus, villoſus: ſuffultus ſquamulâ oblonga, refle-

reflexâ. *Cor.* hippocrateriformis, tubo longo: limbo parvo, 4-fido, laciniis oblongis, inflexis. *Filamenta* 4, ori tubi adnata, limbo breviora: *antheris* ſtantibus. *Germen* calycinum oblongum. *Stylus* filiformis, corollæ æqualis: *ſtigmate* craſſiuſculo. *Bacca* parva, ovato-oblonga, 1-ſperma: *ſemine* ovato. Naſcitur frequens, & inhæret arboribus in hortis Cochinchinæ.

Obſerv. Pavettam Indicam non novi. Linnæus in deſignandis Generum Characteribus modo illam dicit 1-ſpermam, modo 2-ſpermam. Uterque Burmanus de numero ſeminum tacet. Rumph. Amb. l. 6. p. 147. loquens de Flammâ ſylvarum peregrinâ (quæ ab aliis pro Pavettâ Indicâ habetur) dicit ejus fructum eſſe ex rotundo planum, ac ſi bini eſſent adunati, ſicut antea dixerat de flammâ ſylvarum Ixorâ Coccineâ: adeoque rectè intelligendum utriuſque baccam eſſe 2-ſpermam, ſive 2-locularem, & utramque plantam eſſe Ixoram. Igitur ad tollendam confuſionem exiſtimo baccam 1-ſpermam privatim tribuendam Pavettæ: 2-locularem Ixoræ: 1-locularem, 2-ſpermam proximo Generi nunc exponendo.

† GENUS XII. POLYOZUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Tubuloſus, 4-dentatus, brevis.
Cor. Monopetala: tubo brevi: limbo quadrifido, reflexo.
Stam. Filamenta 4, reflexa, corollâ breviora, ori tubi inhærenria. Antheræ oblongæ, ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis, corollâ longior. Stigma magnum, cylindraceum, apice acuto, emarginato.
Peric. Bacca calycina, ſubrotunda, carnoſa, 1-locularis, 2-ſperma.
Sem. Subrotunda.

Nom. (Πολυ multum: ὄζος ramus) Arbor ramoſiſſima.

Obſerv. Rouhamon Guianenſis. (Aublet. Guian. p. 93. t. 36.) ab hâc deſcriptione vix differt.

Charact. Genericus. *Cal.* 4-dentatus, baccatus. *Cor.* tubus brevis; limbus 4-fidus. *Bacca* carnoſa, 1-locularis, 2-ſperma.

† Sp. 1. POLYOZUS BIPPINATA. α Cây Trâm nâ.
Differ. ſpecifica. Pol. *foliis* bippinatis: *racemis* lateralibus.
Hab. *Arbor* magna, ramoſiſſima: ramis patentibus. *Folia* bippinata; ovata, acuminata, integerrima, parva, nitida, multijuga. *Flos* viridi-luteus, parvus, multus: *racemis* brevibus, axillaribus: *floſculis*

lis multis neutris intermixtis, calyce, & corollâ hermaphrodito ſimilibus. *Bacca* fuſca, mediocris, non edulis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Uſus. Lignum hujus arboris album, & grave eſt, nec pulchrum: ſed magnæ durationis in ſuſtinendis pontibus, quia humiditati, & vermibus valdè reſiſtit.

† Sp. 2. POLYOSUS LANCEOLATA. β Am ſan cung.
Differ. ſpec. Pol. *foliis* lanceolatis: *racemis* terminalibus.
Hab; & notæ. *Arbuſcula* inermis, 4-pedalis: *ramis* diffuſis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* rubeſcens, racemis compoſitis, terminalibus: *calyce* 4-dentato, baccato: *corollâ* infundibuliformi, limbo 4-fido, patente, æquali tubo. *Faux* tubi ſtaminifera, lanugine multâ obſtructa. Stigma emarginatum. *Bacca* ſubrotunda, minima, 1-locularis, 2-ſperma.
Habitat Cantone Sinarum, ſpontanea.
Obſerv. Pavetta Caffra (Lin. Jun. ſuppl. p. 121.) huic Generi magis conformis eſt quam Pavettæ.

GENUS XIII. IXORA.

Charact. Gener. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis, longa, ſupera: *Stamina* ſupra faucem. *Bacca* 4-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 137.

Sp. 1. IXORIA COCCINEA. α Boung tlang dỏ.
Differ. ſpec. Ix. *foliis* ovatis, ſemiamplexicaulibus: *floribus* faſciculatis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, erectus, 3-pedalis. *Folia* ovata, integerrima, oppoſita, glabra, ſeſſilia, nec amplexicaulia. *Flos* coccineus, faſciculato-cymoſus, faſtigiatus, terminalis. *Corolla* hippocrateriformis potius, quam infundibuliformis: tubo tenui longiſſimo: limbo parvo, æqualiter 4-fido. *Cal.* minimus, 4-fidus, corollæ concolor. *Stylus* tubo longior: *ſtigmate* oblongo, 2-fido. *Filamenta* breviſſima ad os tubi: *antheris* oblongis. *Bacca* parva, ſub-ſphæroidea, emarginata, coronata, 2-locularis, 1-ſperma. *Semina* exterius rotundata, interius plana.
Habitat in fruticetis Cochinchinæ.
Jaſminum flore tetrapetalo. Ixora Linnæi. Burm. Zeyl. p. 125. t. 57. Flamma ſylvarum. Rumph. Amb. l. 6. cap. 52. pag. 105, 107. Cujus deſcriptio a noſtrâ non longè aberrat. Icon tab. 47. ſatis cohæret: non ita tab. 46, quæ nec cum ejuſdem Authoris deſcriptione, nec cum noſtrâ convenit.

Sp. 2. IXORA ALBA. α Boung tlang tláng.

Differ. ſpec. Ixor. *foliis* ovato-lanceolatis · *floribus* faſcîculatis. Lin. ſp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ramoſus, erectus, 3-4-pedalis. *Folia* ovato-oblonga, acuta, integerrima, glabra, oppoſita, ſubſeſſilia. *Flos* albus faſcicnlato-cymoſus, terminalis. *Bacca* 2-locularis, 1-ſperma, infera. *Cal.*, *Cor.*, *ſtam.*, & *piſtillum*, ut 1 ſpeciei. An hujus varietas?

Habitat ſimiliter in locis planis, ſed rarior.

Jaſminum Indicum Schetti album. Pluk. alm. p. 196 t. 109. f. 2.

† Sp. 3. IXORA MONTANA. α Boung tlang núi.

Differ. ſpec. Ix. *foliis* turbinato-oblongis, baſi cordatis: *flore* faſtigiato.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, ramoſus, 4-pedalis. *Folia* oblonga, ad apicem latiora, obtuſa, baſi cordata, integerrima, glabra, oppoſita, ſub-ſeſſilia. *Flos* coccineus, faſtigiatus, terminalis. *Flos*, & *fructus* ejuſdem formæ, quæ præcedentium: earumque fortaſſe varietas.

Habitat in locis montanis in Cochinchinâ.

† Sp. 4. IXORA NOVEMNERVIA. α Buôm rùng tláng.

Differ. ſpec. Ix. *foliis* nervoſis, aſperis: *caule* ſcandente: *cymis* terminalibus.

Hab; & notæ. *Frutex* magnus, ſcandens, ramoſus, inermis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, aſpera, 9-nervia, ſubſeſſilia, oppoſita. *Flos* albus, terminalis, cymis hemisphæricis. *Corollæ* tubus gracilis, longiſſimus: limbus 4-fidus. *Stamina* ſupra faucem. *Stigma* ovatum, 2-fidum. *Bacca* infera, 2-locularis, 1-ſperma.

Habitat in deſertis locis Cochinchinæ.

† Sp. 5. IXORA VIOLACEA. α Buôm rùng tiá.

Differ. ſpec. Ix. *foliis* nervoſis, piloſis: *floribus* axillaribus.

Hab; & notæ. *Frutex* magnus ſcandens, ramoſus, inermis. *Folia* lanceolata, 9-nervia, integerrima, piloſa, ſubſeſſilia, oppoſita. *Flos* violaceus, cymis axillaribus: *corollâ*, & *calyce* 4-fidis. *Bacca* infera, 2-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* ovatis aſperis.

Habitat loca inculta, ubi arborum agreſtium ramis innititur in Cochinchinâ.

GE-

GENUS XIV. PETESIA.

Charact. Gener. *Cor.* 1 - petala, infundibuliformis. *Stigma* 2 - fidum. *Bacca* polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 139.

† Sp. 1. PETESIA SIMPLICISSIMA. α Cây bô bô.
Differ. ſpec. Pet. *foliis* lanceolato-linearibus: racemis ſub-terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſimpliciſſimus, 1 - pedalis, 4 - gonus, erectus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, glabra: duo oppoſita maiora, plura minora (ni velis dicere ſtipulas) ſimul faſciculata. *Flos* albus, ſubterminalis: *racemis* erectis, ſubdiviſis. *Bacca* infera, parva, 2 - locularis, polyſperma: veſtita *calyce* ſub-campanulato, acutè 5 - fido. *Stigma* oblongum; 2 - fidum villoſum, reflexum.

† Sp. 2. PETESIA TRIFIDA. α Cây Hang the.
Differ. ſpec. Pet. *foliis* 3 - cuſpidatis: *corymbis* terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, 4 - gonus, ceſpitoſus, 1 - pedalis, erectus. *Folia* lanceolata, tricuſpidata, ſeſſilia, integerrima, oppoſita. *Flos* albus: *corymbis* terminalibus: *corollis* infundibuliformibus, 4 - fidis. *Fructus* inferus, polyſpermus. Bacca? maturam non vidi.
Habitat utraque ſpecies in Cochinchinâ: illa in agris, hæc in montibus *Son coung*.

GENUS XV. HEDYOTIS.

Char. Gener. *Cor.* 1 - petala., infundibuliformis. *Capſ.* 2 - locularis; polyſperma, infera. Lin. ſy. pl. G. 124.

Sp. 1. HEDYOTIS HERBACEA. α Cỏ lưỡi rắn.
Differ. ſpec. Hed. *foliis* lineari-lanceolatis: *caule* herbaceo, dichotomo: *pedunculis* geminis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Caulis* 8 - pollicaris, herbaceus, tenuis, dichotomus, procumbens. *Folia* lineari-lanceolata, ſeſſilia, glabra, integerrima, oppoſita. *Flos* albus axillaris, geminus, ſæpe ſolitarius: *corollâ* ſub-campanulatâ, 4 - fidâ. *Stamina* 4, brevia. *Stigma* oblongum, 2 - fidum. *Capſula* didyma, coronata 4 calycis apicibus, 2 - locularis, polyſperma. Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.
Burm. Indiæ, pag. 33.

GE-

GENUS XVI. OLDENLANDIA.

Charact. Gener. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - partitus, ſuperus. *Capſula* 2 - locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 162.

Sp. 1. OLDENLANDIA REPENS. β Há Kīm tsào.

Differ. ſpec. Old. *capſulis* ſubſeſſilibus, hiſpidis : *foliis* lanceolatis. Lin. ſp. 2.

Hab ; & notæ. *Caulis* 10 - pollicaris, ceſpitoſus, herbaceus, ramoſus, procumbens, geniculatus, repens. *Folia* lineari-lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita, ſeſſilia. *Flos* albus, axillaris, ſolitarius : pedunculo breviſſimo. *Corolla* campanulata, 4 - fida. Capſ. calycina, 2 - locularis, polyſperma, irregulariter dehiſcens.

Habitat propè Cantonem Sinarum.

Cruſta ollæ minima. Rumph. Amb. l. 9. c. 72. pag. 461. tab. 170. fig. 4. Burm. (Ind. p. 38. t. 15. f. 2.) folia repræſentat latiora, & rotundata, quæ nobis viſa ſunt ſtricta, & acuta.

Sp. 2. OLDENLANDIA PANICULATA. α Cò naọc.

Differ. ſpec. Old. *pedunculis* paniculatis, terminalibus : *foliis* ovali-lanceolatis. Lin. ſp. 7.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, multiplex, diffuſus, ſub-erectus, 6 - pollicaris. *Folia* lanceolata, ſubſeſſilia, oppoſita, integerrima, glabra, ſub-carnoſa. *Flos* purpuraſcens : *paniculis* terminalibus, erectis : *pedunculo* communi longo. *Capſula* calycina, didyma, turbinato rotunda, 2 - locularis, polyſperma, calycis dentibus 4, acutis coronata.

Burm. Ind. p. 38. tab. 15. f. 1. Mollugo Zeylanica Sylveſtris (Burm. Zeyl. p. 161. t. 71. f. 2.) quamvis flore ſimilis noſtræ appareat, foliis ſtellatis nullatenus convenit, dubitoque Oldenlandiam eſſe.

† Sp. 3. OLDENLANDIA ZANGUEBARIÆ. γ . . .

Differ. ſpec. Old. *pedunculis* paucifloris : corollis *hippocrateriformibus* : *foliis* linearibus.

Hab ; & notæ. Caulis 8 - pollicaris, herbaceus, multiplex. *Folia* linearia, integerrima, glabra, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* purpureus, pedunculis erectis, paucifloris, terminalibus. *Corolla* hippocratiformis, 4 - partita. *Stigmate* lanceolato : *capſulâ* calycinâ, didyma, 2 - loculari, polyſpermâ. Stamina 4, brevia.

Habitat in orâ Zanguebariâ Africæ Orientalis.

Obſerv. Oldenlandiam 4 - petalam nunquam vidi. Nec ſemper eam Linnæus agnovit. Parvæ aliæ differentiæ, quæ occurrunt, fortaſſe ſufficientes non ſunt, ut a Genere Hedyote ſeparetur.

GE-

GENUS XVII. GALIUM.

Charact. Gener. *Cor.* 1-petala plana. *Semina* 2, ſubrotunda. Lin. ſy. pl. G. 132.

Sp. 1. GALIUM TUBEROSUM. α Hùynh tinh. β Hoàm Çĩm.

Differ. ſpec. Gal. *foliis* lanceolatis, quinariis: *pedunculis* congeſtis, axillaribus.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, rufus, procumbens, ſimplex: *radice* tubere oblongo, parvo, informi, albo, farinulento, eduli. *Folia* 4-5-ſtellata, lanceolata, integerrima, glabra, glauca. *Flos* albus, 4-fidus: *pedunculis* longiuſculis, 1-floris, congeſtis, axillaribus. *Fructus* ſubrotundus, aſper, 2-ſpermus. Florem recentem non vidi.

Habitat cultum in agris Cochinchinæ, & Chinæ.

Uſus. Tubera eduntur cocta, vel integra, vel in farinam redacta. Credunturque virtute Pulmonica gaudere, ſpiritus animales fovere, & phtyſi laborantibus ſubvenire.

GENUS XVIII. SPERMACOCE.

Charact. Gener. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis. *Semina* 2, bidentata. Lin. ſy. pl. G. 126.

† Sp. 1. SPERMACOCE FLEXUOSA. α Deei ruọt gà.

Differ. ſpec. Sperm. *caule* flexuoſo: *geniculis* ſetoſis: *foliis* ovato-lanceolatis, craſſis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſubteres, longus, procumbens, flexibus multis implicatus, geniculis ſetoſis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, craſſa, obliguè ſtriata, oppoſita. *Flos* albus, axillaris, verticillis globoſis: *calyce* 4-fido, ſupero, perſiſtente: *corollâ* 4-partitâ, laciniis oblongis, revolutis. *Capſula* 2-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* 2-cornibus.

Habitat in fruticetis, & ſepibus Cochinchinæ.

GENUS XIX. CRUCIANELLA.

Charact. Gener. *Cor.* 1-petala, infundibulif.: tubo filiformi: limbo unguiculato. *Cal.* 2-phyllus. *Semina* 2, linearia. Lin. ſy. pl. G. 133.

Sp. 1. CRUCIANELLA ANGUSTIFOLIA? β Uéi lin sien. α Uy linh tien.

Differ.

Differ. ſpec. Cruc. foliis ſenis linearibus: floribus ſpicatis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, erectus, ſimplex, teres, ſeſquipedalis. Folia ſtellata 6-8, liniari-lanceolata, integerrima, glabra. *Flos* albus ſpicis oblongis, erectis, congeſtis, terminalibus.
Habitat in Chinâ. Florem non vidi, niſi pictum in Herbario ſinico.
Rubia Anguſtifolia, ſpicata. C. Bauh. pin. 334. Rubeola anguſtiore folio. Tournef. Inſt. p. 130. t. 50.
Virt. radicis apud indigenas habetur Calefaciens, Deobſtruens, Abſtergens.

GENUS XX. FAGARA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Capſ.* 2-valvis, 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 157.

Sp. 1. FAGARA PIPERITA. α Cây Song: Hùynh lục. β Hôam liu.
Differ. ſpec. Fag. *foliis* crenatis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Frutex* magnus, erectus: *ramis* longis, ſub-ſcandentibus, aculeis multis, curvis, ſparſis: *radice* lignoſâ, intus pallidâ, cortice ſuberoſo, flavo, guſtu acri, ſub-aromatico. *Folia* ovata, acuminata, crenata, nitida, odorifera, dorſo ſpinoſa, imparipinata, bi, trijuga. *Flos* terminalis, albus, rubro mixtus, racemoſus, pedunculis longis: *calyce* 4-fido: *corolla* 4-partitâ, obtuſâ, inferâ: *ſtaminibus* 4, corollæ ſubæqualibus. *Pericarpium* capſula corticoſa, ſubrotunda, 4-loba, 4-locularis, 1-ſperma: loculis apice dehiſcentibus: *ſeminibus* pedunculatis, exertis, compreſſo-rotundis, nigris, nitidis, ſolitariis.
Habitat in ſepibus, & fruticetis Cochinchinæ.
Piper Japonicum Seo, & Sansjo. Kæmpf. Amæn. p. 892. t. 893.
Thunb. (Japon. p. 64.) foliola memorat circiter 6-juga cum impari. Kæmpferus 4, ſive 5-juga: petala vero 8, lacinias calycis (ni fallor) connumerans.
Uſus: foliorum ad condiendos cibos odore, & ſapore grato, ſalubrique.
Virtus: radicis in Medicinâ. Calefaciens, Diaphoretica, Emmanagoga. Prodeſt in febribus ephemeris, & intermittentibus. Menſes, lumbaginem, & dolores rheumaticos ſolvit: frequenti uſu comprobata.

† GE-

† GENUS XXI. LASIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis ſpatha ſubulata, contorta, colorata, longiſſima: proprius nullus. Receptaculum commune (ſpadix, ſi velis) totum floſculis tectum, ſpathâ brevius.
Cor. Petala 4, carnoſa, obtuſâ, concava, partes generationis conſtringentia.
Stam. Filamenta 4, plana, brevia, petalis conniventibus occulta. Antheræ binæ in quolibet filamento, rotundatæ, concavæ ſupra limbum corollæ prominentes.
Piſt. Germen ſubrotundum, ſuperum. Sylus nullus. Stigma ſubtruncatum.
Peric. Bacca parva, ſubrotunda, inæqualis, 1-ſperma.
Sem. Subrotundum.

Nom. (Λάσιος horridus) Planta tota aculeis horrida.

Charact. Gener. *Receptaculum* commune. *Petala* 4, carnoſa, infera. *Antheræ* 2 in quolibet filamento. *Bacca* 1-ſperma.

Sp. 1. LASIA ACULEATA. α Cu chaóc gai.
Differ. ſpec. Laſ. acaulis: *foliis* pinnatifidis, aculeatis.
Habitus. *Planta* 6-pedalis, acaulis. *Folia* magna, pinnatifida, petiolis teretibus, longis, erectis. *Scapus* nudus, foliis ſubæqualis, ſimpliciſſimus. *Folia*, *petioli*, *ſcapus* aculeis plurimis, curvis, brevibus, ſparſis conſita. Habitat loca plara, & humida Cochinchinæ.
Obſerv. Affinitatem inter Laſiam, & Pothum Linnæi non ignoro. Sed cum Celeb. Vir plantas Ariformes ad Gynandriam amandaverit, quaſi anomalas, quibus certus ſtaminum numerus aſſignari nequeat (Gen. pl. 6 edit. pag. 459.) ego, qui in Laſiâ 4 ſtamina conſtanter obſervavi, eam propriæ claſſi Tetrandriæ indubius adſcribo: & alias ſimiles plantas propriis claſſibus inſerendas exiſtimo, quando certus locus illis aſſignari poſſit, quæ modo in Ginandriâ improproprium occupant.

† GENUS XXII. LEPTA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. 4-partitus, patens, minimus: foliolis ovatis.
Cor. Petala 4, ſubtriangularia, ſulcata, inflexa, calyce duplo longiora.
Stam. Filamenta 4, ſubulata, inflexa, ad angulos baſis petalorum receptaculo inſerta. Antheræ ovatæ, 2-loculares.
Piſt. Germen ſuperum, ſubrotundum, 4-ſulcatum. Stylus ſubnullus. Stigma obtuſum.
Peric. Bacca 4-loba: lobis ovatis, 1-ſpermis, verſus centrum leviter coalitis, 1-ſpermis.
Sem. Subrotunda.

Nom. (Λεπτὸς minutus) a notabili minutie florum.

Charact. Gener. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Cor.* petala 4, triangularia. *Bacca* 4-loba, 4-locularis, 1-ſperma.

Sp. 1. LEPTA TRIPHYLLA. a Cày Mạt.
Differ. ſpec. Lep. *foliis* ternatis: *racemis* axillaribus.
Hab. *Arbor* 10 pedes alta, ramoſiſſima. *Folia* 3-nata, lanceolata, integerrima, undulata, glabra. *Flos* albus minimus: *racemis* compoſitis, parvis, axillaribus. Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XXIII. PTELEA.

Charact. Gener. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Fructus* membrana ſubrotunda, centro monoſpermus. Lin. ſy. pl. G. 159.

† Sp. 1. PTELEA OVATA. a Cày hột mẹn.
Differ. ſpec. Pt. *foliis* ovatis, ſimplicibus: *racemis* ſparſis.
Hab; & notæ. *Arbuſcula*, 4-pedalis, ramoſiſſima. *Folia* ovata, utrinque obtuſa, integerrima, glabra, alterna, parva. *Flos* albus, minuſculus: racemis brevibus, ſparſis. *Cal.* 4-partitus, inferus, minimus. Corolla *petala* 4, oblonga, patentia, coriacea. *Stamina* 4, ſubulata, brevia. *Piſtillum* in flore recenti quæſivi, & non inveni: unde judicavi plantam eſſe Dioicam, cujus fœminam non vidi: ſed quantum ex maſculo decernere fas eſt, ad Pteleam pertinet. Tempus docebit.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† GE-

† GENUS XXIV. HELICIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Quadrifidus, minimus: laciniis, acutis, erectis.
Cor. Petala 4, linearia, ſpiraliter revoluta: ante matureſcentiam floris in tubum gracilem leviter coalita.
Stam. Filamenta 4, filiformia, ſupra medium petalis inſiſtentia. Antheræ totidem lineares, apicem corollæ æquantes.
Piſt. Germen ovatum, ſuperum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Sſtigma oblongum, teres.
Peric. Drupa ovata, parva: ſulco longitudinali: nucleo ſimplici, ovato.
Nom. (Ἑλιξ ſpira) a petalis ſpiraliter revolutis.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus inferus. *Cor.* petala 4, linearia, revoluta. *Drupa* ovata, 1-ſulca.

Sp. 1. HELICIA COCHINCHINENSIS. α Cây Côm vàng.
Differ. ſpec. Hel. *foliis* ovatis, acuminatis: *ſpicis* ſubterminalibus.
Hab. *Arbor* mediocris: *ramis* expanſis. *Folia* ovata, acuminata, aliqua ſerrata, integerrima alia, omnia glabra, alterna. *Flos* luteus, racemis ſimplicibus, oblongis, ſubterminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XXV. CISSUS.

Charact. Gener. *Bacca* 1-ſpermu, cincta *calyce*, *corollâque* quadripartitâ. Lin. ſy. pl. G. 153.

Sp. 1. CISSUS TRIFOLIATA. α Cây rát.
Differ. ſpec. Ciſ. *foliis* ternatis ſubrotundis, hirſutis, ſubdentatis: *ramis* membranaceo-angulatis. Lin. ſp. 6.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, longiſſimus, ramoſiſſimus, cirrhis ſcandens. *Folia* ternata, obtuſa, inæqualiter dentata, aſpera, baſi obliquè truncata. *Flos* albus, axillaris, 4-partitus: *racemis* dichotomis. *Bacca* ovata, alba, 1-ſperma, calyce cincta. Stamina 4.
Funis Crepitans quartus. Rumph. Amb. l. 9. cap. 64. pag. 447.

Sp. 2. CISSUS VITIGINEA? α Cây dau Xuong.
Differ. ſpec. Ciſ. *foliis* cordatis, ſubquinque-lobis, tomentoſis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, teres, ſcandens cirrhis folio oppoſitis. *Folia* 3 loba, magna, denticulata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* luteo-viridis, *racemis* cymoſis axillaribus. Cal. ſub-truncatus, brevis, perſiſtens. *Cor.* petala 4, oblonga, carnoſa erecta. *Filamenta* 4, ſubulata, corollâ breviora: *antheris* ovatis, 4-lobis. *Stylus* craſſus, brevis: *ſtigmate* ſimplici. Peric. bacca ſubrotunda, 1-ſperma.

Vitis Maderaſpatana, folio ſubrotundo, & anguloſo. Petiv. Muſ. n. 696. Burm. Ind. pag. 35. Arbuſcula baccifera vitigineo folio. Pluk. t. 337. f. 2.

Sp. 3. CISSUS QUADRANGULARIS. α Deei xanh vuong. γ . . .

Differ. ſpec. Ciſ. *foliis* dentatis, carnoſis: *caule* tetragono, tumidiuſculo. Lin. ſp. 4.

Hab; & notæ. *Caulis* quadrangularis, perennis, longus, ramoſus, glaber, viridis, articulatus, ſcandens, craſſus, ſuccoſus. *Folia* cordata, obtuſa, ſubdentata, craſſiuſcula, glabra, alterna, cirrhis ſimplicibus oppoſita. *Flos* albus, 4-partitus: *pedunculis* teretibus, polyfloris, ſub-terminalibus. *Bacculæ* globoſæ, rubræ, polyſpermæ.

Habitat, & ſcandit arbores ſylveſtres in Indiâ. [illegible], prope Mozambiccum in Africâ.

Funis Quadrangularis. Rumph. Amb. 7. cap. 45. pag. 83. tab. 44. fig. 2. Sælantus Quadragonus. Forsk. Arab. p. 33. n. 11.

† Sp. 4. CISSUS UMBELLATA. β Yòng cŏ loi.

Differ. ſpec. Ciſſ. *foliis* ovatis, integerrimis: *floribus* umbellatis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, longus, ramoſus. *Folia* ovata, integerrima, oppoſita, glabra. *Flos* albus: umbellis compoſitis, terminalibus: *corollâ* campanulata, 4-fida, intus lanatâ: *calyce* truncato, cingente bacculam ſubrotundam, 1-ſpermam. Stamina 4.

Habitat Cantone Sinarum ſpontanea.

† *GENUS XXVI. ALLASIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. 1-phyllus, inferus: tubo brevi: limbo 5-fido, laciniis ſubacutis, piloſis.

Cor. Supera, petala 4, ſubrotunda, piloſiſſima, concava, parva.

Stam. Filamenta 4, ſubulata, craſſa, calyci ſubæqualia. Antheræ 2-lobæ, inverſæ: lobis 2-locularibus.

Piſt.

Piſt. Germen ſubrotundum, inter calycem, & corollam. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stigma acutum.
Peric. Bacca carnoſa, magna, oblonga, obtuſa, glabra, pendula, 1 - locularis, ſeminibus nidulantibus.
Sem. Compreſſo-ovata, tumida, plurima.

Nom. (Ἀ'λλᾶς lucanica) a formâ, & colore fructus, craſſo farcimini ſimilis.

Charact. Gener. *Bacca* ſeminibus nidulantibus. Germen inter *Cal.* 5 - fidum, & *corollam* 4 - petalam.

† Sp. 1. ALLASIA PAYOS. γ Muringuiringue.
Differ. ſpec. All. *foliis* 5 - phyllis : *pedunculis* polyfloris.
Hab. *Arbor* magna, ramis *patentibus*, inermibus. *Folia* digitata, 5 - nata, ovalia, integerrima, piloſa : *petiolis* oppoſitis. *Flos* pallidus, ſubterminalis, pedunculis polyfloris. *Bacca* rubro-fuſca.
Habitat in orâ Africæ Orientali.
Jaracatia Braſiliana (Pisonis Braſ. pag. 160.) quodammodo ſimilis foliis, & fructu videtur.
Virtus. Cataplaſma foliorum dorſo infra renes impoſitum fæliciter partum promovet.

† GENUS XXVII. COLUMELLA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. 1 - phyllus, ſubtruncatus, erectus, perſiſtens.
Cor. Petala 4, longiuſcula, acuta, incurva, erecta. Nectarium 4 - ſulcum, erectum.
Stam. Filamenta 4, ſubulata, inflexa, corollâ breviora, calycis margini inſiſtentia, ſulcis lateralibus nectarii adpreſſa. Antheræ 2 - loculares, ſubrotundæ.
Piſt. Germen calycinum, ſubrotundum. Stylus craſſus, brevis. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca ſubrotunda, 2 - locularis, 2 - ſperma.
Sem. Hinc rotunda, inde angulata.
Nom. Ab antiquo de re ruſticâ ſcriptore Gaditano.
Obſerv. A Ciſſo, cui aſſimilatur, differt præcipuè baccâ 2 - loculari, petalis acutis, ſtaminibus margini calycis, nec nectario inſiſtentibus.

Charact. Gener. *Bacca* calycina, 2 - locularis, 2 - ſperma. *Stamina* Cal. margini inſiſtentia. *Petala* 4, acuta.

Sp. 1.

Sp. 1. COLUMELLA PEDATA. α Cây rít loung.

Differ. ſpec. Col. *foliis* pedatis : *racemis* planis , dichotomis.

Hab. *Frutex* ſcandens , caule longo , tereti , cirrhoſo , ramoſo. *Folia* petiolato-pedata , ovata , crenata , tomentoſa. Flos albus , recemis lateralibus , planis , dichotomis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS XXVIII. TRAPA.

Charact. Gener. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - partitus. *Nux* ſpinis 4 , oppoſitis cincta , quæ calycis folia fuere. Lin. ſy. pl. G. 165.

† Sp. 1. TRAPA COCHINCHINENSIS. α Cây Aú.

Differ. ſpec. Tr. *nucibus* 2 - cornibus : *foliis* rhombeo-oblongis , apice inciſis.

Hab ; & notæ. *Caulis* longus , teres , ramoſus , fluctuans : radiculis longis , faſciculatis. *Folia* rhombeo-oblonga , baſi integerrima , apice inciſa , fuſco-rubra , ſubtus tomentoſa : *petiolis* longis , in medio tumeſcentibus , tumoribus ovato-oblongis. *Flos* lateralis , albus ſolitarius , pedunculis longis : *corollis* 4 - petalis. *Cal.* 4 - partitus , foliolis oblongis , inæqualibus , germen cingentibus. *Pericarpium* nux turbinata , ſulcata , 2 - pollicaris , nigra : cornibus duobus oppoſitis , recurvis , craſſis , obtuſis : nucleo ſimplici , ſubovato , ſapore caſtaneæ ſimili.

Habitat , & fluctuat in paludibus Cochinchinæ.

Sp. 2. TRAPA CHINENSIS. β Kĭ xi : Leng cŏ χ Linh thât.

Differ. ſpec. Tr. *nucibus* 2 - cornibus : *foliis* quadratis ſub-integerrimis.

Hab ; & notæ. *Caulis* teres , rubeſcens , in aquis fluctuans : *ramis* paucis , *radiculis* longis , multis: *Folia* ſub-quadrata , aliqua integerrima , ſubcrenata alia : *petiolis* longis , tumeſcentibus , ſparſis. *Flos* ſolitarius , lateralis , albus. *Nux* rubro-fuſca : cornibus binis , recurvis , longis , oppoſitis , ſubacutis. Fortaſſe eſt Varietas Trapæ Cochinchinenſis , ſed ab Europæâ ſpeciè differens.

Habitat fluctuans prope Cantonem Sinarum.

Linn. Jun. ſuppl. plant. p. 128. Trapa Bicornis.

GENUS XXIX. SANTALUM.

Charact. Gener. *Cor.* 4 - petala : petalis calyci innatis , præter glandulas quatuor. *Cal.* 4 - dentatus. *Bacca* infera , 1 - ſperma. Lin. ſy. pl. G. 169.

Sp. I. SANTALUM ALBUM. α Cây hüynh dàn : Bạch dàn β Tân yâm.
Differ. ſpec. Sant. *foliis* imparipinnatis, ovato-lanceolatis.
Hab; & notæ. *Arbor* magna : *ramis* ſubpatentibus : *cortice* tenui, cinereo, glabro : *ligno* pallidè luteo, æqualiſſimo, gravi, duro, odorifero. *Folia* impari-pinnata, ſub-6 juga : foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis, glabris, petiolatis. *Bacca* ovata, I-ſperma, parva, fuſca. *Flores* non obſervavi : vidi autem ſæpe viventes arbores in *Doüng nai*, provinciâ Auſtraliori Cochinchinæ, ſitâ ad 10 gradus latitudinis Borealis, quæ eadem fere eſt latitudo inſulæ Timoræ, unde maxima copia Santali a Luſitanis mercatoribus exportatur. Santalum Malabaricum, quod emi ſolet in portu Calecut, ubi antea fuerat Regis Samorini metropolis, eſt Timorenſi minus, vix femur craſſum, ſed odore, & virtute excellit, ideoque cariori pretio venditur Sinenſibus, & aliis mercatoribus. Santalum Cochinchinenſe, ſicut craſſitie eſt omnium maximum, ita odore debilius, nec ſuffimentis æqualiter aptum. Santali Albi, & Citrini eadem eſt origo, necdum varietate differt utrinſque arbor.
Garcias ab Horto, Aromatum l. I. cap. 17. benè ſcripſit de Santalo. Bona eſt etiam deſcriptio, & figura Rumph. Amb. l. 2. c. 16. tab. 11. Sed flores nec pingit, nec deſcribit.
Virtus in Medicina : ligni, maximè Citrini. Reſolvens, Diaphoretica, Cardiaca. Interius ſumptum ſanguinem purificat, tollit anxietates febriles : exterius tumores reſolvit, ſcabiem purgat.
Uſus œconomicus : præter gratiſſimum odorem, quem veſtibus, & aliis rebus tenaciter conciliat, fieri ſolent ex maioribus arboribus elegantes ſarcophagi, quibus magnatum corpora ſepeliuntur, in longiſſimos annos incorrupti permanſuri.

GENUS XXX. SALVADORA.

Charact. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Bacca* I-ſperma. *Semen* arillo veſtitum. Lin. ſy. pl. G. 175.

† Sp. I. SALVADORA CAPITULATA. α Cây düoi.
Differ. ſpec. Salv. *foliis* ovatis, acuminatis : *capitulis* axillaribus.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ramoſiſſima. *Folia* ovata, acuminata, inæqualiter ſerrata, aſperrima, alterna, ſub-petiolata. *Flos* axillaris : capitulis ſub-8 floris, pedunculo communi longo, partialibus breviſſimis : *calyce* 4, 5-partito, infero, perſiſtente : *Cor.* nullâ. *Stamina* 4, ſubulata, reflexa, calyce duplo longiora. *Stigma* 2-fidum, in aliquibus duplex. *Bacca* lutea, ſubrotunda, parva, apice didyma, I-locularis, I-ſperma : ſemine arillato.

Sp. 2.

Sp. 2. SALVADORA BIFLORA. α Cây dûoi.

Differ. ſpec. Salv. *foliis* lanceolato-ovatis : *floribus* geminis.

Hab ; & notæ. *Arbor* 10 - pedalis : *ramis* multis , tortuoſis , patentibus. *Folia* lanceolato-ovata , ſubſerrata , aſpera , alterna. *Flos* axilris , 2 - natus , pedunculis longis : *calyce* 4 - partito : *corollâ* nullâ : *ſtylo* 2 - fido , ſtigmatibus ſimplicibus. *Bacca* lutea , 2 - loba , 1 - ſperma , edulis : *ſemine* ſubrotundo , non arillato.

Habitat utraque ſpecies ad ſepes , & in ſylvis Cochinchinæ : nec ſatis una ad aliâ dignoſcitur , niſi floreant.

† GENUS XXXI. LAGENULA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Parianthium quadriphyllum , inferum , perſiſtens : foliolis ovato-oblongis , reflexis.

Cor. nulla. Nectarium 4 - lobum , carnoſum , erecto-convivens.

Stam. Filamenta 4 , ſubulata , calyci æqualia. Antheræ ovatæ , incumbentes.

Piſt. Germen nectario occultum. Stylus craſſus , brevior ſtaminibus. Stigma ſimplex.

Peric. Bacca parva , lagenæformis , collo conſtricto , bilocularis , biſperma.

Sem. Hinc convexa , inde angulata.

Nom. a formâ baccæ lagenariâ.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - phyllus , inferus. *Cor.* o. *Bacca* 2 - locularis, 2 - ſperma.

† Sp. 1. LAGENULA PEDATA. α Cây rát nhỏ lá.

Differ. ſpec. Lag. *foliis* quinato-pedatis : racemis ſubdiviſis.

Hab. *Frutex* mediocris , inermis : *caule* ſcandente , cirrhoſo , ramoſo. *Folia* pedata : foliolis 5 - natis , ovatis , crenatis , tomentoſis. *Flos* albo-viridis , ſub-terminalis : *racemis* patulis , ſubdiviſis.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

† GENUS XXXII. CREODUS.

Deſcriptio Naturalis.

Amentum filiforme : ſquamis acutis , parvis , flores ſuſtinentibus.

Cal. Perianthium monophyllum , 3 - lobum , carnoſum , ſeſſile , amentum lateraliter ſemiamplectens : lobis acutis , gibbis medio maiore.

Cor.

Cor. Nulla.
Stam. Filamenta nulla. Antheræ 4, oblongæ, 2-loculares: duæ ſuperiores minores, lobo calycis medio lateraliter adhærentes: duæ aliæ inferiores, ſingulæ ſingulis lobis minoribus ad latus appoſitæ.
Piſt. Germen ovatum, inferum. Stylus nullus. Stigma obtuſum.
Peric. Bacca ovata, 1-ſperma, minima.
Sem. Unicum, ſubrotundum.

Nom. (Κρεώδης carnoſus) a flore carnoſo, tumido.

Charact. Gener. *Cal.* 3-partitus, ſupetus. *Cor.* o. *Stamina* lateralia. *Bacca* 1-ſperma.

† Sp. 1. CREODUS ODORIFER. α Hoa ſöi.
Differ. ſpec. Cre. *foliis* lanceolatis, oppoſitis: *amentis* congeſtis, ſubterminalibus.
Hab. *Frutex* 6-pedalis, lignoſus, erectus: *ramis* longis, debilibus, ſub-ſcandentibus, inermibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* luteus, parvus, ſuaveolens: *ſpicis* linearibus, longis, reflexis, congeſtis, ſubterminalibus.
Habitat in hortis Cochinchinæ, culta ob gratum floris odorem.
Obſerv. Dubitavi, eſſetne Bunius Sativa? Rumph. Amb. l. 5. cap. 49. tab. 131. Sed illa, prout a Linnæo dicitur ſtilago, & claſſe, & genere diverſa omnino planta eſt: quamvis ſimiliter notetur calyce 3-lobo, corollâ nullâ.

GENUS XXXIII. ELÆAGNUS.

Charact. Gener. *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus, campanulatus, ſuperus. *Drupa* infra calycem. Lin. ſy. pl. G. 168.

Sp. 1. ELÆAGNUS LATIFOLIA. β Pă poi tsù.
Differ. ſpec. El. *foliis* ovatis. Lin. ſp. 4.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 3-pedalis, inermis, ramoſus. *Folia* ovata, integerrima, tomentoſa, alterna. *Flos* lateralis, albus: pedunculis 1-floris, polynatis. *Cal.* 4-fidus ſuperus. *Cor.* o. *Drupa* parva, ovata, 1-ſperma.
Habitat in Chinâ ſpontanea, prope Cantonem.
Eleachnus foliis rotundis, maculatis. Burm. Zeyl. p. 92. t. 39. f. 2.

✝ GENUS XXXIV. OCTARILLUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus.
Cor. Monopetala, hippocrateriformis, ſupera: tubo 4-gono, brevi: limbo 4-partito, laciniis acutis, carnoſis.
Stam. Filamenta 4, breviſſima, ori tubi inſiſtentia. Antheræ oblongæ, 2-loculares, incumbentes.
Piſt. Germen oblongum. Stylus turbinatus, longior ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Bacca oblongo-ovata, aquoſa, 1-ſperma.
Sem. 1. oblongum, arillatum membranâ tenaci, octogonâ.
Nom. Octarillum ab arillo ſeminis octogono.

Charact. Gener. *Cor.* hippocrateriformis, 4-fida, ſupera. *Cal.* o. *Semen* baccæ arillo octogono.

✝ Sp. 1. OCTARILLUM FRUTICOSUM. α Cây nhút.
Differ. ſpec. Oct. *foliis* lanceolatis, alterius: *pedunculis* axillaribus, ſolitaris.
Hab. *Frutex* lignoſus, magnus, erectus: *ramis* ſcandentibus, inermibus. *Folia* lanceolata, glabra, integerrima, alterna. *Flos* albus, pedunculis 1-floris, ſolitariis, axillaribus. *Bacca* rubra.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XXXV. DORSTENIA.

Charact. Gener. *Receptaculum* commune 1-phyllum, carnoſum, in quo *ſemina* ſolitaria nidulantur. Lin. ſy. pl. G. 166.

Sp. 1. DOSRTENIA CHINENSIS. β Pě chỉ α Bạch chỉ.
Differ. ſpec. Dorſt. *Pedunculis* caulinis: petiolis 3-5-phyllis.
Hab; & notæ. *Radix* fuſiformis, 3 pollices longa, intus, & foris alba, carnoſa, aromatica. Caulis perennis, ſuberectus, teres, ſimplex albicans. *Folia* 3-5-nata, lanceolata, integerrima, glabra, *petiolo* communi longo. *Receptaculum* florum laterale, carnoſum, ſubovale: *floſculis* multis ad apicem exertis: *calyce* infundibuliformi, 3-dentato. Florem recentem non obtinui: vidi pictum in herbario Sinenſi, & hâc plantâ frequenter uſus ſum in Medicinâ.
Habitat in provinciis Borialibus imperii Sinenſis.
Virtus. Radicis Aromaticæ. Cephalica, Antifebrilis, Alexiteria. Fluxum menſtruum promovet, album cohibet, pruritum ſedat.

TETRAGYNIA.

GENUS XXXVI. ILEX.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* o. *Bacca* 4-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 184.

Sp. 1. ILEX AQUIFOLIUM. α Ô rô cây.
Differ. ſpec. Il. *foliis* ovatis, acutis, ſpinoſis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, cortice glabro, ramis patentibus; inermibus. *Folia* oblongo-ovata, acuta, ſinuato-plicata, margine undique ſpinoſa, glabra, alterna, petiolata, colore fuſco-viridi, ubique homogeneo. *Flos* pallidus, pedunculis axillaribus, pauciflo-ris. *Cor.* 4 - fida. *Bacca* ſubrotunda, nigra, 4 - ſperma.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Ilex aculeata baccifera. C. Bauh. Pin. p. 425. n. 5. Aquifolium Matth. Dioſc. l. 1. cap. 104. fig. ibi. Koo-kots. Kæmpf Japon. p. 781.
Virtus. Emolliens, reſolvens externè applicita.

† GENUS XXXVII. TETRADIUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4 - phyllum, patens, inferum, minimnm, peſiſtens; foliolis acutis.
Cor. Petala 4, ovata, incurva, ſub-erecta, calyce longiora.
Stam. Filamenta 4, craſſa, ſubulata, piloſa, corollæ æqualia. Antheræ ovatæ, 2 - loculares, ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum, 4 - lobum. Stylus nullus. Stigmata 4, ſubulata, erecta.
Peric. Capſulæ 4, ſubrotundæ, 1 - ſpermæ, apice dehiſcentes.
Sem. ſubrotunda, nitida, arillata.

Nom. (Τετράδιων quaternio) a quadruplici fructu, Cal., Cor., & ſidam.

Charact. Gener. *Cal.* 4 - phyllus, inferus. *Petala* 4. *Capſulæ* 4, 1-ſpermæ: *ſemine* arillato.

Sp. 1. TETRADIUM TRICHOTOMUM. ɤ Cây dâu deâù.
Differ. ſpec. Tetr. *foliis* pinnatis: *racemis* trichotomis.

Hab ; & notæ. *Arbor* mediocris , ramis aſcendentibus. *Folia* impari-pinnata , lanceolata , glabra , integerrima. *Flos* albicans , racemis vaſtis , trichotomis , ſub-terminalibus.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, inferi, gymnoſpermi.*

1. MIRABILIS.	*Cor.* infundibuliformis. *Nucula* infera corollam.
† 2. CYATHULA.	*Cor.* cyathiformis. *Semen* 1, oblongum.
3. ECHIUM.	*Cor.* fauce nudâ, irregularis, campanulata. *Semina* 4.
4. HELIOTROPIUM.	*Cor.* face nudâ, hippocrateriformis: lobis dente interjectis. *Sem.* 4.
5. ANCHUSA.	*Cor.* fauce fornicatâ, infundibuliformis: tubo baſi priſmatico. *Sem.* 4.

** *Flores monopetali, inferi, angioſpermi.*

6. PRIMULA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* infundibulif. fauce pervia. *Stigma* globoſum.
7. HOTTONIA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* tubus infra ſtamina. *Stigma* globoſum.
8. MENYANTHES.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* villoſa. *Stigma* 2-fidum.
9. CONVOLVULUS.	*Capſ.* 2-locularis, 2-ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigma* 2-fidum.
10. DATURA.	*Capſ.* 2-locularis, 4-valvis. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 2-fidum.
11. NICOTIANA.	*Capſ.* 2-locularis, 2-valvis. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* emarginatum.
12. IPOMŒA.	*Capſ.* 3-locucaris. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* capitatum.

13. AZA-

	13. AZALEA.	*Capſ.* 5-locularis. *Cor.* campanulata: *ſtigma* obtuſum.
†	14. CAMPYLUS.	*Capſ.* 5-locularis. *Cor.* bilabiata. *Stigma* 5-lobum.
	15. CEROPEGIA.	*Folliculi* 2. *Cor.* limbo connivente. *Sem.* pappoſa.
	16. NERIUM.	*Folliculi* 2. *Cor.* fauce coronata. *Semina* pappoſa.
	17. PLUMIERIA.	*Folliculi* 2, refracti. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* alata.
	18. TABERNÆMONTANA.	*Folliculi* 2, pulpoſi. *Cor.* hippocraterif. *Sem.* ſimplicia.
	19. VINCA.	*Folliculi* 2, erecti. *Cor.* hippocraterif. *Sem.* ſimplicia.
†	20. THELA.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* hippocraterif. *Stigma* 5-partitum.
†	21. ATHRUPHYLLUM.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigma* ſimplex.
†	22. PYRGUS.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* rotata. *Stigma* ſimplex.
†	23. ROTULA.	*Bacca* 4-ſperma. *Cor.* rotata. *Stigma* emarginatum.
	24. TOURNEFORTIA.	*Bacca* 4-ſperma, apice pertuſa. *Sem.* 2-locularia.
	25. SIDEROXYLON.	*Bacca* 5-ſperma. *Cor.* 10-fida: laciniis interioribus conniventibus.
†	26. ONCINUS.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* infundibulif. uncinata. *Stigma* ſimplex.
†	27. DARTUS.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* campanulata, tubo globoſo. *Stigma* ſimplex.
	28. CARISSA.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* hyppocraterif. *Stigma* emarginatum.
	29. STRYCHNOS.	*Bacca* polyſperma, pulpoſa: *ſeminibus* orbiculatis. *Stigma* capitatum.

30. IGNA-

30. IGNATIANA. *Bacca* polyſperma exſucca: *ſeminibus* trigono-ovatis. *Stigma* 2-partitum.

† 31. RAPINIA. *Bacca* 2-locularis. *Cor.* Cyathiformis. *Calyx* 8-partitus.

32. CAPSICUM. *Bacca* 2-locularis, exſucca. *Antheræ* conniventes.

33. SOLANUM. *Bacca* 2-locularis. *Antheræ* 2-perforatæ.

34. PHYSALIS. *Bacca* 2-locularis: *calyce* inflato. *Antheræ* approximatæ.

35. LYCIUM. *Bacca* 2-loculaιis. *Stamina* villis faucem claudentia.

† 36. ARGYREIA. *Bacca* 4-locularis, 1-ſperma. *Cor.* plicata. *Cal.* coloratus.

† 37. CERIUM. *Bacca* cellulis plurimis, 1-ſpermis. *Cor.* campanulata.

38. CERBERA. *Drupa* 1-ſperma. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* obtuſum.

39. TECTONIA. *Drupa* intra calycem inflatum. *Stigma* dentatum.

† 40. DISSOLENA. *Drupa*, nuce ſcabrâ. *Cor.* tubus biformis. *Stigma* ovatum.

41. VARRONIA. *Drupa*, nuce 4-loculari. *Stigma* quadruplex.

*** *Flores monopetali, ſuperi.*

42. PHYTEUMA. *Capſ.* 2-3-locularis, perforata. *Cor.* 5-partita. *Stigma* 2-3-fidum.

43. CAMPANULA. *Capſ.* 2-5-locularis, perforata. *Cor.* campanulata. *Stigma* 3-fidum.

44. MORINDA. *Bacca* 1-ſperma aggregata. *Cor.* infunſtibulif. *Stigma* 2-fidum.

45. NAUCLEA. *Bacca* 1-ſperma, aggregata. *Cor.* 5-fida. *Sttgma* obovatum.

46. DA-

† 46. DASUS.	*Bacca* 1 - ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigma* 5 - fidum.
† 47. HELIXANTHERA.	*Bacca* 1 - ſperma. *Cor.* infundibulif. ; reflexa. *Antheræ* ſpirales.
† 48. AIDIA.	*Bacca* 1 - ſperma. *Cor.* hipocraterif., fauce lanoſâ. *Antheræ* lineares.
† 49. ANTHERURA.	*Bacca* 2 - ſperma. *Cor.* rotata. *Antheræ* caudatæ.
50. COFFEA.	*Bacca* 2 - ſperma : ſeminibus arillatis. *Cor.* hippocraterif. *Stigma* 2 - partitum.
† 51. DYSODA.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* laciniis 3 - fidis. *Stigma* 2 - fidum.
† 52. STIGMANTHUS.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* infundibulif. *Stigma* maximum.
53. GARDENIA.	*Bacca* 2 - locularis, polyſperma. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* laciniis enciformibus, verticalibus.
54. GENIPA.	*Bacca* 2 - locularis, ſubrotunda. *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum.
55. LONICERA.	*Bacca* 2 - locularis, ſubrotunda. *Cor.* inæqualis. *Stigma* capitatum.
† 56. OXICEROS.	*Bacca* 2 - locularis, polyſperma. *Cor.* hippocraterif. *Antheræ* lineares.
57. MUSSÆNDA.	*Bacca* 4 - locularis, oblonga. *Cor.* infundibulif. *Stigma* 2 - partitum.

**** *Flores polypetali, inferi.*

† 58. TRIPHASIA.	*Bacca* 1 - ſperma. *Petala* 3. *Cal.* 3 - dentatus.
† 59. BOTRIA.	*Bacca* 1 - ſperma. *Petala.* 5, acuta. *Cal.* 5 - crenatus. *Filamenta* plana, petalis inſerta.
† 60. PENTALOBA.	*Bacca* 5 - ſperma ; 5 - loba. *Petala* 5, campanulata. *Stylus* piloſus.

61. VI-

61. VITIS. *Bacca* 5 - ſperma. *Petala* ſæpe emarcido-connata. *Stylus* nullus.

† 62. CALISPERMUM. *Bacca* 1 - locularis : ſeminibus niduiantibus. *Petala* 5, ovata. *Stamina* petalis inſerta.

63. EVONYMUS. *Bacca* capſularis, lobata. *Cal.* patens. *Semina* baccato-arillata. *Petala* 5, oblonga.

† 64. TRALLIANA. *Bacca* 2 - locularis, 2 - ſperma. *Petala* 5, reflexa. *Nectarium* 10 - crenatum.

65. RHAMNUS. *Drupa* locularis. *Calyx* corollinus : ſquamis 5, convergentibus.

66. MANGIFERA. *Drupa* carnoſa. *Cor.* petalis 5, lanceolatis. *Nucleus* fibroſus.

67. CEDRELA. *Capſula* 3, 5 - locularis, lignoſa. *Cor.* receptaculo unita. *Semina* alata.

68. DIOSMA. *Capſula* 5 - plex. *Nectarium* germen coronans. *Sem.* arillata.

***** *Flores pentapetali, ſuperi.*

69. PLECTRONIA. *Bacca* 2 - ſperma. *Cal.* unguibus clauſus. *Antheræ* geminatæ, incluſæ.

****** *Flores imcompleti, inferi.*

70. ILLECEBRUM. *Capſ.* 1 - ſperma, 5 - valvis. *Cal.* ſimplex, rudis.

71. CELOSIA. *Capſ.* 3 - ſperma. *Cal.* exterior triphyllus, coloratus.

† 72. POLIA. *Capſ.* 1 - locularis, polyſperma, 3 - valvis. *Cal.* 10 - phyllus.

** *Flores inferi.*

99. SAROTHRA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locul.; colorata. *Cal.* 1-phyllus.

100. TAMARIX. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locul. *Semina* papposa.

101. RHUS. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-ſperma.

102. BASELLA. *Cor.* 6-fida. *Bacca* 1-ſperma, 4-loba.

103. TRICEROS. *Cor.* 6-petala. *Bacca* 3-locul., 3-cornis.

104. PHARNACEUM. *Cor.* nulla. *Capſ.* 3-locularis. *Cal.* 5-phyllus.

PENTAGYNIA.

105. CRASSULA. *Cor.* 5-partita, infera. *Capſ.* 5, polyſpermæ.

106. DROSERA. *Cor.* 5-petala, infera. *Capſ.* 1-locularis, apice dehiſcens.

107. ARALIA. *Cor.* 5-petala, ſupera. *Bacca* 5-ſperma.

MO-

MONOGYNIA.

GENUS I. MIRABILIS.

Character Genericus. *Cor.* infundib., ſupera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globoſum, germen includens. Lin. ſy. pl. G. 259.

Sp. 1. MIRABILIS JALAPA. α Hoa phàn. β Jéo chi hōa.
Differ. ſpec. Mir. *floribus* congeſtis, terminalibus, erectis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Herba* perennis, 3-pedalis, multiplex: *ramis* longis, geniculatis, rubris, diffuſis, nunc ſparſis, nunc dichotomis. *Folia* cordata, acuta, integerrima, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* congeſtus, terminalis, erectus, rubro-purpureus, nitidus, inodorus. *Cal.* 5-phyllus, inflatus, brevis, acutus. *Corolla* tubo longo, ſuperius ampliato: limbo patente, plicato, leviter 5-fido. *Filamenta* 5, filiformia, corollam ſuperanthia: *antheris* ſubrotundis. *Stylus* æqualis ſtaminibus: *ſtigmate* globoſo, punctato. *Fructus* nucula 5-gono-rotunda, rugoſa, media inter calycem, & corollam: nucleo ſimplici, rotundo, albo, farinulento.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ: vidi etiam in Africâ.
Rumph. Amb. l. 8. c. 51. tab. 89. Jalapa officinarum, fructu rugoſo. Tournef. Inſt. p. 130. tab. 50. Piſ. Braſil. c. 44. fig. pag. 208.
Virt. radicis. Hydragoga, Purgans. Valet imprimis ad aquam evacuandam in hydrope anaſarcâ.
Obſerv. Hæc radix non eſt apta ad Medecinam, niſi per aliquot annos in vivâ plantâ ſeneſcat: tuncque ſit ſubrotunda, rugoſa, exterius ſub-nigra, intus fuſco-pallida, circulis concentricis, nigricantibus diſtincta. Non dubito, quod convolvulus a Linnæo dictus Jalapa, imo aliæ convolvuli ſpecies ſimul habeant virtutem Purgantem: ſed antiquiorum authoritate, ſimulque experientia propriâ ductus aſſero Mirabilem Jalapam vulgarem eſſe Jalapam officinarum. Alias Mirabilis ſpecies non obſervavi: puto autem eas aliquam virtutem purgantem ſimiliter poſſidere, quamvis fortaſſe debiliorem.

† GENUS II. CYATHULA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 8-phyllum, inferum, bino ordine: inferiore 3-phyllo: ſuperiore 5-phyllo: foliolis omnibus ſubulatis, erectis.
Cor. Petalum 1, integrum, cyathiforme, pellucidum, calyce ſuperiore brevius.

Stam.

terminalibus : *corollâ* infundibuliformi , brevi , æqualiter 5 - fidâ : faucis fornices diſtinctè non vidi in ſiccâ plantâ , nec recentem obtinui.

Habitat in variis locis imperii Sinenſis.

Hort. Cliff. pag. 46. Bugloſſum ſylveſtre maius. Bauh. Pin. p. 256. n.1.

Virt. radicis. Diaphoretica , Reſolvens : in Medicinâ Sinenſi magni uſus ad ſuaviter promovendam eruptionem variolarum , & ſcabiem depurgandam.

GENUS VI. PRIMULA.

Char. Gener. *Involucrum* umbellulæ. *Cor.* tubus cylindricus : ore patulo. Lin. ſy. pl. G. 210.

† Sp. 1. PRIMULA MUTABILIS. β Sau cau hōa.

Differ. ſpec. Pr. *caule* ſuffruticoſo , multiplici : *foliis* ovatis , ſerratis : *floribus* nudis.

Hab ; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus , 8 - pollicaris , craſſus , multiplex : *ramis* reclinatis. *Folia* ovata , ſubacuminata , ſerrata , carnoſa , glabra , oppoſita , petiolis brevibus. *Flos* , cymis magnis , terminalibus , colore mutabilis , primò viridi-luteus , poſtea albus , in maturitate ruber , in ſenectute cæruleus. *Cal.* nullus , præter ſquamulam parvam , oblongam ab baſim cujuſque floris. *Corolla* hippocrateriformis , tubo cylindrico , longo , ſolido , impervio : limbo plano , 5 - fido , laciniis obcordatis. *Nectarium* ſquamis 5 , incurvis , partes generationis ante maturitatem floris claudentibus. *Filamenta* 10 , filiformia , limbo breviora , vertici cylindri inſiſtentia : *antheris* ſubrotundis. *Germen* ſubrotundum , ſuperum , mediâ ſui parte ſummitati cylindri , quaſi receptaculo coalitum. *Stigmata* 3 , oblonga , ſeſſilia. *Pericarpium* abortit : quod ex diſſecto germine , & per microſcopium viſo apparet polyſpermum : an vero 1 , vel 3 - loculare , diſtingui non potuit. Involucrum umbellulæ , ſive commune nullum.

Habitat , & ob pulchritudinem collitur. Cantone Sinarum.

Obſerv. Facies hujus plantæ , præcipuè floris omnimodo ad Primulam ſpectat. Stamina , & piſtillum ad Decandriam Trigyniam ablegarent , ſi ibi poſſet conſtanter permanere , nam frequenter in hoc flore ſtamina numerantur 8 , laciniæ corollæ , & ſquamæ nectarii 4 : tubus vero (quod magis mirum) ſeu columella illa tubi-formis ſemper invenitur impervia , quæ ratione ſitus , coloris , & formæ nullatenus dici poteſt pedunculus : an Receptaculum ?

† Sp. 2. PRIMULA SINENSIS. ꞩ Yù tsuan hōa. α Ngaoc tràm hoa.

Differ. ſpec. Pr. *foliis* ovatis, integerrimis, petiolatis: *involucris* 2-phyllis, polyfloris.

Hab; & notæ. *Herba* annua, 6-pollicaris: *radice* craſſâ, ſubdiviſâ. *Folia* radicalia, cordato-ovata, acuminata, integerrima, glabra: petiolis longis, erectis. *Scapi* teretes, nudi, erecti, ſub-triflori, foliis longiores: *involucro* 2-phyllo, floribus ſubæquali. *Corolla* alba, hippocrateriformis: limbo plano 5-6 fido, laciniis acutis, integris.

Habitat in imperio Sinenſi.

GENUS VII. HOTTONIA.

Char. Gener. *Cor.* hippocrateriformis. *Stamina* tubo corollæ impoſita. *Capſ.* 1-locularis. Lin. ſy. pl. G. 216.

† Sp. 1. HOTTONIA LITORALIS. α Cay bồ bồ biển.

Differ. ſpec. Hot. *foliis* ovato-oblongis, oppoſitis, integerrimis: *flore* ſolitario.

Hab; & notæ. *Caulis* ſub-ſimpliciſſimus, 8-pollicaris, erectus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* purpureus, axillaris, ſolitarius pedunculatus. *Cal.* tubuloſus, leviter 5-fidus: laciniis erectis. *Cor.* hippocrateriformis, 5-fida. *Antheræ* 5, oblongæ, contortæ. *Stigma* turbinato-rotundum. *Capſula* longiuſcula, 1-locularis, 2-valvis: *ſeminibus* plurimis rotundis, nigris, minimis.

Habitat in litore arenoſo portus Eo, prope Huæam metropolim Cochinchinæ.

Obſerv. Hottonia flore ſolitario ex alis proveniente, (Burm. Zeyl. p. 121. tab. 55. f. 1.) quamvis flore approximetur, foliis tamen a noſtrâ longè recedit: *cum illius ſint verticillata, polyfida, noſtræ vero oppoſita, integerrima.*

GENUS VIII. MENYANTHES.

Char. Gener. *Cor.* hirſuta. *Stigma* bifidum. *Capſ.* 1-locularis. Lin. ſy. pl. G. 215.

† Sp. 1. MENYANTHES HYDROPHYLLUM. α Cây raong tlòn lá.

Differ. ſpec. Men. *foliis* cordatis, integerrimis: *floribus* axillaribus, congeſtis, nectariferis.

Hab; & notæ. *Planta* paluſtris: *caule* filiformi, repente. *Folia* cordata, integerrima, glabra, petiolata, ſparſa, pauca. *Flos* albus, axil-

axillaris, congeſtus, pedunculis longis. Corolla campanulato-patens; hirſuta: limbo 5-fido, crenato: *nectariis* 5, ramoſis, diſcoloribus, baſi laciniarum adhærentibus. *Stigma* 2-fidum. *Capſula* ovata, 1-locularis, polyſperma, calyce perſiſtente cincta.

Obſerv. Hæc planta media eſt inter Hydrophyllum, & Menyanthem: & iſta quidem duo genera parum inter ſe differunt.

Habitat ſpontanea loca aquoſa Cochinchinæ.

GENUS IX. CONVOLVULUS.

Char. Gener. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2. *Capſ.* 2-locularis: loculis 2-ſpermis. Lin. ſy. pl. 231.

Sp. 1. CONVOLVULUS ARVENSIS. α Bìm bìm dất.

Differ. ſpec. Conv. *foliis* ſagittatis, utrinque acutis: *pedunculis* ſubunifloris. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, tenuis, perennis. *Folia* ſagittata, utrinque acuta, glabra, alterna, petiolata. *Flos* pallidus, baſi intus rubrâ: *pedunculis* longis, ſolitariis, plerumque 1-floris. *Cor.* campanulata, brevis, plicata. *Semina* fuſca, angulata.

Habitat inter ſepes Cochinchinæ.

Helxine Ciſſampelos. Matth. in Dioſcor. l. 4. c. 35. p. 715. C. Baub. ibi pag. 716.

Virtus tam foliorum, quam ſeminum leniter Purgans.

Sp. 2. CONVOLVULUS SCAMMONIA. α Khoai cà hoa vàng.

Differ. ſpec. Conv. *foliis* ſagittatis, poſticè truncatis: *pedunculis* teretibus, ſub-trifloris. Lin. ſp. 3.

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, volubilis, ramoſus, 10-pedalis, tenuis, piloſus. *Folia* ſagittata, oblonga, baſi ſubtruncata. *Flos* luteus, plicatus, indiviſus, ſub-quadriflorus: *pedunculis* teretibus, longis: ſtipulis lanceolatis oppoſitis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Scammonium. Bont. Jav. l. 6. c. 57. p. 154. Scammonia ſyriaca. Baub. Pin. p. 294. n. 1.

Virt. Syriaca violenter Purg. Noſtræ vires non expertus ſum: cum ſolus caulis funicularis (recens tamen) cum foliis, floribus, & fructu ad me pervenerit abſque radice, in quâ hujus plantæ virtus.

Sp. 1. CONVOLVULUS MEDIUM. α . . .

Differ. ſpec. Conv. *foliis* linearibus, haſtato-acuminatis, auriculis dentatis, *pedunculis* 1-floris: *calycibus* ſagittatis: *caule* volubili. Lin. ſp. 6.

Hab;

Hab; & notæ. *Caulis* linearis, tenuis, volubilis. *Folia* ſubulato-linearia, ſub-haſtata, glabra. Flos pallidus, pedunculis longis, ſub-2-floris. Habitat inter ſepes in Cochinchinâ.
Tala-neli. Rheed. 11. pag. 113. t. 55. Conv. Medium. Burm. Ind. p. 43.

Sp. 4. CONVOLVULUS PANDURATUS. α Bim bim vànq.
Differ. ſpec. Conv. *foliis* cordatis, integris, panduriformibus: *calycibus* lævibus. Lin. ſp. 7.
Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, perennis. *Folia* cordata, acuminata, in formam panduræ in medio ſinuata, integerrima. *Flos* nitidè luteus: *pedunculis* longis, ſub-bifloris: *calycibus*, & *fructibus* lævibus. Folia multa in eâdem plantâ ſæpe obſervantur abſque illo ſinu. Habitat inter ſepes Cochinchinæ.
Conv. Megalorhizus, flore amplo, lacteo. Dill. Elth. 101. tab. 85. f. 99.

Sp. 5. CONVOLVULUS OBSCURUS? α Bim bim rùng. β Cà phàn xý.
Differ. ſpec. Conv. *foliis* cordatis, indiviſis: *caule* ſubpubeſcente: *pedunculis* incraſſatis, 1-floris: *calycibus* lævibus. Lin. ſp. 12.
Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, annuus, pubeſcens. *Folia* cordata, acuta, integerrima, utrinque pubeſcentia. *Pedunculi* polyflori: *calycibus* lævibus: *corollis* campanulatis, oblongis: *ſeminibus* hirſutis. *Flos* pallidus, baſi interiore fuſco-rubrâ.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, in locis ſylveſtribus.
Conv. flore minore, lacteo, fundo atro-rubente. Dill. Elth. 98. tab. 83. f. 95. Burm. Zeyl. pag. 74.

Sp. 6. CONVOLVULUS BATATAS. α Khoai lang. β Hoàn xý.
Differ. ſpec. Conv. *foliis* cordatis, haſtatis, 5-nerviis: *caule* repente, hiſpido, tuberifero. Lin. ſp. 14.
Hab; & notæ. *Caulis* perennis, teres, hiſpidus, poſtratus, repens: *tuberibus* ſparſis, oblongis, acuminatis, exterius purpureis, pallidisve. *Folia* cordata, angulata, 5-nervia, alterna: *petiolis* longis. *Flos* purpureus, lateralis, magnus: pedunculis erectis, ſub-trifloris. Tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ quotannis floret, quamvis Osbeckius (It. ad Ind. edit. Angl. pag. 311.) aſſerat non florere, ſicut etiam multa alia minus diligenter obſervata apud ſinas.
Habitat in omnibus fere locis utriuſque Indiæ, extra, & intra Gangem. Batattas. Rumph. Amb. l. 9. c. 17. tab. 130. Kappa Kelengu. Rheed. Malab. 7. p. 95. t. 50.
Uſus. Tubera eſculenta ſunt, nutrientia, ſapida, dulcia. Folia etiam tenera, & juniores ſurculi leviter cocti in menſis uſurpantur.

† Sp. 7. CONVOLVULUS MAMMOSUS. α Khoai từ.

Differ. ſpec. Conv. *foliis* cordatis, acuminatis, repandis: *caule* volubili: *tuberibus* aggregatis.

Hab; & notæ. *Caulis* tenuis, volubilis, annuus. *Folia* cordata, repanda, acuminata, glabra: *coſtis* obliquis. *Flos* albus, lateralis, campanulatus, plicatus: *pedunculis* 2-3-floris. Tubera pallidè fuſca, piloſa, ovato-oblonga, ſæpe acuminata, intus alba, edulia, ſubſtantiæ tenacioris, nec ita dulcis ut Batatæ, & tamen apud indigenas magis æſtimantur, & carius venduntur.

Batatta Mammoſa. Rumph. Amb. l. 9. c. 18. tab. 131.

Habitat frequenter cultus in agris Cochinchinæ.

Sp. 8. CONVOLVULUS MALABARICUS. α Bìm bìm dоûng tiền.

Differ. ſpec. Conv. *foliis* cordatis, glabris: *caule* perenni, villoſo. Lin. ſp. 18.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis, volubilis, teres, tenuis, villoſus. *Folia* cordata, acuminata, integerrima, glabra. Flos albus, baſi fuſco-purpureus: pedunculis 1-floris: corollæ campanulatæ tubo longo. Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 44. Kattu Kelengu. Rheed. Malab. 11. pag. 105. t. 51.

Sp. 9. CONVOLVULUS CANARIENSIS. α Bìm bìm tlắng.

Differ. ſpec. Con. *foliis* cordatis, pubeſcentibus: *caule* perenni, villoſo: *pedunculis* multifloris. Lin. ſp. 19.

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, perennis villoſus. *Folia* cordata, acuta, integerrima, pubeſcentia. *Flos* albus, axillaris: *pedunculis* brevibus, polyfloris, capitulatis. *Corolla* ſub-globoſa campanulata, connivens. *Habitat* inter ſepes Cochinchinæ.

Pluk. Almag. p. 114. tab. 325. f. 1. Convolv. Canarienſis, foliis longioribus, mollibus, incanis.

Sp. 10. CONVOLVULUS TOMENTOSUS. α Bìm bìm loung. β Khiēn nieu.

Differ. ſpec. Conv. *foliis* 3-lobis, tomentoſis: *caule* lanuginoſo. Lin. ſp. 26.

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, perennis, fuſcus, lanatus. *Folia* 3-loba, tomentoſa. *Flos* axillaris, ſolitarius: *calycibus* 5-phyllis, acutis, fuſco-rubris: *corollis* campanulatis, pallidis. *Capſula* ſphæroidea, acuminata, 2-locularis, 2-ſperma: *ſeminibus* nigris.

Habitat incultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Pluk. Almag. p. 115. tab. 167. f. 4. Conv. Jamaicenſis, trilobus.

Virt. Semina in pilulis ſumpta efficaciter, & tutò Purgant humores craſſos, præcipuè phlegma: unde levamen afferunt in hydrope, lum-

lumbagine, cholorosi, obſtructionibus. Diuréſim ſimul promovent, & menſes: prægnantibus nocent.

Sp. 11. CONVOLVULUS REPTANS. α Rau muống. β . . .
Differ. ſpec. Conv. *foliis* haſtato-lanceolatis, *auriculis* rotundis: *caule* repente: *pedunculis* unifloris. Lin. ſp. 48.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, longus, teres, glaber, tubulatus, ramoſiſſimus: *radicibus* faſciculatis, folio oppoſitis, nunc in terrâ paduloſâ repentibus, nunc a terrâ prorſus liberis in aquâ fluctuantibus. *Folia* cordato-ſagittata, acuta, glabra: auriculis inferius obliquè truncatis, ſuperius denticulata. *Flos* dilutè purpureus, pedunculis 2-floris. *Corolla* campanulata, integra, plicata, limbo-patente, tubo longiuſculo. *Capſ.* ſub-rotunda, glabra, 2-locularis, 2-ſperma.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, paſſim obvius in locis aquoſis.
Olus Vagum. Rumph. Amb. l. 9. cap. 51. tab. 155. fig. 1. Ubi optima icon. Forsk. Arab. cent. 2. p. 44. ſub nomine Ipomoeæ aquaticæ, foliis cordato-acutis.
Uſus. Olus eſt vulgariſſimum, & ſalubre, nec palato ingratum.

† Sp. 12. CONVOLVULUS BUFALINUS. α Bìm bìm tlâu.
Differ. ſpec. Conv. *caule* fruticoſo, ſcandente: *foliis* cordato-ſagittatis, glabris: *pedunculis* multifloris: *antheris* Cochleatis.
Hab; & notæ. *Caulis* magnus, fruticoſus, ramoſus, ſcandens, glaber. *Folia* cordato-ſagittata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* luteus, magnus, *pedunculis* polyfloris. *Corolla* campanulata: *antheris* 5, filiformibus, ſpiraliter contortis. *Capſ.* 2-locularis, 2-ſperma.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ: nec alibi vidi.

Sp. 13. CONVOLVULUS PES CAPRÆ. α Cây muong biển.
Differ. ſpec. Conv. *foliis* bilobis: *pedunculis* unifloris. Lin. ſp. 51.
Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, procumbens, repens, ſubvilloſus, ruber, longus. *Folia* utrinque obtuſa, ſæpe bilobo-pandurata, emarginata, craſſa, tomentoſa. *Flos* purpuraſcens, axillaris, polynatus.
Habitat ad maris litora arenoſa in Cochinchinâ, Chinâ, & in orâ Africæ Orientali.
Convolvulus Marinus. Rumph. Amb. l. 9. c. 58. tab. 159. Convolvulus Maritimus, folio craſſo, cordiformi. Herm. Lugdb. 174. tab. 175. Burm. Zeyl. p. 72. Ind. pag. 48.

† Sp. 14. CONVOLVULUS AGGREGATUS. α Bìm bìm lá dua.
Differ. ſpec. Conv. *foliis* palmatis, 7-lobis, piloſis: *floribus* aggregatis.

Hab;

Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, perennis, teres, piloſiſſimus, ramoſus. *Folia* palmata, lobis 7, ovatis, ſubacutis, integerrimis, piloſis. *Flos* albus, magnus, aggregatus, axillaris: *pedunculo* communi longo, ſolitario, proprio nullo. *Cal.* communis 12-phyllus, campanulatus, foliolis ovato-oblongis, inæqualibus, piloſis: continens floſculos ſeſſiles 10 circiter. *Perianthium* 5-phyllum: foliolis lanceolatis, piloſis, erectis. *Cor.* Monopetala, tubuloſa, 5-fida: laciniis acutis, piloſis, clauſis. *Filamenta* 5, corollâ breviora, tubo inhærentia. *Antheræ* ovatæ, ſtantes, baſi 2-fidæ. Germen ſubrotundum. *Stylus* filiformis, corollâ longior. *Stigma* capitatum. *Capſula* rotunda, 2-locularis, 2-ſperma: *ſeminibus* hinc rotundis, inde angulatis.

Habitat in Cochinchinâ. In nullo alio loco mihi obvium, nec apud Authores deſcriptum invêni.

GENUS X. DATURA.

Char. Gener. *Cor.* infundibulif., plicata. *Cal.* tubuloſus, angulatus. *Capſ.* 4-valvis. Lin. ſy. pl. G. 263.

Sp. 1. DATURA METEL. α Cà dược. β Não hiên hōa.

Differ. ſpec. Dat. *pericarpiis* ſpinoſis, nutantibus, globoſis: *foliis* cordatis, ſubintegris, pubeſcentibus. Lin. ſp. 5.

Hab; & notæ. *Caulis* 3-pedalis, craſſus, annuus: *ramis* inordinatis, diffuſis. *Folia* ſub-ovata, acuminata, incomptè angulata, cordata, ſæpe integerrima, ſparſa, glabra, aliquando pubeſcentia. *Flos* terminalis, & lateralis, ſolitarius, violaceus, vel luteus, in aliis albus, aliquando utroque colore mixtus: *corollâ* infundibuliformi, longâ, plicatâ, ſub-integerrimâ. *Fructus* plerumque rotundus, ſpinoſus, loculis binis, ſæpe quatuor, polyſpermus, raro in valvas regulares dehiſcens. Semina multa, compreſſa, ſubreniformia.

Habitat inculta per vias, & hortos in Cochinchinâ, in Chinâ, & in Africâ, ubi a me ſæpe examinata.

Datura. Acoſta. Arom. c. 53. f. p. 289. Stramonia Indica. Rumph. Amb. l. 8. c. 49. t. 87. f. 1, 2. Datura Stramonium. Thunb. Jap. pag. 91.

Obſerv. Ex inconſtantiâ habitus hujus plantæ videtur diverſas ſpecies a Linnæo ennumeratas, (Daturâ Arboreâ exceptâ, quam non vidi) pro varietatibus habendas. Cur enim ad mutandam ſpeciem coget fructus parum longior, vel ſpinoſior? folia integriora, vel aliquantulum angulata, quæ in eodem ſæpe individuo obſervatur? Flos ſimplex, vel plenus?

Virt.

Virt. Soporifera, Inebrians, Antiſparmodica. Fumus radicis contuſæ per fiſtulam tabacariam exceptus ſedat parumper graves aſthmæ paroxiſmos. Folia contuſa, & recentia topicè applicata leniunt dolores hæmorrhoidum, combuſtiones, & ulcera corroſiva.

GENUS XI. NICOTIANA.

Charact. Gener. Cor. infundibulif. : limbo plicato. Stam. inclinata. Capſ. 2-locularis, 2-valvis. Lin. ſy. pl. G. 265.

Sp. 1. NICOTIANA FRUTICOSA. α Cây thuôc ăn. β Yēn yē.
Differ. ſpec. Nic. *foliis* lanceolatis, ſubpetiolatis, ſemi amplexicaulibus: *floribus* acutis: *caule* fruteſcente. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. Caulis 4-pedalis, ſubfruticoſus, craſſus, teres, albicans, piloſus, erectus, ramoſus. *Folia* lato-lanceolata integerrima, undulata, rugoſa, mollia, ſuccoſa, ſubſeſſilia, ſemiamplexicaulia, alterna. *Flos* albo-ruber, recemis erectis, terminalibus: *calyce* 5-fido, erecto, inæquali: *corollâ* infundibuliformi, tubo longo: limbo acutè 5-fido, patente. *Capſula* 2-valvis, 2-locularis: *ſeminibus* rotundis, minutiſſimis, plurimis.
Habitat ubique culta in Cochinchinâ, & Chinâ: ubi vernaculis vocibus nominatur, tanquam indigena: nec ex Americâ translatam fuiſſe ſuſpicantur.
Burm. Ind. p. 54. Tabacus. Rumph. Amb. l. 8. c. 40. Nicotiana foliis lineari-lanceolatis, acuminatis, ſemiamplexicaulibus, caule fruticoſo. Mill. Dict. icon. 184. f. 1.
Virtus. Foliorum. Antiſpaſmodica, Paregorica, Emetica, Purgans, Abſtergens, Phthiariaca. Externè tumores duros emollit, ulcera antiqua abſtergit, vermes necat, ſcabiem purgat.

GENUS XII. IPOMŒA.

Charact. Gener. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* capitato-globoſum. *Capſ.* 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 232.

Sp. 1. IPOMŒA QUAMOCLIT. α Cây deuong leo. β Kam peng fung.
Differ. ſpec. Ip. *foliis* pinnatifidis, linearibus: *floribus* ſubſolitariis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, volubilis, tenuis, longus, glaber, ramoſiſſimus. *Folia* pinnatifida, laciniis filiformibus. *Flos* coccineus, axillaris, *pedunculis* ſolitariis, ſub-monofloris. *Cor.* infundibuliformis, tubo longiuſculo, limbo patente, acutè 5-fido. *Stigma* capitatum. *Capſula* plerumque 4-locularis: *ſeminibus* paucis.

Flos

Flos Cardinalis. Rumph. Amb. 9. cap. 52. tab. 155. f. 2. Quamoclit, ſive Jaſminum Americanum. Cluſ. Poſter. f. pag. 5. Tſiuria-crapti Rheed. Malab. 11. p. 123. tab. 60.
Habitat culta in Cochinchinâ, & in Chinâ.

Sp. 2. IPOMŒA TUBEROSA. α Khoai Xiem.
Differ. ſpec. Ip. *foliis* palmatis: lobis ſeptenis, lanceolatis, acutis, integerrimis: *pedunculis* 3-floris. Lin. ſp. 8.
Hab; & notæ. *Caulis* perennis, longus, teres, procumbens, ramoſus: *tuberibus* oblongis, ſparſis. *Folia* cordato-palmata: lobis 7, lanceolatis, integerrimis: *petiolis* alternis, longis. *Flos* purpureus, pedunculis 3-floris, axillaribus. Capſulam maturam non vidi.
Habitat in Cochinchinâ a Siamo oriunda.
Plukenet Alm. p. 116. tab. 276. f. 6. Convolvulus Americanus mandioccæ multifido folio, heptaphyllos, radice tuberoſâ.
Uſus. Tubera edulia, ut Batatæ, quibus maximè aſſimilantur ſapore, magnitudine, & formâ.

Sp. 3. IPOMŒA CAMPANULATA. α Rau môi.
Differ. ſpec. Ip. *foliis* cordatis: *pedunculis* multifloris: *perianthio* exteriore orbiculari: *corollis* campanulatis, lobatis. Lin. ſp. 11.
Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, tenuis, ramoſus. *Folia* cordata, acuta, glabra, alterna, integerrima. *Flos* luteus, pedunculis axillaribus, 5-7-floris: *corollâ* campanulatâ, lobatâ: calyce 5-partito, laciniis emarginatis. *Capſula* ſæpius 2-locularis, 2-ſperma. *Stigma* ſemper capitato-globoſum. Unde apparet hanc plantam inter Convolvulum, & Ipomœam mediare. Stigma ad iſtam, capſula, & corolla ad illum declinant. Perianthium aliud orbiculare non vidi.
Adamboe. Rheed. Malab. 11. p. 175. tab. 56.

Sp. 4. IPOMŒA HEPATICIFOLIA. α Bîm bîm biéc.
Differ. ſpec. Ip. *foliis* 3-lobis: *floribus* aggregatis. Lin. ſp. 19.
Hab; & notæ. *Caulis* volubilis, annuus, ſimplex, tenuis. *Folia* cordata, 3-loba, ſubacuta, piloſa: *petiolis* longis. *Flos* cæruleus axillaris: *pedunculis* monofloris, congeſtis, non propriè aggregatis. *Corollæ* tubus longus, craſſiuſculus, limbus 5-fidus. *Capſula* 3-locularis.
Burm. Ind. pag. 50. tab. 20. f. 2. Convolvulus Indicus, Villoſus, hederæ folio 3-partito, flore cæruleo. Herm. Lugdb. 182.
Habitat inculta in Cochinchinâ.

GE-

GENUS XIII. AZALEA.

Char. Gener. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptaculo inſerta. *Capſ.* 5-locularis. Lin. ſy. pl. G. 226.

† Sp. 1. AZALEA PUNCTATA. α Cây maóc neò.
Differ. ſpec. Az. *foliis* margine ſcabris : *floribus* punctatis, congeſtis.
Hab; & notæ. *Frutex* 5-pedalis, erectus, ramoſus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna, margine ſcabra. *Flos* congeſtus, terminalis, albus : *corollâ* campanulatâ, 5-fidâ, inferâ. *Calyx* 5-partitus, albicans, punctis rubris conſperſus, ſimiliter etiam *corolla*, *antheræ*, & *germen*. Capſ. 5-locularis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XIV. CAMPYLUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, 5-partitum, tuberculoſum, piloſum inferum : laciniis ſubulatis, longis, inæqualibus, erectis.
Cor. Monopetala, tubuloſa, 2-labiata : labio ſuperiore ſubulato : inferiore ovato : utroque integerrimo.
Stam. Filamenta 5, inæqualia, corollâ breviora, baſi tubi inſerta, Antheræ ovatæ, ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma 5-lobum.
Peric. Capſula ſubrotunda, 5-locularis, polyſperma.
Sem. Subrotunda, multa.

Nom. (Καμπύλος flexuoſus) a florum racemo flexuoſo.

Char. Gener. *Cor.* Bilabiata, infera, *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. CAMPYLUS SINENSIS. β Xeng con thân.
Differ. ſpec. Camp. *caule* ſcandente : *foliis* cordatis : *flore* racemoſo.
Hab. *Caulis* fruticoſus, craſſus, longus, ſcandens, ramis vix ullis. *Folia* cordata, acuta, integerrima, utrinque tomentoſa, pauca, alterna : petiolis longis, geniculatis. *Flos* albo-ruber, racemo terminali, longo, flexuoſo, bracteis 3-lobis diſtincto.
Habitat in collibus nemoroſis apud Sinas Cantonienſes.

GENUS XV. CEROPEGIA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* plumoſa. *Corollæ* limbus connivens. Lin. ſy. pl. G. 328.

Sp. 1. CEROPEGIA CANDELABRUM. α Cây Saong Kèm.
Differ. ſpec. Cer. *umbellis* pendulis: *floribus* erectis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* perennis, tenuis, longus, procumbens, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, margine reflexa, oppoſita. *Flos* albus, axillaris: *umbellis* pendulis: *corollis* erectis, monopetalis, tubo globoſo, magno: limbo parvo, 5-fido. *Stigma* 1, ſeſſile, 2-fidum. *Folliculi* 2, tenues, teretes: apice attenuato, ad angulum rectum refracto: *Seminibus* longis, plumoſis, imbricatis.
Niota-niodem-valli. Rheed. Malab. 9. pag. 27. tab. 16.
Habitat in dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. CEROPEGIA OBTUSA. α Rau Kẻm.
Differ. ſpec. Cer. *foliis* obtuſis: *caule* volubili.
Hab; & notæ. *Caulis* perennis, filiformis, ſubtilis, volubilis, glaber. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, plana, pauca, oppoſita. *Flos* pallidus, ſpeciei præcedentis ſimilis, pedunculis brevioribus. *Fructus* tenuiores, apice ſimiliter refracti, glabri: ſeminibus papposis.
Habitat utraque ſpecies in ſuburbiis metropolis Cochinchinæ Huææ, foliis magis differentes, quam floribus.

† Sp. 3. CEROPEGIA CORDATA. α Dẻi dỉ mo.
Differ. ſpec. Cerop. *foliis* cordatis: *umbellis* pendulis.
Hab; & notæ. *Caulis* perennis, longus, teres, ſcandens, ramoſus. *Folia* cordata, integerrima, glabra, oppoſita, petiolis longis. *Flos* viridi-luteus, umbellis magnis, hemiſphæricis, axillaribus: pedunculis longis, pendulis. *Calyx* inferus 5-phyllus, foliolis ovatis acutis, parvis, patentibus. *Corolla* 5-partita, laciniis ovatis, conniventibus. *Nectarium* carnoſum, erectum, 5-fidum: glandulis 10, oblongis, piſtillum circumſtantibus. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 5, oblongæ, conniventes. *Germen* longiuſculum, 2-fidum. *Stylus* craſſus, breviſſimus. *Stigma* obtuſum, emarginatum. *Pericarpium* maturum non vidi. Ex formâ Germinis folliculos duos eſſe conjicio: ex flore umbellato, corollis conniventibus ſpeciem eſſe Ceropegiæ exiſtimo.
Habitat ſcandens per ſepes in Cochinchinâ.

GE-

GENUS XVI. NERIUM.

Char. Gener. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* plumoſa. *Corollæ* tubus terminatus coronâ lacerâ. Lin. ſy. pl. G. 323.

Sp. 1. NERIUM OLEANDER. α. Cây đào lê. β . . .
Differ. ſpec. Ner. *foliis* lineari-lanceolatis, ternis. *Corollis* coronatis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Frutex* 8-pedalis, caule tereti, recto, ramis aſſurgentibus. *Folia* verticillato-terna, liniari-lanceolata, integerrima, craſſa, glabra. *Flos* ruber, racemis erectis terminalibus. *Cal.* 5-phyllus, inferus, foliolis ſubulatis, parvis, erectis. *Cor.* infundibuliformis, 5-partita, limbo obtuſo, reflexo. *Filamenta* 5, corollâ breviora, tubo inſidentia. *Antheræ* ſagittatæ ſtantes, apice caudatæ, laciniâ filiformi, longâ, lanoſâ. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, corollæ æqualis. *Stigma* obtuſum, inæquale. *Pericarpium* folliculi 2, teretes, longi erecti: *ſeminibus* plurimis papposis. *Tubus* corollæ terminatur coronâ formatâ ex laciniis concoloribus, brevibus, inæqualibus. Hujus eſt varietas flore albo, quæ magis regularis, ſemperque numerat 5 ſtamina, & 5 corollæ lacinias. Aſt in varietate rubrâ, quæ gaudet flore pleno, obſervantur ſæpe 10 ſtamina, ac 10-15 corollæ laciniæ, quæ inferius coaleſcunt in tubum. Odor vix ullus.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, multisque aliis Aſiæ locis.
Belluta Avreli. Rheed. Malab. 9. pag. 1. t. 1, 2. Rumph. Amb. Auct. cap. 23. tab. 16. f. 1. Oleander Sinicus.

Sp. 2. NERIUM DIVARICATUM. α Cây Mộc hoa đỏ.
Differ. ſpec. Ner. *foliis* lanceolato-ovatis: ramis divaricatis. L. ſp. 3.
Habit; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus, divaricatis. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, undulata, nitida, oppoſita. *Flos* luteo-ruber, congeſtus, terminalis. *Corolla* infundibuliformis, tubo brevi: limbo 5-fido reflexo. *Nectarii* corona ad os tubi, laciniis ſubulatis, brevibus. *Antheræ* 5, ſubſeſſiles, ſagittatæ, in conum mutuo conniventes. *Stylus* cylindricus, craſſiuſculus, vaginans alium ſuperiorem, tenuem: *ſtigmate* ovato. *Fructus* folliculi 2, teretes, longi, ſub-coaliti, erecti: *ſeminibus* multis longis, papposis, imbricatis.
Apocynum Zeylanicum, Indicum, fruteſcens, Nerii flore candidiſſimo. Herm. Parad. Bat. 40. Nerium Indicum folio ſubrotundo undulato, craſſo, flore dilutè rubente. Burm. Zeyl. p. 168.

Sp. 3. NERIUM ANTIDYSENTERICUM. α Cây Móc hoa tláng.

Differ. ſpec. Ner. *foliis* ovatis, acuminatis, petiolatis. Lin. ſp. 4.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* btachiatis. *Folia* ovata, acuminata, plana, integerrima, glabra oppoſita. *Flos* albo-viridis, racemis brevibus, ſub-terminalibus. *Corolla* infundibuliformis. *Nectarii* corona ad os tubi: laciniis oblongis, alternatim 3-fidis, & linearibus. *Fructûs* ut præcedentes ſpecies.

Nerium Indicum, ſiliquis anguſtis, erectis, longis, geminis. Burm. Zeyl. p. 167. t. 77. Codaga pala. Rheed. Malab. 1. p. 85. t. 47.

Uſus. Hæc, & præcedens Nerii ſpecies materiam præbent ad tornanda opera lignaria, & formanda ſcrinia elegantiſſima. Habent enim lignum albiſſimum, & æqualiſſimum, eburis æmulum, ſi gravitatem excipias. Quod ſi Ebeni (cujus in Cochinchinâ magna copia) intermixtâ nigredine diſcernatur, pulchritudo operis augebitur. De virtute arboris antidyſendericâ teſtari non audeo experientiâ deſtitutus. Utraque ſpecies habitat tam culta, quam inculta ir Cochinchinâ.

† Sp. 4. NERIUM SCANDENS. α Cây bòi bef.

Differ. ſpec. Ner. *caule* ſcandente: *pedunculis* terminalibus, polyfloris: *laciniis* corollæ longiſſimis.

Hab; & notæ. *Frutex* magnus, ramis ſcandentibus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, ſub-acuminata, glabra, oppoſita. *Flos* magnus, pedunculis terminalibus, polyfloris: *Corollæ* tubo albo, limbo ruberrimo. *Cal.* tubuloſus, 5-gonus, brevis, 5-partitus: laciniis acutis, carnoſis, erectis. *Cor.* infundibuliformis: tubo inferius cylindrico, brevi, ſuperius urceolato: limbo 5-partito, laciniis ſubulato-linearibus, longiſſimis, repandis. *Nectarium* ad os tubi, laciniis multis, acutis, in coronam diſpoſitis. *Filamenta* 5, brevia. *Antheræ* ſagittatæ, conniventes: apice in caudam filiformem longiſſimam deſinentes. *Germen* ſuperum, 2-lobum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigma* alterum alteri impoſitum: inferius cylindraceum, ſuperius acutum, partitum, erectum. *Peric.* Folliculi 2, horizontales, craſſi, obtuſi: *ſeminibus* multis, oblongis, compreſſis, papposis.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Obſervatio. Quamvis corollæ laciniæ longiſſimæ affinem faciant Echiti Caudatæ (Lin. ſy. pl. ſp. 10. Burm. Ind. p. 68. t. 26.) attamen in noſtrâ faux coronata, quæ in Echite nuda, illam certò ad Nerium revocat; contortæ enim pleræque per nectaria conſtantius dignoſcuntur. Nec debent obſtare folliculi horizontales, quando cætera conveniunt.

GE-

GENUS XVII. PLUMERIA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, reflexi. *Semina* membranæ propriæ inſerta. Lin. ſy. pl. G. 325.

Sp. 1. PLUMERIA OBTUSA. α Hoa ſứ tláng. β . . .
Differ. ſpec. Plum. *foliis* lanceolatis, petiolatis, obtuſis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Arbor* craſſa, mediocrem ſuperans: *cortice* cinereo, glabro, lacteſcente: *ligno* ſuccoſo, fragili: *ramis* expanſis, craſſis, tortuoſis. *Folia* lanceolata, integerrima, magna, plana, glabra, petiolata, ſparſa, coſtis multis tranſverſis. *Flos* terminalis, racemis compoſitis, patulis, erectis: *corollis* odoratis, contortis, albis, exterius rubro, intus flavo colore diſcretis. *Cal.* tubuloſus, brevis, deciduus, leviter 5-fidus, laciniis rotnndatis, erectis. *Corolla* monopetala, infundibuliformis, infera: tubo parvo, curvo: limbo, 5-partito, laciniis ovatis, alterâ alterius latus tegente. *Filamenta* 5, breviſſima, ſupra baſim tubi inſerta: *antheris* oblongis, ſtantibus. *Germen* ſubrotundum, 2-partitum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 2, conica. *Pericarpium* folliculi 2, reflexi, craſſi, polyſpermi: *ſeminibus* grandiuſculis, ſquamiformibus, imbricatis. in baſim membranaceam deſinentibus.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, culturâ facilis, odore, & colore floris grata.
Flos convolutus. Rumph. Amb. l. 6. c. 43. tab. 38.
Obſerv. Licet arbor iſta a Linnæo diſtinguatur nomine, & foliis obtuſis, ego, ubicunque illam vidi in Aſiâ, ſemper notavi folia acuta: ſimiliterque ab oculato Botanices ſcriptore Rumphio viſa antea fuerant, & delineata.

GENUS XVIII. TABERNÆMONTANA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, horizontales. *Semina* pulpæ immerſa. Lin. ſy. pl. G. 327.

† Sp. 1. TABERNÆMONTANA BUFALINA. α Cây sàng tlâu.
Differ. ſpec. Tab. *foliis* lanceolatis, oppoſitis: *pedunculis* 2-natis, monofloris, pendulis.
Hab; & notæ. *Frutex* 5-pedalis, ſub-erectus, ramoſus. *Folia* lanceolata integerrima, nitida, oppoſita. *Flos* albus, lateralis: *pedunculis* geminis, monofloris, longis, pendulis. *Corolla* hippocrateriformis: tubo cylindraceo, tenui, longo, ad baſim ventricoſo. *Stamina* ſupra medium tubi inſidentia. *Stylus* 1, brevior ſtamini-

bus;

bus: *ſtigmate* ovato, bifido. *Pericarpium* folliculi 2, divaricati, longiuſculi, ſub-ventricoſi, acuminati, toruloſi, glabri: *ſeminibus* oblongis, angulatis, pulpâ rubrâ involutis. Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Capſicùm ſylveſtre. Rumph. Amb. l. 6. cap. 73. tab. 67. Ibi autem exhibetur fructus ſubſequenti ſpeciei Bovinæ conformior.

† Sp. 2. TABERNÆMONTANA BOVINA. α Cây sùng bò.

Differ. ſpec. Tab. *foliis* lanceolatis oppoſitis: *pedunculis* ſolitariis, polyfloris.

Hab; & notæ. *Frutex* 4-pedalis, erectus: *ramis* reclinatis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* albus, hyppocrateriformis, 5-fidus: *pedunculis* axillaribus, ſub-erectis, ſolitariis, ſub-quinquefloris. *Folliculi* 2, horizontales, divaricati, recurvi, breves, ventricoſi, acuminati, nec toruloſi: *ſeminibus* ſubrotundis, angulatis, pulpæ rubræ immiſtis.

Habitat inculta in locis planis Cochinchinæ.

Virtus. Emolliens, Laxans. Succus viſcoſus, lacteſcens ex utroque frutice manans juvat imprimis ad extrahenda ſuaviter ſpicula, aut vepres carni infixa.

GENUS XIX. VINCA.

Char. Gener. *Folliculi* 2, erecti. *Semina* nuda. Lin. ſy. pl. G. 322.

Sp. 1. VINCA ROSEA. α Hoa hải dàng. β ...

Differ. ſpec. Vin. *caule* ſuffruteſcente: *floribus* geminis, ſeſſilibus: *foliis* ovato-oblongis: *petiolis* baſi bidendatis. Lin. ſp. 4.

Hab; & notæ. *Planta* 2-pedalis, perennis, ſub-fruticoſa: *caule* multiplici, ſuberecto, tereti, rubro. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, tomentoſa, oppoſita, graveolentia. *Flos* dilutè purpureus, axillaris, 2-natus. *Cal.* 5-partitus, inferus, perſiſtens: laciniis linearibus, erectis. *Cor.* monopetala, hippocrateriformis, tubo longo, gracili, ſuperius ventricoſo-ovato: limbo 5-fido laciniis rotundatis, acuminatis. *Filamenta* 5, breviſſima. *Antheræ* ſagittatæ, incumbentes, in tubi ventre incluſæ: polline globuloſo, nudis oculis conſpicuo. *Germen* oblongum duplex. *Stylus* 1, filiformis, inter bina germina receptaculo affixus. *Stigma* longitudinaliter 3-articulatum, 3-forme. *Peric.* folliculi 2, erecti, monovalves, longiuſculi, recti, ſubteretes, villoſi, polyſpermi: ſeminibus bino ordine, oblongo-ovatis, ſcabris, nudis.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, tam agreſtis, quam culta.

Burm. Ind. pag. 67. Thunb. Jap. p. 110.

† GE-

† GENUS XX. THELA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium duplex : exterius 3 - phyllum , foliolis ovato-lanceolatis : interius perſiſtens , tubuloſum , coloratum , leviter 5 - fidum , conſitum papillis multis , pedunculatis.

Cor. Hippocrateriformis , infera : tubo cylindrico , calyce duplo longiore : limbo 5 - fido , laciniis ſubrotundis , acuminatis , planis.

Stam. Filamenta 5 - capillaria , tubo æqualia , receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ , ſtantes.

Piſt. Germen ovato-oblongum. Stylus filiformis , longior ſtaminibus. Stigma 5 partitum : laciniis oblongis , reflexis.

Peric. Bacca parva , oblonga , pentagona , 1 - locularis , 1 - ſperma.

Sem. Ovato-oblongum.

Nom. (Θηλὴ papilla) a calyce papilloſo.

Char. Gener. *Cal.* duplex : interior papilloſus. *Cor.* hippocrateriformis , infera. *Stam.* receptaculo inſidentia. *Bacca* 1 - ſperma.

† Sp. 1. THELA COCCINEA. α Xích hoa Xà. β Chè hōa tāņ.

Differ. ſpec. Th. *caule* ſcandente : *foliis* amplexicaulibus : *calycibus* corollæ concoloribus.

Hab. *Caulis* ſuffruticoſus , longus , ſcandens , ſtriatus , parum ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , glabra , alterna , ſemiamplexicaulia. Flos coccineus , calyce interiori concolore : ſpicis longis , ſimplicibus , ſubterminalibus.

† Sp. 2. THELA ALBA. α Bạch hoa Xà. β Pǐ hōa tān.

Differ. ſpec. Th. *caule* ſcandente : *foliis* petiolatis : *calycibus* diſcoloribus.

Hab. *Caulis* ſuffruticoſus , ſcandens , tenuis , longus , ſubſimpliciſſimus. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , glabra , undulata , coloris obſcuro-viridis , alterna , petiolata , nec amplexicaulia. *Flos* ſpicis minus longis , ſubterminalibus : *corollis* albis : *calyce* interiori longo , papilloſo , non colorato.

Habitant ambæ ſpecies inter ſepes arundinis Indicæ , per quas ſcandunt tam in Cochinchina , quam in China.

† GENUS XXI. ATHRUPHYLLUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, 5-fidum, breve, perſiſtens: laciniis acutis.
Cor. Monopetala, infera, campanulata, patens: limbo 5-partito, laciniis lanceolatis.
Stam. Filamenta nulla. Antheræ 5, biloculares, ovatæ, in medio laciniarnm corollæ ſingulæ ſingulis affixæ, ſupinæ jacentes.
Piſt. Germen ſubrotundum, minimum. Stylus breviſſimus. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca globoſa, parva, 1-ſperma.
Sem. Subrorundum.

Nom. (Ἀ'θρόος confertus) ob folia ad apicem ramorum conferta.

Char. Gener. *Cor.* campanulata, infera. *Antheræ* laciniis corollæ inſerta. *Bacca* 1-ſperma.

† Sp. 1. ATHRUPHYLLUM LINEARE. α Cây ma ca.
Differ. ſpec. Atr. *foliis* linearibus, confertis: *umbellis* ſeſſilibus.
Hab. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* turbinato-linearia, integerrima, plana, nitida, ad apicem ramulorum conferta. *Flos* albo-ruber, minuſculus: *umbellis* ſeſſilibus, foliis intermiſtis. Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.
Uſus. Lignum ædificiis aptum.

† GENUS XXII. PYRGUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-dentatum, patens, breve, perſiſtens.
Cor. Monopetala, infera, rotata, 5-partita: laciniis lanceolatis, longis, ſub-reflexis.
Stam. Filamenta 5, ſubulata, corollæ inſerta, ipſa breviora, in medio conniventia, inde refracta. Antheræ ſubulatæ, magnæ, 2-loculares, ſtantes, in formam conicam mutuo inclinatæ.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus ſubulatus, corollæ ſubæqualis. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca globoſa, parva, 1-ſperma.

Nom.

Nom. (Πυργος turris) ab ſtaminibus in formam turris conicæ mutuò inclinatis.

Char. Gener. *Cor.* rotata, infera. *Filamenta* refracta. *Bacca* 1-ſperma.

Sp. 1. PYRGUS RACEMOSA. α Cây Luc chót.
Differ. ſpec. Pyr. *foliis* ovato-lanceolatis: *racemis* terminalibus.
Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, magna, integerrima, glabra, alterna: *petiolis* brevibus. *Flos* albo-ruber: *racemis* ovato-oblongis, terminalibus.
Habitat in dumetis Cochinchinæ.
Obſerv. Convenit cum Bladhia (Thunb. Japon. p. 7.) numero partium differt illarum formâ, ſemineque non arillato.

† *GENUS XXIII. ROTULA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium Cyathiforme 5-partitum, perſiſtens: laciniis acutis.
Cor. Rotata, infera, 5-partita: laciniis ovatis, planis.
Stam. Filamenta 5, ſubulata, corollâ breviora, ipſius baſi inhærentia. Antheræ ſagittatæ.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus turbinato-linearis, planiuſculus, ſtaminibus ſubæqualis. ſtigma emarginatum.
Peric. Bacca aquoſa ſubrotunda, parva, 1-locularis, 4-ſperma.
Sem. exteriùs ovata, intus curva.
Nom. Rotulam vocare ſuaſit corolla parvula, rotata, plana.

Char. Gener. *Cor.* rotata, infera. *Bacca* aquoſa, 4-ſperma.

† Sp. 1. ROTULA AQUATICA. α Rí rì cát.
Differ. ſpec. Rot. *foliis* imbricatis: *floribus* congeſtis terminalibus.
Hab. *Caulis* fruticoſus, 4-pedalis, ſimplex, ſubereƈtus, teres, inermis: *radice* ſimplici, longâ: *ramis* breviſſimis, ſimpliciſſimis. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, minima, ſeſſilia, imbricata. *Flos* dilutè violaceus, congeſtus, terminalis. *Bacca* rubra, piſo æqualis.
Habitat in paludibus, & prope ripas fluminum in Cochinchinâ.

GENUS XXIV. TOURNEFORTIA.

Char. Gener. *Bacca* 2-locularis, diſperma; ſupera: *apice* duobus poris perforata. Lin. ſy. pl. G. 205.

† Sp. 1. TOURNEFORTIA MONTANA. α Cây thuóc mọi.
Differ. ſpec. Tourn. *foliis* ovato-lanceolatis, rugoſis: *ſpicis* ſub-ſimplicibus, recurvis, terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, ramoſus, hirſutus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, rugoſa, glabra, incurva, reflexa: *petiolis* brevibus, alternis. *Flos* terminalis, ſpicis ſecundis, recurvis, ſub-ſimplicibus: *pedunculis* brevibus, 1-floris. *Corolla* alba: tubo baſi urceolato: limbo acutè 5-fido: *antheris*, & *ſtigmate* ſeſſilibus. *Bacca* inversè pyriformis, 2-locularis, 2-ſperma, apice imperforata, ſupera.
Habitat in ſylvis montanis, ubi illâ pro pharmacho utuntur incolæ agreſtis, qui vocantur Moii, Cochinchinæ tributarii.

GENUS XXV. SIDEROXYLON.

Char. Gener. *Cor.* 10-fida: laciniis alternis incurvis. *Stigma* ſimplex. *Bacca* 5-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 283.

† Sp. 1. SIDEROXYLON CANTONIENSE. β Sān Cōt.
Differ. ſpec. Sid. inerme, *foliis* palmatis: *pedunculis* ſolitariis, axillaribus.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, multiplex, inermis, teres. *Folia* palmata, glabra, petiolis longis, alternis. *Flos* axillaris, pedunculis ſolitariis, polyfloris. *Cal.* ſpatha parva, lanceolata, decidua. *Corolla* 5-fida, laciniis incurvis, ſingulatim coalitis 5 aliis laciniis interioribus *nectarii* acutè 5-fidi. *Stamina* 5. *Stigma* obtuſum. *Bacca* ſubrotunda, 4-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* oblongis. *Radix* tuber magnum ſubrotundum, baſi acuminatum.
Habitat in ſuburbiis Cantonienſibus Sinarum.
Obſerv. Hæc ſpecies, quamvis anomala, minus tamen devia eſt a Charactere Linnæano, quam Sideroxylon Decandrum (ſp. 6.) quod noſtro eſt affine corollâ, nectario, & baccâ loculari.

† GE-

† GENUS XXVI. ONCINUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, breve, 5 - crenatum, inferum.
Cor. Monopetala, infundibuliformis, carnoſa: limbo 5 - partito, laciniis obtuſis, omnibus ad unum latus uncatis, emarginatis. Nectarium ad os tubi, 5 - fidum, erectum.
Stam. Filamenta 5, brevia, medio tubo affixa. Antheræ ſimplices.
Piſt. Germen rotundum. Stylus corollâ brevior. Stigma acutum.
Peric. Bacca globoſa, magna, nitida, 1 - locularis, polyſperma.
Sem. Multa, parva, ſubrotunda, nidulantia.

Nom. (Ογκινος uncus) a corollæ laciniis uncatis.

Char. Gener. *Cor.* infundibulif., infera: laciniis uncatis. *Bacca* globoſa: ſeminibus nidulantibus.

† Sp. 1. ONCINUS COCHINCHINENSIS. α Cây Deom.
Differ. ſpec. Onc. *foliis* ovato-lanceolatis, oppoſitis: *corymbis* racemoſis.
Hab. *Frutex* inermis, lignoſus, ſcandens, 20 pedes longus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, nitida, oppoſita. *Flos* albus, corymbis racemoſis, longis, terminalibus. *Bacca* globoſa, nitido-rubra, pugno maior: cortice duriuſculo, fragili: pulpâ ſimiliter rubrâ, eduli, dulci, ſubaſtringente.
Obſerv. A Theophraſtâ Americanâ non admodum longè recedit.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XXVII. DARTUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - fidum, inferum: laciniis ovatis, membranaceis.
Cor. Monopetala: tubo ſub-globoſo, calyce longiore: limbo 5 - fido, laciniis ovatis, patentibus.
Stam. Filamenta 5, filiformia, medio tubo inſerta, ipſo breviora. Antheræ incumbentès.
Piſt. Germen ſubrotundum, ſulcatum. Stylus breviſſimus. Stigma 5 - lobum.
Peric. Bacca parva, rotunda, excoriata, diaphana, 1 - locularis, polyſperma.

Sem. Multa, ſubrotunda, minima, inæqualia

Nom. (Δαρτὸς excoriatus) a baccâ excoriatâ.

Char. Gener. *Cor.* campanulata, infera: *tubo* globoſo. *Bacca* excoriata, polyſperma.

Sp. 1. DARTUS PERLARIUS. Câу Don.
Differ. ſpec. Dar. *foliis* ovatis, ſerratis: *racemis* axillaribus.
Hab. *Arbuſcula* 6-pedalis: *ramis* aſcendentibus: *ligno* flaccido: *radice* ſub-aromaticâ, rubeſcente. *Folia* oblongo-ovata, acuminata, ſerrata, magna, ſubtus tomentoſa, mollia, coſtis obliquis, petiolis rufis, alternis. *Flos* albus, *racemis* oblongis, parvis, axillaribus.
Habitat agreſtis ad fluminum ripas, & loca umbroſa in Cochinchinâ.
Perlarius alter. Rumph. Amb. l. 6. cap. 62. p. 122. tab. 57.
Virtus. Radicis: Incidens, Diuretica, appetitum excitans. Dicitur etiam a Rumphio prodeſſe in febribus, & maximè probari in morbillis.

GENUS XXVIII. CARISSA.

Char. Gener. Contorta. *Baccæ* 2, polyſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 318.

Sp. 1. CARISSA CARANDÁS. γ . . .
Differ. ſpec. Car. *foliis* ellipticis, obtuſis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbor* parva, 6-pedalis: *ramis* tortuoſis, dichotomis, expanſis: *aculeis* magnis, ramoſis, apice dichotomis, rectis, oppoſitis. *Folia* ovata, apice acuta, integerrima, glabra, oppoſita, ſubpetiolata. *Flos* albus, formâ, & magnitudine Jaſinino Grandifloro æqualis. *Cal.* 5-partitus, inferus: foliolis ſubulatis, erectis. *Corolla* hippocrateriformis, tubo longo, recto, æquali: limbo 5-partito, laciniis ovatis. *Filamenta* 5, breviſſima, medio tubo inſiſtentia: *antheris* linearibus. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigma* oblongum, emarginatum, erectum. *Bacca* ſimplex, ovata, glabra, 1-locularis, polyſperma: *ſeminibus* ſuborbiculatis, imbricatis. *Flos* terminalis, pedunculis paucifloris. *Bacca* matura nigra, edulis, acri-dulcis.
Carandás. Garcia. Arom. l. 2. cap. 6. Rumph. Amb. Auctuar. cap. 74. tab. 25.
Obſerv. Planta a me deſcripta naſcitur agreſtis in litore Africæ Orientalis. Eſt etiam indigena variorum Indiæ locorum, quæ adivi, ſed eam ibi non obſervavi. Audivi a viatoribus, qui utrobique fuerant,

rant, Africanam ab Indianâ differre, ſed differentiam non potuerunt clarè exponere. Suſpicor deſcriptionem Linnæanam excerptam fuiſſe ex relationibus non ſatis accuratis; ideo non judicavi diverſam ſpeciem ſeparare, quamvis noſtra differat bacca unicâ, corolla hippocratiformi, nec contorta, ſtigmate emarginato, aculeis ramoſis, nec ſimpliciter dichotomis, & foliis acutis. Spina ſpinarum Rumphii impropriè dicitur a Linnæo Cariſſa ſpinarum; eſt enim Genus diverſum, de quo nos in Dioccia. G. 32.

GENUS XXIX. STRYCHNOS.

Char. Gener. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-locularis, cortice lignoſo. Lin. ſy. pl. G. 270.

Sp. 1. STRYCHNOS NUX VOMICA. α Câу Củ chi.

Differ. ſpec. Stryc. *foliis* ovatis: *caule* inermi. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Frutex* magnus, trunco arboreo, craſſo, erecto, *ramis* flexuoſis, longis, ſcandentibus, inermibus. *Folia* ovata, integerrima, obtuſa, 5-nervia, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* pallidus, pedunculis lateralibus, & terminalibus: *calyce* 5-fido, brevi, acuto. *Corolla* tubuloſa, magna, ſub-infundibuliformis, limbo 5-fido: *Staminibus* 5: *ſtigmate* obtuſo. *Pericarpium* bacca magna, globoſa, fuſco-rubra, pulpoſa, cortice duro, 1-locularis, polyſperma. *Semina* orbiculata, depreſſa, villoſa, ſubſtantiæ corneæ, amariſſimæ, exterius coloris cinerei.

Habitat in ſylvis provinciæ *Bình Khang*, olim ad regnum Champavam, nunc ad Cochinchinam pertinentis.

Caniram. Reed. Malab. 1. p. 67. tab. 37. Nux Vomica officinarum. Burm. Zeyl. pag. 171.

Virtus: Radicis, & ligni, quod aliqui dicunt verum eſſe colubrinum, nulla mihi probata. Seminum vis convulſiva, vertiginoſa, venenata, & non ſolum quadrupedibus, ſed etiam hominibus lethifera, niſi nimis cautè adminiſtretur. Vinum, in quo ea ſemina ſemitoſta infuſa fuerant, dedi equo debilitate crurum laboranti, alioquin robuſto, qui ſtatim convulſionibus, & tremore crurum agitatus intra horæ quadrantem mortuus cecidit. Eadem tamen ſemina perfectè ad nigredinem uſta valde utilia ſunt, & abſque periculo dari poſſunt ad cohibendum fluorem album.

GENUS XXX. IGNATIANA.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* Longiſſima. *Drupa* unilocularis, polyſperma. Lin. Jun. ſup. pl. G. 137. pag. 20.

Sp. 1.

Sp. 1. IGNATIANA PHILIPPINICA. ♄ Yaſug. α Hột đậut gió.

Differ. ſpec. Ign. *foliis* ovatis, acutis: *caule* ſcandente: *pedunculis* axillaribus, ſub-quadrifloris.

Hab; & notæ. *Frutex* magnus, caule arboreo: *ramis* multis, ſcandentibus, longiſſimis, inermibus. *Folia* ovata, acuta, integerrima, plana, glabra, magna, venoſa, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, *pedunculis* ſub-4-floris, lateralibus. *Corolla* infundibuliformis: tubo longiſſimo, reclinato: limbo patente, 5-fido, obtuſo. *Filamenta* 5, tubo æqualia. *Stylus* æqualis ſtaminibus. *Stigmatc* 2-partito. *Bacca* magna, ſubrotunda, collo attenuata, 1-locularis, exſucca, polyſperma: cortice glaberrimo, ligneo, albicante, cucurbitæ lagenariæ maturæ ſimili: *ſeminibus* trigono-ovatis, fuſco-cinereis, glabris ſubſtantiæ corneæ, ſaporis amariſſimi.

Habitat agreſtis in inſulis Philippinis: inde in Cochinchinam, & aliorſum translata.

Lin. Jun. ſup. pl. pag. 149. Strichnos Ignatii, foliis ovatis, acutis. Berg. Mat. Med. pag. 149.

Virt. Seminum. Tonica, Incidens, Diaphoretica, Emmenagoga, Anthelminthica. Valet in apoplexiâ pituitoſâ, in colicâ, & cardialgiâ, in febribus intermittentibus, in ſuppreſſione menſium, in morſu animalium, aut inſectorum venenatorum. Summuntur internè 6 ad 12 grana, aquâ, vel vino contrita, quod pluſquam millies expertus ſum, ſæpius cum fælici eventu, aliquando nullo, nunquam malo. Si incautè nimiâ doſi ſumatur, vertiginem affert, & motus convulſivos: qui tamen facilè curantur liberali hauſtu, frigidæ, cui ſuccus limonum poteſt addi. Non eſt verum quod Lin. Jun. loco citato refert, ſcilicet: *eandem vim venenatam actiones vitales animalium ſuffocandi ac nux Vomica habet, ſimiliter habere, eademque doſi feris lethales eſſe*. Siquidem in Cochinchinâ ſæpiſſimè dedi, & vidi alios dare integrum nucleum, pondere unius drachmæ, aquâ vel vino tritum, bufalis, equis, bobus, ſuibus abſque ullo periculo, aut malo exitu. Verum etiam non eſt, quod iſta ſemina vermibus, & tempore non corrumpantur; ſi enim diu aſſerventur, exéſa, & perforata inveniuntur, præſertim in Indiâ, & locis humidis.

Obſerv. Si fructus Cucurbitæ Lagenariæ non debet dici drupa, etiam Ignatianæ fructus, cujus cortex ſimillimus, dici non poteſt.

† GE-

† GENUS XXXI. RAPINIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 8 - partitum , inferum : laciniis ſubrotundis , concavis : bino ordine , exteriori breviore.
Cor. Monopetala , cyathiformis : tubo brevi , craſſo : limbo 5 - fido , erecto : laciniis ovatis , calyce longioribus.
Stam. Filamenta 5 , Capillaria , brevia , tubo inſidentia. Antheræ bilobæ , lobis ſubrotundis.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus nullus. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca compreſſo-rotunda , 2 - locularis , polyſperma.
Sem. Plurima , oblonga , minuſcula.
Nom. Rapinia dicitur ex nomine elegantis hortorum cultoris Renati Rapini.

Char. Gener. *Cal.* 8 - partitus , inferus. *Cor.* cyathiformis , 5 - fida. *Bacca* 2 - locularis , polyſperma.

† Sp. 1. RAPINIA HERBACEA. α Bồn bồn tlòn dá.
Differ. ſpec. Rap. *foliis* ovato-lanceolatis , alternis : *ſpicis* ſubterminalibus.
Hab. *Caulis* herbaceus , 2 - pedalis , ſimplex . erectus , teres , craſſus : cortice rugoſo. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , parva , alterna. *Flos* albus , ſeſſilis : *ſpicis* ovato-conicis , ſubterminalibus.
Habitat inculta in hortis Cochinchinæ.

GENUS XXXII. CAPSICUM.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Bacca* exſucca. Lin. ſy. pl. G. 269.

Sp. 1. CAPSICUM ANNUUM. α Ớt tàu.
Differ. ſpec. Capſ. *caule* herbaceo : *pedunculis* ſolitariis. Lin. ſp. 1.
Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus , annuus , 2 - pedalis , erectus , ramoſus : ramis brevibus , aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , glabra , ſparſa , obſcuro-viridia. *Flos* albus , lateralis , ſolitarius : *corollâ* rotatâ : *baccâ* magnâ , oblongâ , ruberrimâ , exſuccâ , polyſpermâ , ſaporis ardentis.
Hort. Cliff. p. 59. Piper Indicum , vulgatiſſimum. Bauh. Pin. p. 102.

Sp. 2. CAPSIUM BACCATUM. α Ớt tlòn tlái.
Differ. ſpec. Cap. *caule* fruticoſo lævi : *pedunculis* geminis. Lin. ſp. 2.

Hab ;

Hab ; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus 3-pedalis, lævis, erectus, ramis longiuſculis, ſparſis, tenuibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſparſa, parva, petiolata. *Flos* albus, rotatus, axillaris, pedunculis 1-2-floris. *Bacca* ſubrotunda, ruberrima, magnitudine ceraſi vulgaris. *Folia* infera oppoſita, ſupera alterna.

Capſicum minus, rubrum. Rumph. Amb. l. 8. c. 50. pag. 248. tab. 88. f. 2.

Sp. 3. CAPSICUM FRUTESCENS. α Cây ớt. β Lat tſiāo.

Differ. ſpec. Cap. *caule* fruticoſo, ſcabriuſculo : *pedunculis* ſolitariis. Lin. ſp. 4.

Hab ; & notæ. *Caulis* fruticoſus, 3-pedalis, ſcaber : *ramis* diffuſis, ſæpe ſcandentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, parva, glabra, petiolata, alterna, & ſparſa. *Flos* albus, parvus, axillaris, rotatus, 5-6-fidus. *Bacca* flavo-rubra, conica, curva, corniformis, pollicem longa, plerumque ſolitaria.

Capſici tertia, ſeu flava ſpecies. Rumph. Amb. l. 8. c. 50. t. 88. f. 3. Lada Chili. Bont. Jav. pag. 131.

Virtus baccarum cujuſcunque ſpeciei. Calefaciens, Incidens, ſtomachica. Capſicum in condimento ſalubre, crudum in ore urens, in naribus ſternaturatorium, in fumo ſuffocans. Species fruticoſa, flava omnium acerrima, ſimulque omnium vulgariſſima in utrâque Indiâ. Virtus ſeminum capſici experientiâ comprobata a Cl. Bergio (Mat. Med. pag. 147.) laudatur ad evincendam pertinaciam febrium intermittentium : &, ſi bene memini, in Indiâ utuntur illo in hunc finem, ſicut etiam uti ſolent Pipere, Zingibere, & Sinapi ; quibus ſimilis virtus.

Habitant omnes iſtæ ſpecies cultæ in Cochinchinâ, & in Chinâ.

GENUS XXXIII. SOLANUM.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Antheræ* ſubcoalitæ : apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 268.

* *Inermia.*

Sp. 1. SOLANUM VERBASCIFOLIUM. α Cây Chià bòi.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, fruticoſo : *foliis* ovatis tomentoſis : *umbellis* compoſitis. Lin. ſp. 1.

Hab ; & notæ. *Frutex* caule erecto, tereti, inermi, 8-pedali : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuta, integerrima, cinereo-tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* albus, parvus, axillaris, & terminalis : racemis umbellatis. *Baccæ* 2-loculares, globoſæ, luteæ, diametro

metro ſemipollicari.

Solanum maximè tomentoſum, ſpinis carens, Virginianum. Pluk. Alm. p. 351. tab. 316. f. 1. Aguara-quiya. Piſ. Braſil. p. 224.

Habitat incultum in Cochinchinâ.

† Sp. 2. SOLANUM BIFLORUM. α, β Thien phảo.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, fruticoſo: *foliis* ovatis, villoſis: *pedunculis* geminis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, inermis, 3-pedalis: *ramis* diffuſis. *Folia* ovata, ſub-acuta, integerrima, utrinque villoſa, alterna. *Flos* albus, lateralis: pedunculis 2-natis, 1-floris, erectis. *Calyx* 10-fidus, laciniis ſubulatis. *Bacca* parva, ſubrotunda, rubra.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ.

† Sp. 3. SOLANUM ALBUM. α Cà cỏ.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, ſuffruticoſo: *ramis* poſtratis: *foliis* oblongis angulatis: *pedunculis* polyfloris.

Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſubinermis: *ramis* tortuoſis, longis, procumbentibus. *Folia* oblonga, angulata, ſparſa, petiolata. *Flos* albus, lateralis, pedunculis polyfloris. *Bacca* mediocris, globoſa, colore viridis, albo maculata. Habitat ſpontaneum in Cochinchinâ.

Trongum Agreſte, Album. Rumph. Amb. l. 8. c. 48. p. 241.

Virtus radicis Odontalgica. Bacca edulis.

† Sp. 4. SOLANUM DICHOTOMUM. β Kam ngi van.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, ſuffruticoſo: *foliis* cordato-lanceolatis: *pedunculis* dichotomis.

Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, inermis, piloſus, diffuſus, ramoſus. *Folia* cordata, lanceolata, integerrima, tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* lateralis, pedunculis dichotomis. *Bacca* parva, globoſa, rubra.

Habitat Cantone Sinarum, ſpontaneum.

Sp. 5. SOLANUM NIGRUM. α Cây lu lu dục.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, herbaceo: *foliis* ovatis, dentato-angulatis: *racemis* diſtichis, nutantibus. Lin. ſp. 17.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, inermis, teres, glaber, erectus, 3-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuta, ſubcrenata, tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* albus, axillaris, umbellis parvis, nutantibus. *Bacca* rotunda, parva, nigra. Habitat incultum in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 55. Nelen tsjunda. Rheed. Malab. 10. p. 105. tab. 75.

Virtus. Refrigerans, Anodyna, Repellens. Folia externè applicata valent contra cephalgiam, hæmorrhoides, paronychiam, cancrum, & ulcera corroſiva: ſed cautè utenda.

Sp. 6. SOLANUM ÆTHYOPICUM. α Cà tién.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, herbaceo: *foliis* ovatis, repando-angulatis: *pedunculis* fertilibus unifloris, cernuis. Lin. ſp. 18.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, inermis annuus: *ramis* diffuſis. *Folia* ovato-oblonga, ſinuato-repanda. *Flos* ſolitarius, violaceus: *calyce*, & *corollâ* 6-fidis: *ſtaminibus* 6. *Bacca* ſphæroidea, 6-lobata, magna, glabra edulis: in multis alba, in aliis purpurea.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, in hortis cultum.

Pluk. Phyt. t. 226. f. 4. Bauh. Pin. p. 167. Solanum Pomiferum, fructu rotundo, ſtriato, duro.

Sp. 7. SOLANUM MELONGENA. α Cà ǎn. β Kie tsù.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, herbaceo: *foliis* ovatis, tomentoſis: *pedunculis* pendulis, incraſſatis: *calycibus* inermibus. Lin. ſp. 19.

Hab; & notæ. *Caulis* inermis, herbaceus, annuus, craſſus, tortuoſus, 2-pedalis: ramis reclinatis, plerumque inermibus, aliquando aculeatis. *Folia* ovata, ſinuata, tomentoſa, magna, pauca, ſparſa: *petiolis* craſſis, fuſco-purpureis, in aliis folio concoloribus. *Flos* dilutè violaceus, *pedunculis* axillaribus, incraſſatis, deorſum flexis, 1-floris, ſæpius ſolitariis, non raro 2-3-natis. Bacca magna, nitida, 2-locularis, polyſperma, edulis. Hujus ſunt varietates: 1 fructu oblongo, violaceo: 2 fructu oblongo, albiſſimo: maiori: 3 fructu globoſo, violaceo: 4 fructu globoſo albo: 5, fructu globoſo albo, & violaceo variegato.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ: imo in toto fere orbe non nimis frigido.

Trongum Hortenſe. Rumph. Amb. l. 6. c. 46. t. 85. Belingola. Piſo. Braſil. pag. 210. Fockii fockii. Bont. Jav. pag. 123.

Obſerv. Solanum Inſanum (Linnæi ſp. 20.) non eſt ſpecie diverſum a Melongenâ; ſiquidem aculeos illius, per quos videbatur diſtingui, ego ſæpe obſervavi in iſtâ, ex eiſdem ſeminibus, & in eodem horto nata: ita ut plantæ ejuſdem omnino originis viderentur pleræque inermes, aliæ aculeatæ ſeorſim, vel calyce, vel foliis, vel caule, aut ramis. Idem ante me notaverat accuratiſſimus Rumphius. Vide pag. 239. libro, & capite ſupra citatis.

Sp. 8. SOLANUM LYCOPERSICUM. α Cà tàu tláng.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, herbaceo: *foliis* pinnatis inciſis: *racemis* ſimplicibus. Lin. ſp. 13.

Hab;

Hab; & notæ. *Caulis* inermis, herbaceus, annuus, piloſus, teres, ſeſquipedalis: ramis poſtratis. *Folia* ovato-lanceolata, pinnatò-inciſa, tomentoſa, parva. *Flos* luteus, racemis ſimplicibus, ſparſis. *Bacca* alba, mediocris, ſubrotunda, 3-loba, glabra. Habitat in Cochinchinâ.

Solanum Pomiferum, fructu rotundo, ſtriato, molli. Bauh. Pin. pag. 167. Pomum amoris. Rumph. Amb. l. 9. c. 49. tab. 154. f. 1.

Habitat incultum in hortis, & agris Cochinchinæ.

Sp. 9. SOLANUM PERUVIANUM. α Cà tàu vàng.

Differ. ſpec. Sol. *caule* inermi, herbaceo: *foliis* pinnatis, inciſis, tomentoſis: *racemis* 2-partitis, folioſis: *baccis* ſubpiloſis. Lin. ſp. 14.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, inermis, diffuſus, ramoſus. *Folia* pinnata, inciſa, tomentoſa. *Flos* coloris aurei: *racemis* 2-partitis, folioſis: *antheris* ſub-coalitis. *Bacca* crocea, piloſa, parva, ſubrotunda, compreſſa, 3-locularis, polyſperma, edulis.

Habitat incultum in hortis Cochinchinæ.

Lycoperſicon pimpinellæ folio. Few. Peruv. 3. p. 37. t. 25.

** *Aculeata.*

Sp. 10. SOLANUM MAMMOSUM. α Cà ung.

Differ. ſpec. Sol. *caule* aculeato, herbaceo: *foliis* cordatis, angulato-lobatis, utrinque villoſis, aculeatis. Lin. ſp. 23.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, durus, craſſus, 5-pedalis, erectus, aculeatus, tomentoſus, ramoſus. *Folia* (ex Solanis) maxima, ſubrotunda, angulato-lobata, ſæpe cordata, utrinque aculeata, villoſo-cinerea, ſparſa. *Flos* albus, pedunculis lateralibus, polyfloris. *Calyx* inermis, 5-fidus, piloſiſſimus. *Bacca* mediocris, rotunda, lutea, hiſpida.

Solanum Indicum, ſpinoſum, fruteſcens, maximum, villoſum totum, fructibus croceis. Burm. Zeyl. pag. 218. Ind. pag. 56.

Habitat agreſte in Cochinchinâ.

Sp. 11. SOLANUM INDICUM. α Cà hoang gai.

Differ. ſpec. Sol. *caule* aculeato, fruticoſo: *foliis* cuneiformibus, angulatis, ſubvilloſis, integerrimis: *aculeis* utrinque rectis. Lin. ſp. 26.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, aculeatus, 3-pedalis, erectus: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, ſubacuta, pinnato-ſinuata, utrinque aculeata. *Flos* dilutè violaceus, lateralis, pedunculis polyfloris, erectis: *calycibus* aculeatis. *Bacca* parva crocea, ſubrotnnda.

Solanum Indicum, fruteſcens, ſpinoſum, borraginis flore, fructu croceo, rotundo, minimo. Herm. Muſ. Zeyl. pag. 65. Burm. Zeyl. t. 102. p. 220.
Habitat agreſte in Cochinchinâ.

† Sp. 12. SOLANUM PROCUMBENS. α Cà qüánh.
Differ. ſpec. Sol. *Caule* aculeato, ſuffruticoſo, procumbente: *floribus* congeſtis, terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, longus, procumbens, densè aculeatus, ramoſus. *Folia* ovata, 5-loba, utrinque villoſa, ſparſim aculeata: aculeis brevibus, curvis, acutiſſimis. *Flos* congeſtus, terminalis, albo-violaceus, parvus, pedunculatus: *calyce* 4-fido, corollâ rotatâ 4-partitâ. *Bacca* minima, rotunda, ruberrima, nitida, polyſperma.
Habitat in Cochinchinâ inter ſepes, & in locis agreſtibus.

GENUS XXXIV. PHYSALIS.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Stamina* conniventia. *Baccæ* intra calycem inflatum, 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 267.

Sp. 1. PHYSALIS SOMNIFERA. α γ . . .
Differ. ſpec. Phyſ. *caule* fruticoſo: *ramis* rectis: *floribus* confertis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, erectus: *ramis* ſub-rectis, patentibus. *Folia* ſubrotunda, integerrima, glabra, conferta, baſi obtuſiſſimâ, inæquali. *Flos* confertus, lateralis, *pedunculis* 1-floris. *Corolla* campanulata, albo-viridis, acutè 5-fida. *Bacca* rubra, ſubrotunda, 2-locularis, polyſperma, intra calycem inflatum, 5-gonum, magnum.
Habitat agreſtis in orâ Africæ Zanguebar: ubi eam examinavi Botanicè, non Medicè.
Solanum Somniferum verticillatum. Bauh. Pin. p. 166. n. 7. Cluſ. hiſt. 2. p. 85.

Sp. 2. PHYSALIS ANGULATA. α Lu lu cái.
Differ. ſpec. Phyſ. *ramoſiſſima*: *ramis* angulatis, glabris: *foliis* ovatis, dentatis. Lin. ſp. 9.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis: *ramis* multis angulatis, tortuoſis, diffuſis, glabris. *Folia* ovata, acuminata, ſubſerrata, rugoſa, alterna. *Flos* albus, axillaris, ſolitarius. Bacca rotunda, rubra, pendula, veſicâ calycis incluſa.
Alkekengi Indicum glabrum, capſici folio. Dill. Elth. 12. tab. 11. f. 11.

f. 11. Burm. Zeyl. pag. 10. Camarú. Piſ. Braſ. fig., pag. 223.
Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.

Sp. 3. PHYSALIS PUBESCENS. α Lu lu loung.
Differ. ſpec. Phyſ. *ramoſiſſima*, *foliis* villoſo-viſcoſis : *floribus* pendulis. Lin. ſp. 10.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis, teres, fuſcus, pubeſcens, ramoſiſſimus. *Folia* baſi rotunda, apice acuta, ſerrato-inciſa, villoſa, alterna, petiolis longis. *Flos* luteo-viridis, axillaris, ſolitarius: *pedunculis* pendulis, nutantibus : *corollâ* campanulatâ, leviter 5-fidâ : *calyce* 5-fido, acuto, erecto, baccam includente globoſam, luteam, 2-locularem.
Habitat inculta in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 55. Alkekengi Virginianum fructu luteo Few. Peruv. 3. pag. 5. t. 1.

Sp. 4. PHYSALIS ALKEKENGI. β Soàn tſiām. α Toan tuong.
Differ. ſpec. Phyſ. *folis* geminis, integris, acutis : *caule* herbaceo, infernè ſubramoſo. Lin. ſp. 7.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, teres, glaber, parum ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, nunc gemina, nunc ſparſa. *Flos* albus, lateralis, ſolitarius: *pedunculis* pendulis. *Bacca* globoſa, rubra, calyce veſiculari fota.
Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.
Halicacabus Indicus, minor. Rumph. Amb. l. 10. cap. 44. tab. 26. f. 1. p. 61. Solanum Veſicarium. Bauh. Pin. p. 166. n. 2.
Virtus. Totius herbæ. Refrigerans, Diuretica. Similem virtutem habent præcedentes ſpecies Angulata, & Pubeſcens.

GENUS XXXV. LYCIUM.

Char. Gener. *Cor.* tubuloſa, fauce clauſa filamentorum barbâ. *Bacca* 2-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 273.

Sp. 1. LYCIUM BARBARUM. β Kẻu kì. α Càu khỉ.
Differ. ſpec. Lyc. *foliis* lanceolatis : *calycibus* ſub-bifidis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Frutex* 4-pedalis, ceſpitoſus, erectus, ramis aſſurgentibus : aculeis rectis, ſolitariis, ſparſis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, nunc congeſta, nunc ſparſa. *Flos* purpuraſcens, ſolitarius, axillaris, pedunculo longo, reflexo. *Calyx* erectus, 3-fidus : laciniâ unâ 2-dentatâ. *Corolla* infundibuliformis, 5-fida : ſtaminibus corollæ æqualibus, ejus faucem barbâ denſâ claudentibus. *Bacca* parva, rubra, ovata, 2-locularis, polyſperma.

Habi-

Habitat Cantone Sinarum.

Virt. Baccarum in Medicinâ ſinenſi. Tonica, Analeptica, Cephalica. Utuntur infuſione in vino: etiam ſimplici decocto in aquâ.

Jaſminoides Sinenſe, halimi folio longiore, & anguſtiore. Duham. Arb. 1. p. 306. tab. 121. f. 4. Burm. Ind. pag. 59. Lycium Barbarum.

† Sp. 2. LYCIUM COCHINCHINENSE. α Cây son lút.

Differ. ſpec. Lyc. *foliis* oblongis obtuſis: *caule* inermi: *cymis* terminalibus.

Hab; & notæ. *Frutex* 4-pedalis, ſub-erectus, ramoſus, inermis. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, craſſa, glabra, alterna. *Flos* terminalis, albus, cymis pedunculatis. *Calyx* 5-fidus. *Corolla* tubuloſa, limbo 5-fido, reflexo. *Stamina* 5, corollæ ſubæqualia, pilis multis conſita, tubum corollæ obſtruentibus. *Bacca* ſubrotunda, 2-locularis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† *GENUS XXXVI. ARGYREIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum, coloratum, permanens: foliolis ovatis, concavis, piloſis, poſt fructificationem expanſis, binis exterioribus maioribus.

Cor. Monopetala: tubo brevi, craſſo, ambiente nectarium 5-crenatum: limbo 5-partito, laciniis oblongis, plicatis, reflexis.

Stam. Filamenta 5, conniventia, limbo breviora, baſi incraſſata, piloſa, ori tubi affixa. Antheræ ſagittatæ, ſtantes.

Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma Capitatum, emarginatum.

Peric. Bacca ſubrotunda, exſucca, 4-locularis, 1-ſperma.

Sem. Hinc rotunda, inde angulata.

Nom. (Ἀργύρειος argenteus) a foliis plantæ ſplendorem argenteum imitantibus.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, coloratus. *Cor.* 5-partita, plicata. *Bacca* 4-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. ARGYREIA OBTUSIFOLIA. α Lá bạc thau.

Differ. ſpec. Arg. *foliis* ovatis, obtuſis: *paniculis* ſubterminalibus.

Hab. *Caulis* fruticoſus, inermis, longus, ſcandens, acirrhus: *ramis* paucis. *Folia* ovata, obtuſa, integerrima, alterna, ſubtus pubeſcentia, albicantia, ſplendentia, plana, petiolata. *Flos* albus, paniculis laxis, ſubterminalibus. *Bacca* exſucca, rubra. Ha-

Habitat in Cochinchinâ per ſepes ſcandens.
Virtus. Subaſtringens.

† Sp. 2. ARGYREIA ACUTA. β Pĭ hŏ thân.
Differ. ſpec. Arg. *foliis* ovatis, acutis: *corymbis* axillaribus.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, tomentoſo-ſplendentia, alterna. *Flos* albus: corymbis lateralibus, pedunculo communi longo: filamentis corollâ brevioribus: *calyce* colorato: *corollæ* laciniis plicatis.
Habitat in Sinis, a præcedenti non admodum differens.

† Sp. 3. ARGYREIA ARBOREA. α, β Trưong Xuĕn hŏa.
Differ. ſpec. Arg. *caule* arboreo: *foliis* rugoſis: *racemis* terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuta, integerrima, rugoſa, glabra, reflexa. *Flos* terminalis, luteus, racemoſus: *calyce* 5-fido, inflato, rubro: *corollæ* tubo filiformi, longiuſculo: limbo 5-partito, laciniis rotundatis, plicatis. *Bacca* 4-locularis, 1-ſperma, calyce permanente fota.
Habitat in ſylvis, & colitur in hortis tam in Cochinchinâ, quam in Chinâ.
Virtus. Attenuans, Reſolvens, Abſtergens. Uſus frequentior externus in inflamatione, & tumore mammillarum, facto cataplaſmate ex foliis, & radice ſimul contuſis.
Obſerv. Eſt hujus variatio flore albo, & baccâ plerumque 2-ſperma. Habitus primæ, & ſecundæ ſpeciei admodum ſimilis eſt Argophylli nitidi, præcipuè foliis tomento ſericeo albo ſplendentibus. Lin. Jun. ſup. plant. p. 156.

† *GENUS XXXVII. CERIUM.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-partitum, inferum, perſiſtens: laciniis ſubulatis, erectis.
Cor. Monopetala, campanulata, calyce vix longior: limbo ſuberecto, 5-fido: laciniis, & fiſſuris rotundatis.
Stam. Filamenta 5, ſubulata, erecta, tubo inhærentia, corollâ longiora. Antheræ oblongæ, incumbentes.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stima craſſiuſculum.
Peric. Bacca parva, globoſa, locularis: loculis multis, pentagonis, regularibus, 1-ſpermis, verſus peripheriam ſimplici ordine diſpoſitis.
Sem.

Sem. Angulata, parva.

Nom. (Κέριον favus) a formâ pericarpii cellulis polygonis favum mellis repræſentantis.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus, inferus. *Cor.* campanulata. *Bacca* cellulis pentagonis monoſpermis.

† Sp. 1. CERIUM SPICATUM. α Cây Chát chát.

Differ. ſpec. *Cer. foliis* polynerviis : *ſpicis* terminalibus.

Habitus. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis, ſimplex, teres, erectus : *radice* repente. *Folia* lato-lanceolata, ſub-integerrima, polynervia, glabra, alterna, petiolata. *Flos* albus, pedunculatus : *ſpicis* longis, ſimplicibus, erectis, terminalibus : bracteis floralibus filiformibus.

Habitat abſque culturâ in hortis Cochinchinæ.

Obſerv. Convenit cum Brunsfelſiâ Plumieri ſeminibus tunicæ baccæ appoſitis : differt cellulis pericarpii, calyce, & tubo corollæ.

GENUS XXXVIII. CERBERA.

Char. Gener. Contorta. Drupa monoſperma. Lin. ſy. pl. G. 319.

† Sp. 1. CERBERA SALUTARIS. α Cây Mú̓op ſác.

Differ. ſpec. Cerb. *foliis*, & *fructibus* ovalibus.

Hab ; & notæ. *Arbor* mediocris : ſucco lacteſcente : *ramis* expanſis. *Folia* oblongo-ovalia, obtuſa, integerrima, nitida, coſtis obliquis, ſparſa, ad apicem ramorum conferta, ſubpetiolata. *Flos* albus, inodorus, racemis parvis, ſubterminalibus. *Calyx* 5 - fidus, laciniis ſubulatis, longis, erectis. *Corolla* hippocrateriformis, tubo longo, curvo : limbo 5 - partito, laciniis oblongis, carnoſis, patentibus, nec contortis. *Filamenta* 5, medio tubo inſiſtentia, eidem æqualia : antheris oblongis, ſtantibus. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* ſtaminibus longior, craſſus, curvatus : preſſione gibboſâ tubum corollæ ſemper diſrumpens. *Stigma* turbinatum, verticaliter compreſſum, apice truncatum. *Pericarpium* drupa ovalis, magna, pelliculâ lævi, hinc lutea, inde rubra, fructui Mangiferæ ſimillima : nuce fibroſo-ligneâ : nucleo ſimplici, nec venenato.

Habitat prope maris litora in Cochinchinâ.

Lactaria Salubris. Rumph. Amb. l. 3. pag. 255. tab. 84. Arbor iſta propius ad noſtram accedit, quam illa ab eodem Rumphio deſcripta cap. 38. tab. 81., a Linnæo dicta Cerbera Manghas. Et adhuc longius diſtat Manghas lacteſcens, foliis Nerii craſſis. Burm. Zeyl. p. 151.

p. 151. t. 70. In noſtrâ quidem obſervavi coronam laciniatam ad os tubi a nectario Nerii non diſcrepantem. Drupa cerberæ, naſcentis ad oras freti Malacencis, ibi a me obſervata eſt ſemiliter ovalis, & nucleo ſimplici. Florem autem non vidi.

GENUS XXXIX. TECTONA.

Char. Gener. *Stigma* dentatum. *Drupa* ſicca, ſpongioſa, intra calycem inflatum. *Nucleus* 3-locularis. Lin. Jun. ſup. pl. G. 1371. p. 20.

Sp. 1. TECTONA THEKA. α Cây Sao.

Differ. ſpec. Tect. *foliis* ovatis, oppoſitis: *racemis* laxis, terminalibus.

Hab; & notæ. *Arbor* altiſſima: *cortice* glabro: *ramis* aſcendentibus. *Folia* maxima, ovata, acuta, integerrima, baſi obliqua, coſtis oppoſitis, incurvis, craſſis, ſuperius glabra, aſpera, inferius lanuginoſa, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, terminalis: racemis magnis, erectis, ordinatè diviſis: *coro*[illegible]ndibuliformi, 5-partitâ. *Pericarpium* drupa parva, ſubrotu[illegible]3-locularis, tecta calyce veſiculari-inflato, apice 5-fido hia[illegible]

Habitat in vaſtis ſylvis provinciæ *Doùng nai*, ad confinia Cochinchinæ, & Cambodiæ.

Jatus. Rumph. Amb. l. 4. c. 13. tab. 18. Theka. Rheed. Malab. 4. p. 57. t. 27. Quercus Indica. Bont. Jav. l. 6. c. 16. p. 151. Theka Marſden. Samatr. pag. 129.

Uſus. Lignum hujus arboris eſt omnium optimum ad ædificandum, præcipuè naves. Non tam venuſtate, quam viribus, & conſtantiâ pollet; nam contra teredinem, formicas albas, in Indiâ valde noxias, & contra nimium humorem perſtat incorruptum.

† *GENUS XL. DISSOLENA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, inferum, 5-fidum: laciniis ſubulatis, erectis.

Cor. Infundibuliformis: tubo longo, biformi: inferiori craſſiore, 5-gono, ſtaminifero: ſuperiori cylindrico: limbo 5-fido, patente.

Stam. Filamenta 5, capillaria, brevia, infra os tubi inferioris inſidentia. Antheræ ovatæ, erectæ.

Piſt. Germen ovatum. Stylus filiformis, brevior ſtaminibus. Stigma ſub-ovatum, craſſum, ſcabrum.

Peric. Drupa parva, ovata; nuce compreſſâ ſcabrâ: nucleo ſimplici.

Nom. (Δὶς bis, Σωλὴν tubus) ob duplicem corollæ tubum.

Char. Gener. *Drupa* nuce ſcabrâ. *Cor.* tubus 2-formis. *Stigma* ovatum.

† Sp. 1. DISSOLENA VERTICILLATA. β Mat ſa.
Differ. ſpec. Diſ. *foliis* oppoſitis, ſtellatisque: *racemis* terminalibus.
Hab. *Arbor* parva, 8-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, inferiora oppoſita, ſumma ſtellata terna, quaternaque. *Flos* albus, *racemis* ſubdiviſis, terminalibus. Drupula nigra, glabra.
Habitat in provinciâ Cantonienſi Sinarum.

GENUS XLI. VARRONIA.

Char. Gener. Cor. 5-fida. *Drupa* nucleo 4-loculari. Lin. ſy. pl. G. 279.

† Sp. 1. VARRONIA SINENSIS. β Xān chū Yû. α Son chău dau.
Differ. ſpec. Var. *foliis* ovato-lanceolatis, nitidis: *pedunculis* polyfloris.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, nitida, oppoſita, alternaque, ſub-petiolata. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, lateralibus, & terminalibus. *Cal.* 1-phyllus, ſubcampanulatus, 5-fidus, brevis. *Cor.* campanulata, 1-petala, tubo brevi, craſſo: limbo 5-partito. laciniis ovatis, patentibus, æqualibus. *Filamenta* 5, ſubulata, ori tubi inſerta, corolæ ſubæqualia: antheris ovatis, incumbentibus. *Germen* ovatum *Stylus* brevis. *Stigma* 4-fidum. *Drupa* parva, ovata, glabra, rubra, acida, edulis: nuculâ 4-loculari.
Habitat in variis locis imperii Sinenſis.
Virtus. Druparum pulpa eſt in frequenti uſu apud Sinenſes Medicos: a quibus æſtimatur ſub-aſtringens, exſiccans, Cephalica, renes, & veſicam roborans.

GENUS XLII. PHYTEUMA.

Char. Gener. *Cor.* rotata, laciniis linearibus, 5-partita. *Stigma* 2-3-fidum. *Capſ.* 2-3-locularis, infera. Lin. ſy. pl. G. 236.

† Sp. 1. PHYTEUMA BIPINNATA. β Tcha leäng tsäo.
Differ. ſpec. Ph. *foliis* bipinnatis, ſerratis: *racemis* terminalibus.

Hab;

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, erectus : *ramis* angulatis, ſulcatis, patentibus. *Folia* 2-pinnata, lanceolata, ſerrata, venoſa. *Flos* albus, racemis ſubdiviſis, terminalibus, amplis. *Cal.* brevis, 5-fidus. *Corolla* ſubcampanulata; 5-fida. *Stigma* 3-ſidum. *Pericarpium* inferum, perforatum, evalve, turbinatum, 3-loculare, polyſpermum. *Stamina* 5, brevia.

Habitat in ſuburbiis Cantonisnſibus.

Obſerv. Corolla non eſt Phyteumæ propria. Pericarpium potius dicetur Bacca, quam Capſula. Cui autem generi adſcribenda, ne novum conſtituat?

† Sp. 2. PHYTEUMA COCHINCHINENSIS. α Cây thuốc mọi.

Differ. ſpec. Ph. *foliis* bipinnatis rugoſis : *pedunculis* divaricatis.

Hab; & notæ. *Caulis* ſubfruticoſus, ſuberectus, multiplex, 5-pedalis. *Folia* lanceolata, ſerrata, rugoſa, 2-pinnata bijuga, cum impari maiori. *Flos* albus, ſubterminalis, pedunculis polyfloris, divaricatis : *calyce* 5-dentato, minimo : *corolla* rotata, 5-partitâ, laciniis acutis. Bacca infera, ſubrotunda, pertuſa, parva, 1-locularis, polyſperma : ſeminibus plurimis, ſubrotundis, minutiſſimis. Stigma non annotavi.

Habitat in montibus Cochinchinæ, ubi uſu Medico indigenis ſatis nota.

Obſerv. Hujus plantæ corolla, calyx, & ſtamina Phyteumæ conveniunt : pericarpium minimè. Habitus præcedenti ſpeciei valde proximus.

GENUS XLIII. CAMPANULA.

Char. Gener. *corolla* campanulata, fundo clauſo valvis ſtaminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Capſula* infera, poris lateralibus dehiſcens. Lin. ſy. pl. G. 234.

† Sp. 1. CAMPANULA REPENS. α . . .

Differ. ſpec. Camp. *caule* ſubdiviſo, repente : *foliis* oblongis, carnoſis : *floribus* ſolitariis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, procumbens, ſubdiviſus, ramoſiſſimus ramuſculis repentibus. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, parva, carnoſa, piloſa, oppoſita. *Flos* albus, ſeſſilis, axillaris, ſolitarius : *calycibus* acutis, erectis : *corollis* campanulatis, 5-fidis, parvis. *Capſulæ* inferæ, 3-gono-rotundæ, piloſæ, 3-loculares, 1-ſpermæ. *Corollæ* laciniæ rotundatæ, acuminatæ. *Stigma* 3-fidum.

Habitat inculta in agris Cochinchinæ.

GENUS XLIV. MORINDA.

Char. Gener. *Flores* aggrepati, monopetali. *Stigma* 2 - fidum. *Drupæ.* aggregatæ. Lin. ſy. pl. G. 252.

Sp. 1. MORINDA UMBELLATA. α Cây Ngê bà.
Differ. ſpec. Mor. *foliis* lanceolato-ovatis : *pedunculis* confertis. Lin. ſp. 1.
Hab ; & notæ. *Caulis* arboreus , 6 - pedalis , ramis patentibus. *Folia* lanceolata , integerrima , hiſpida , oppoſita , petiolata. *Flos* albus : *pedunculis* confertis , lateralibus : *corollis* ſuperis , tubuloſis , 5 - fidis. *Bacca* compoſita , ſubrotunda , parva , luteſcens , formata ex drupulis carnoſis , 1 - locularibus , ſeminibus oſſeis. *Stamina* 5.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Bancudus Anguſtifolia. Rumph. Amb. l. 5. c. 13. tab. 98. Ibi deſcribitur arbor mediocris , pedunculis ſolitariis , in quo a noſtrâ , & a Linnæunâ differt.
Uſus. Decoctum radicis præſtat ad tingendas telas colore croceo permanente : rubro pariter , ſi lignum Sappan admiſceatur.

Sp. 2. MORINDA CITRIFOLIA. α Cây Nhau.
Differ. ſpec. Mor. *Arborea* : *pedunculis* ſolitariis. Lin. ſp. 2.
Hab ; & notæ. *Arbor* 8 pedes alta : *coma* latiſſimâ. *Folia* lanceolato-ovata , integerrima , glabra , nitida , oppoſita , ſparſaque. *Flores* albi , aggregati , infundibuliformes , 5 - fidi : *ſtaminibus* 5 : *ſtigmate* 2 - fido. *Bacca* pedunculo ſolitario , oblongo-ovata , tuberculoſa , ſuccoſa , luteo-viridis , graveolens , edulis , ſapore ardente , compoſita ex drupulis inter ſe coalitis , monoſpermis.
Habitat culta in hortis Cochinchinenſibus.
Bancudus Latifolia. Rumph. Amb. l. 5. c. 14. tab. 99. Arbor Conifera Macandou. Bont. Jav. l. 6. p. 97. fig. ibi.
Virtus foliorum , & fructus. Calefaciens , Emolliens , Deobſtruens , Emmenagoga. In dyſuriâ dolorem mitigat , & materiam morboſam per urethram expellit.

Sp. 3. MORINDA ROYOC. α Cây Ngón.
Differ. ſpec. Mor. procumbens. Lin. ſp. 3. Cliff. p. 73.
Hab ; & notæ. *Caulis* fruticoſus , procumbens , tenuis , 6 - pedalis : ramis brevibus. *Folia* parva , ovata , integerrima , glabra , obſcurè viridia , oppoſita. *Flos* albus , aggregatus : pedunculis confertis , terminalibus : *corollâ* infundibuliformi , 4 - fidâ , *ſtaminibus* 4 : *ſtigmate* 2 - fido. *Drupulæ* ſingulæ 2 - loculares , 1 - ſpermæ , componen-

ponentes baccam parvam, ſubrotundam, carnoſam, ggregatam, odore, & ſapore Mor. Citrifoliæ ſimilem.
Habitat inculta in Cochinchinâ.
Aublet. Guian. pag. 200. Periclymenum Americanum, e cujus radice fit atramentum. Pluk. Alm. 287. tab. 212. f. 4.

GENUS XLV. NAUCLEA.

Char. Gener. *Cor.* infundibuliformis. Semen 1, inſerum, 2-loculare. Receptaculum commune globoſum. Lin. ſy. pl. G. 239.

Sp. 1. NAUCLEA ORIENTALIS. α Cây gáo.
Differ. ſpec. Nauc. *foliis* oppoſitis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbor* magna, trunco recto: ramis patentibus. *Folia* ovata, obtuſa, integerrima, magna, glabra, petiolata, oppoſita, coſtis craſſis, parallelis, curvis. *Flos* terminalis, ſolitarius, pedunculo longo, compoſitus ex floſculis plurimis flavis in globum bipollicarem aggregatis. *Cal.* communis nullus. *Perianthium* proprium carnoſum, oblongum, inæqualiter polyfidum. *Corolla* infundibuliformis, plerumque 5-fida: *ſtaminibus* totidem brevibus. *Stylus* longiſſimus, undique conglobatus in capitulum magnum caneſcens, aureos floſculos conjunctis viribus occultans. *Stigma* integrum, turbinatum, acuminatum. *Semina* ſolitaria, infera, oblonga, angulata, ſcabra, 2-3-locularia, receptaculo ovato inſidentia. *Bacca* compoſita fit ex perianthiis floſculorum carnoſis, coaleſcentibus irregulariter in corpus globoſum, lacunoſum.
Habitat in ſylvis planis, & prope rivos in Cochinchinâ.
Bancalus Latifolia, Arbor noctis. Rumph. Amb. l. 4. c. 47. tab. 54. Bancalus mas, ſive anguſtifolia Rumph. c. 48. tab. 55. hujus eſt varietas, cum inter ſe parum differant.
Uſus. Lignum colore flavum, ſolidum, & pulchrum ad quælibet opera idoneum eſt, ſi intra domum ſervetur: ſed pluviæ, & aeri expoſitum citò corrumpitur.

† GENUS XLVI. DASUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, breve, coloratum, leviter 5-fidum: laciniis obtuſis.
Cor. Monopetala, ſupera, campanulata, undique piloſiſſima: limbo 5-fido, calyce duplo longiore.
Stam. Filamenta 5, brevia, baſi corollæ inſiſtentia. Antheræ biliculares, ſtantes.
Piſt.

Piſt. Germen ſubrotundum, calyce veſtitum. Stylus filiformis corollæ æqualis. Stigma 5-fidum: laciniis oblongis, erectis.

Pericarpium. Bacca calycina, compreſſo-rotunda, umbilicata, 1-ſperma.

Sem. Sphæroideum.

Nom. (Δασὺς hirſutus) a notabili floris hirſutie.

Char. Gener. *Corolla* campanulata, hirſutiſſima. *Stigma* 5-fidum. Bacca calycina, 1-ſperma.

† Sp. 1. DASUS VERTICILLATUS. α Cây Caŏng.

Differ. ſpec. Daſ. *foliis* lanceolatis: verticillis florum axillaribus.

Hab. *Arbor* mediocris: *ramis* expanſis. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, ſubtus tomentoſa. *Flos* albus, ſeſſilis: verticillis axillaribus.

Habitat agriſtis in Cochinchinâ.

† *GENUS XLVII. HELIXANTHERA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium Cylindraceum, truncatum, coloratum, ſuffultum ſquamulâ ovatâ, carnoſâ, calyci concolore.

Cor. Monopetala, ſupera: tubo brevi: limbo 5-partito, reflexo: laciniis oblongis, obtuſis. Nectarium pentalaterum, apice 5-fidum, ſtylum arctè comprimens.

Stam. Filamenta 5, filiformia, fauci corollæ inhærentia. Antheræ lineares, ſpiraliter revolutæ.

Piſt. Germen oblongum, calyce occultum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Bacca calycina, oblongo-ovata, 1-ſperma.

Sem. 1. ovatum.

Nom. (Ἕλιξ ſpira) ab antheris ſpiralibus.

Char. Gener. *Cal.* oblongus, truncatus. *Cor.* 5-partita. *Antheræ* ſpirales. *Bacca* calycina, 1-ſperma.

† Sp. 1. HELIXANTHERA PARASITICA. α Chanh cỏi dỏ.

Differ. ſpec. Hel. *foliis* lanceolatis: *ſpicis* axillaribus.

Hab. *Caulis* paraſiticus, lignoſus, longus, ramoſus. *Folia* lanceolata, glabra, integerrima, undulata, apice reflexo. *Flos* coccineus, par-

parvus, ſpicis longis, ſimplicibus, axillaribus. *Calyx*, & *bacca* ejuſdem coloris coccinei.

Habitat, & adrepit arboribus cultis in hortis Cochinchinæ.

† GENUS XLVIII. AIDIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, 5 - dentatum, erectum.

Cor. Monopetala, ſupera, hippocrateriformis: tubi fauce lanoſâ: limbo 5 - partito, laciniis lanceolatis.

Stam. Filamenta nulla. Antheræ 5, lineares, inciſuris corollæ inſertæ.

Piſt. Germen ovatum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma ovato-oblongum.

Peric. Bacca ovata, calycina, parva, umbilicata, 1 - ſperma.

Sem. 1 - ovatum.

Nom. (Ἀΐδιος æternus) a longiſſimâ duratione ligni hujus arboris.

Char. Gener. *Cor.* hippocrateriformis, fauce lanoſâ. *Antheræ* lineares. *Bacca* calycina, 1 - ſperma.

† Sp. 1. AIDIA COCHINCHINENSIS. α Cây Tlai.

Differ. ſpec. Aid. *foliis* lanceolatis, oppoſitis: *racemis* laxis, axillaribus.

Hab. *Arbor* magna: ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* albus, racemis laxis, brevibus, axillaribus.

Uſus. Lignum iſtius arboris eſt album, & grave, ex fibris craſſis compoſitum, nec pulchrum. Valet imprimis ad infimas ædificiorum contignationes, & ſublicios pontes ſtruendos; nam ſub terrâ, vel aquâ diutiſſimè perſiſtit indemne.

† GENUS XLIX. ANTHERURA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, perſiſtens: limbo brevi, 4 - fido, laciniis acutis.

Cor. Monopetala, ſupera, rotata, 5 - partita: laciniis acutis.

Stam. Filamenta 5, breviſſima, fauci corollæ inſidentia. Antheræ ſagittatæ, ſtantes: apice caudato, longo, reflexo.

Piſt. Germen ovatum. Stylus ſubulatus, corollâ longior. Stigma ſimplex.

Peric.

Peric. Bacca calycina, ovata, corticoſa, 10-ſulcata, 1-locularis, 2-ſperma.
Sem. Hinc plana, inde convexo-ovata, 5-ſulca.
Nom. (O'υρα cauda) propter anthéras caudatas.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Antheræ* caudatæ. *Bacca* calycina, 2-ſperma.

† Sp. 1. ANTHERURA RUBRA. α Cây lâu.
Differ. ſpec. Anth. *foliis* ovato-lanceolatis, oppoſitis: *racemis* paniculatis.
Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis: *ramis* diffuſis, rubeſcentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, nitida, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* albus, filamentis rubris: *racemis* erectis, magnis, ſubdiviſis, ſub-terminalibus. *Bacca* parva, fuſco-rubra.
Habitat inculta, paſſim obvia in Cochinchinâ.
Caryophyllaſter ruber. Malaicè Tsjenckeutan. Rumph. Amb. l. 5. c. 55. t. 136. Caryophyllaſter albus (ibi) eſt hujus varietas.
Virtus. Reſolvens, ſtimulans. In Odontalgiâ cum oris intumeſcentiâ efficaciter operatur, ſi ex foliorum decocto vapor calidus hiante ore excipiatur, qui magnam pituitæ copiam educit, dolorem, & tumorem amovet, dentes roborat.

GENUS L. COFFEA.

Char. Gener. *Cor.* hippocrateriformis. *Stamina* ſupra tubum. *Bacca* infere 2-ſperma. *Semina* arillata. Lin. ſy. pl. G. 247.

Sp. 1. COFFEA ARABICA. α Cây càphe.
Differ. ſpec. Cof. *floribus* 5-fidis: *baccis* 2-ſpermis. Lin. ſp. 1.
Hab. & notæ. *Arbor* debilis, 8 pedes alta: *ramis* patentibus, oppoſitis. Folia *lanceolata*, integerrima, nitida, undulata, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* albus, axillaris, congeſtus, ſubſeſſilis: *calyce* 4-dentato, minimo, deciduo: *corollâ* hippocrateriformi, 5-partitâ, laciniis lanceolatis. *Bacca* ovata, rubra, ſuccoſa, dulcis: *ſeminibus* binis, arillatis.
Habitat in hortis Cochinchinæ, non indigena, ſed ex alio loco advecta.
Hort. Cliff. pag. 59. Pluken. Phyt. tab. 272. f. 1.
Virtus. Exſiccans, Stomachica, Cephalica. Seminum ſemiuſtorum frequentiſſimus, & in deliciis habetur uſus, ſi decoctum calidum ſumatur: valetque ad ſomnolentiam, & dolores capitis arcendos.
Coffeæ

Coffeæ uſus, proprietates, & cultura benè deſcribuntur in Encyclop. Œcon. tom. 4. pag. 48.

† Sp. 2. COFFEA RACEMOSA. γ

Differ. ſpec. Cof. *Ramoſiſſima*: *foliis* ſcabris: *racemis* terminalibus.

Hab; & notæ. *Arbuſcula* 4-pedalis, ramoſiſſima: *ramis* diffuſis, teretibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, tuberculis plurimis conſita, ſcabra, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* ſuperus, ſubterminalis: *racemis* erectis, brachiatis: *pedunculo* communi longo, 4-gono, partialibus brevioribus, teretibus, oppoſitis, vel ſtellatis. *Bacca* infera, ſubrotunda, parva, rubra, aquoſa, 1-locularis, 2-ſperma: ſeminibus hemiſphæricis, arillatis, ſulco longitudinali notatis.

Habitat agreſtis in inſulâ Africanâ Mozambicco.

Obſerv. Coffea Occidentalis. Linæi ſp. 2., & Coffea Paniculata Aubleti (Guian. pag. 152. tab. 58.) conveniunt cum noſtrâ in paniculâ, quam dicunt, brachiatâ: noſtra vero ab illis differt ramis incompoſitis, foliis ſcabris, tuberculoſis, & baccis rotundis, diſpermis. De flore autem judicium ferre non valeo, quia eo tempore, quo Mozambicci moratus ſum menſibus ſcilicet Julio, Auguſto, & Septembri non florebat, ſed fructus adhuc recentes ſervabat.

† Sp. 3. Coffea ZANGUEBARIÆ. γ ...

Differ. ſpec. Coff. *corollis* 6-fidis: fructu angulato-nervoſo.

Hab; & notæ. *Aarbor* parva, erecta, 6-pedalis: ramis craſſis, brevibus, expanſis. *Folia* ovato-lanceolata, glabra, oppoſita. *Flos* albus, axillaris, polynatus, pedunculis brevibus, 1-floris. *Corolla* hippocrateriformis: limbo 6-7-partito. *Baccæ* rubræ, oblongo-ovatæ, nervis longitudinalibus angulatæ, 2-ſpermæ, ſeminibus arillatis, 1-ſulcatis.

Habitat in ſylvis planis oræ Zanguebariæ continentis Africanæ, indeque a Luſitanis delata, & in hortis culta prope Mozambiccum. Odor, ſapor, color baccarum omnino ſimilis in tribus ſupra ſcriptis ſpeciebus: ſeminaque in eundem uſum adhibentur.

† *GENUS LI. DYSODA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum: laciniis ſubulatis, erectis.

Cor. Monopetala, infundibuliformis, ſupera: tubo brevi: limbo amplo, reflexo, 5-partito: laciniis 3-fidis, acutis.

Stam. Filamenta 5, breviſſima, infra os tubi. Antheræ oblongæ, incumbentes.

Piſt. Germen ſubrotundum, calyce veſtitum. Stylus filiformis, corollæ æqualis. Stigma oblongum, villoſum, 2-fidum, reflexum.

Peric. Bacca ſubrotunda, calycina, parva, 1-locularis, polyſperma.

Sem. Plurima, ovata, minima.

Nom. (Δυσώδες foetidum) ex ingrato plantæ odore.

Char. Gener. *Cor.* 5-partita: laciniis 3-fidis. *Bacca* calycina, 1-locularis, polyſperma.

Sp. 1. DYSODA FASCICULATA. α Mạt thien huong. β Mán tšiêr yòng.

Differ. ſpeç. Dyſ. *foliis*, & *floribus* confertis.

Hab. *Caulis* fruticoſus, multiplex, 2-pedalis, rectus: *ramis* aſcendentibus. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, plana, minuſcula, ſeſſilia, conferta. *Flos* albus, congeſtus, terminalis, & lateralis.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, odore ingrata, aſpectu pulchra; eâque utuntur ad diſcriminandas hortorum areolas; prout Europæi faciunt buxo, & myrto.

GENUS LII. STIGMANTHUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, tubo brevi: limbo 5-partito, laciniis filiformibus, longis.

Cor. Infundibuliformis, ſupera: tubo longo: limbo 5-partito, laciniis ovato-oblongis, patentibus.

Stam. Filamenta 5, breviſſima, infra ſciſſuras corollæ inſerta. Antheræ oblongæ, reflexæ.

Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis, corollâ longior. Stigma ovatum, ſulcatum, maximum.

Peric. Bacca calycina, compreſſa, tuberculoſa, exſucca, 1-locularis, polyſperma.

Sem. Oblonga, angulata, oſſea.

Nom. Deſumptum a magnitudine exotica ſtigmatis.

Obſerv. Affinitatem habet cum Muſſændâ: a quâ præcipuè differt pericarpio, & ſtigmate.

Char Gener. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* ſulcatum, maximum. *Bacca* calycina 1-locularis, polyſperma: *ſeminibus* oſſeis.

Sp. 1. STIGMANTHUS CYMOSUS. α Cây buôm ràng.

Differ. ſpec. Stigm. *ſcandens*: *foliis* lanceolatis: *flore* cymoſo.

Hab.

Hab. *Frutex* magnus, ramoſus, ſcandens, acirrhus, inermis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* albus, Cymis vaſtis, axillaribus, & terminalibus.
Habitat in ſylvis, & montibus Cochinchinæ.

GENUS LIII. GARDENIA.

Char. Gener. *Bacca* infera, polyſperma. *Stylus* elevatus, bilobus. *Calyx* laciniis verticalibus. Lin. ſy. pl. G. 320.

† Sp. 1. GARDENIA GRANDIFLORA. α Cây Deanh nam.
Differ. ſpec. Gard. *arborea*, *foliis* lanceolatis : *calycis* laciniis reflexo-falcatis : *baccis* oblongis.
Hab ; & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* tortuoſis, patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, nitida, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, magnus, ſolitarius, ſparſus, terminalis, & lateralis, gratum odorem exhalans. *Calyx* oblongus, baccatus, 6-fidus : laciniis linearibus, reflexo-falcatis, corpori floris lateraliter verticalibus. *Cor.* hippocrateriformis, tubo cylindraceo, longo : limbo 6-partito, laciniis ovatis, ſub-planis. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 6, lineares, finibus laciniarum medio ſui affixæ, extremis liberæ. *Germen* oblongum. *Stylus* clavatus, æqualis tubo. *Stima* ovatum, magnum, ſolidum, 2-fidum. *Bacca* calycina, oblonga, utrinque ſubacuta, 6-gona, 1-locularis, polyſperma, pulpâ rubrâ plena : *ſeminibus* plurimis, orbiculatis, nidulantibus : *cortice* tenui, glabro, luteo.
Habitat in Cochinchinâ prope fluvios : indeque in hortos transfertur, ob nitorem foliorum, magnitudinem, candorem, & odorem floris æſtimabilis.
Obſervat. In hâc ſpecie ſtamina, laciniæ calycis, & corollæ fere ſemper numerantur ſex, raro quinque, vel ſeptem. *Corollam* non inveni contortam, nec Baccam 2-locularem. Ideoque haud ineptè transferri poſſet in claſſem Hexandriam, ſimul cum ſubſequente Gardeniâ Floridâ, quæ illi congener prorſus videtur, qvamvis hæc flore luxuriante gaudens a naturali numero partium ſæpius aberret.
Uſus. Baccarum recentium pulpâ ſuccoſâ, & ruberrimâ tinguntur eleganter ſerica.
Virtus Medica. Refrigerans, Emolliens, Ophthalmica. Prodeſt in febribus, præcipuè hecticis ; & phthiſicis : in dyſuriâ ; ſcabie, oculorum rubedine, & inflammatione. Uti ſolent decocto fructus exſiccati ſimul cum ſeminibus, & excorticati.

Sp. 2. GARDENIA FLORIDA. β Chŷ tsù. α Cây Deanh tàu. Lin. ſy. pl. ſp. 1.

Differ. ſpec. Gard. *fruticoſa, foliis* ovatis, acuminatis: *flore* multiplicato: calycis laciniis rectis: baccis ovatis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, lignoſus, erectus, 5-pedalis, ramoſiſſimus. *Folia* ovalia, acuminata, integerrima, parva, nitida, oppoſita, ſparſaque, petiolis brevibus. *Flos* albus, odorifer, terminalis, & ſparſus, pedunculis monofloris: *corollis* ſemper multiplicatis, ordinibus binis, terniſve: lanciniis ſinguli ordinis plerumque 6, ſæpe etiam 5, 7, & *ſtaminibus*, & *calycis* laciniis totidem, quot corollæ. *Bacca* ovata, utrinque ſubacuta, præcedente ſpecie duplo minor: pulpâ ſimiliter rubrâ, ſuccoſâ. Monolocularem ſemper obſervavi, niſi forte pellicula tenuis loculos dividens, obſervantis viſum effugit. Laciniæ calycis verticales, enſiformes, erectæ. Baccarum uſus, & virtus ut præcedentis.

Habitat tam in Chinâ, quam in Cochinchinâ.

Catsjopiri. Rumph. Amb. Auct. c. 35. tab. 14. f. 2. Ubi corollam deſcribit tribus ordinibus multiplicatam, ſingulo ordine 6-petalo, ſeu 6-partito: proindeque ſtaminibus 6, cum hæc ratione ſitus ſemper laciniarum numerum ſequantur.

Pluknet. Amalth. pag. 29. *Arbuſcula Sinenſis, Myrti maioris folio, vaſcula ſeminali hexagono, ad ſingulos angulos alis foliaceis munito, quæ porrectæ vaſculi coronam efformant, Um ki Sinenſibus dicta.* Idem Amalth. p. 212. *Um ki, alias Umuy, cujus fructus ad tingendum colorem eſcarlatinum inſervit, florem fert roſaceum, album 6-petalum.* t. 448. f. 4.

Thunb. Japon. p. 108, 109. Gadenia Florida. Bacca 1-locularis. Corolla ſæpe plena, antheris plerumque 6, calyce, & limbo corollæ 6-partitis.

† Sp. 3. GARDENIA VOLUBILIS. Xang lan thân.

Differ. ſpec. Gard. *caule* volubili: *pedunculis* polyfloris.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, inermis, longus. *Folia* lanceolata, acumine longo, integerrima, glabra, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* pallidus, axillaris, pedunculis longis, ſubdiviſis. *Calyx* baccatus, 5-fidus: laciniis acutis erectis. *Corolla* infundibuliformis: tubus in medio incraſſatus, ibi ſtamina 5 ſuſtinens: limbus patens, 5-partitus, laciniis longis, repandis. *Stylus* ſupra medium vaginatus ab ſtigmate craſſo, verrucoſo, colorato: inde egrediens in ſubulatum deſinens. *Bacca* infera, parva, ſubrotunda, 2-locularis, polyſperma: *ſeminibus* paucis, rotundis.

Habitat inculta apud Sinas, extra ſuburbia Cantonienſia.

GE-

GENUS LIV. GENIPA.

Char. Gener. *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* nidulantia, cordata. Lin. ſy. pl. G. 271.

† Sp. 1. GENIPA BUFFALINA. α. Cây Gang tlâu.
Differ. ſpec. Gen. *foliis* faſciculatis ovatis, glabris: *floribus* ſparſis.
Hab; & notæ. *Arbor* 9-pedalis: *ramis* patentibus: *aculeis* longis, rectis, oppoſitis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, plana, dura, faſciculata: petiolo communi brevi, proprio ſubnullo. *Flos* albus, ſparſus, ſolitarius: *calyce* baccato, 5-fido, laciniis rotundatis, planis. *Corolla* rotata, limbo plano, 5-fido. *Bacca* ſubrotunda, exſucca, coronata, diametri pollicaris, fuſco-lutea, 2-locularis, polyſperma. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* 5, oblongæ ori tubi adnatæ, limbo adjacentes. *Stigma* ovatum, 2-fidum.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 2. GENIPA ESCULENTA. α. Cây Gang com.
Differ. ſpec. Gen. foliis faſciculatis, ovatis, piloſis: floribus congeſtis.
Hab; & notæ. *Arbor* parva, *caule* rectiſſimo, ſimpliciſſimo, 6-pedali. *Folia* ovata, integerrima, piloſa, parva, faſciculis oppoſitis. *Aculei* longi, recti, oppoſiti. *Flos* albo-viridis, lateralis, polynatus. *Corolla* rotata, 5-fida, laciniis oblongis, acuminatis. *Calyx* baccatus, acutè 5-fidus. *Stigma* oblongum, emarginatum. *Bacca* ſubrotunda, carnoſa, ceraſo æqualis, edulis, coronata, 1-locularis, polyſperma. Antheræ 5, lineares, ſeſſiles.
Habitat inculta in Cochinchinâ.

† Sp. 3. GENIPA? FLAVA. β. Uăt thau cay.
Differ. ſpec. Gen. *foliis* lato-lanceolatis: *flore* ſolitario, terminali.
Hab; & notæ. *Frutex* erectus, 5-pedalis, ramoſiſſimus: *aculeis* ſparſis, paucis, rectis. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, glabra oppoſita. *Flos* luteus, ſolitarius, terminalis: corollâ rotatâ, 5-fida, craſſa, ſub-piloſa: *ſtaminibus* 5, brevibus: ſtigmate ſubrotundo, magno, angulato, ſeſſili. Pericarpium non vidi.
Habitat Cantone Sinarum.

GENUS LV. LONICERA.

Char. Gener. *Cor.* 1-petala irregularis. *Bacca* polyſperma, 2-locularis, infera. Lin. ſy. pl. G. 250.

Sp. 1. LONICERA PERICLYMENUM. β Gin tüm. α Kim ngân tàu.

Differ. ſpec. Lon. *capitulis* ovatis, imbricatis, terminalibus: *foliis* omnibus diſtinctis. Lin. ſp. 4.

Hab; & notæ. *Caulis* frutioſus, teres, volubilis, ramoſus. *Folia* ovata, ſub-acuta, cordata aliqua, inferius pubeſcentia, oppoſita, nec perfoliata. *Flos* albo-luteus, ſubterminalis, capitulis imbricatis, inæqualibus. *Corolla* bilabiata, tubo tenui. Bacca 2-locularis, infera, polyſperma.

Habitat in multis locis imperii Sinenſis, inculta.

Virtus, imprimis florum. Reſolvens, Diuretica, Mundificans.

Periclymenum Indicum, flore flaveſcente. Tournef. Inſt. pag. 609.

Periclymenum non perfoliatum Germanicum. Bauh. Pin. p. 302.

Caprifolium Com. Honeyſuckle. Hill. Brit. herb. p. 516. t. 73. f. 3.

Sp. 2. LONICERA XYLOSTEUM. α Dcei buóm buóm: Kim ngân hoa.

Differ. ſpec. Lon. *pedunculis* 2-floris: *baccis* diſtinctis: *foliis* integerrimis, pubeſcentibus. Lin. ſp. 7.

Hab; & notæ. *Frutex* inermis, ſcandens, acirrhus, ramis multis. *Folia* ovata, integerrima, pubeſcentia, parva, oppoſita. *Flos* albus, axillaris, pedunculis bifloris. Corolla tubo longiſſimo: limbo oblongo, 2-partito, lacinia altera leviter 4-fidâ, alterâ integerrimâ, tenuiori. Baccæ diſtinctæ, ſubrotundæ, rubræ.

Habitat ſcandens per ſepes, & dumeta in Cochinchinâ.

Chamæceraſus dumetorum, fructu gemino, rubro. Bauh. Pin. p. 451. n. 4. Lonicera pedunculis 2-floris, foliis ovatis, obtuſis, integris. Hort. Cliff. pag. 58.

Virtus. Creditur ab indigenis eadem, quæ præcedentis ſpeciei: mihi vero non probata.

† GENUS LVI. OXICEROS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-dentatum, erectum.

Cor. Hippocrateriformis, ſupera: tubus calyce duplò longior: limbus 5-fidus, amplus, laciniis ovatis, parum reflexis, æqualibus.

Stam. Filamenta ſubnulla. Antheræ 5, filiformes, 3-loculares, longæ, ori tubi inſiſtentes, per limbum expanſæ.

Piſt. Germen ſubrotundum, calyce clauſum. Stylus æqualis tubo. Stigma ovato-oblongum, polyſulcum.

Peric. Bacca calycina, ſubrotunda, parva, coronata, 2-locularis, polyſperma.

Sem. pauca, ſubrotunda.

Nom.

Nom. (Ὀξύς acutus : Κέρας cornu) ex aculeis plantæ corniformibus, acutiſſimis.

Charact. Gener. *Cor.* hippocrateriformis, ſupera. *Antheræ* filiformes. *Bacca* 2 - locularis, polyſperma.

† Sp. 1. OXYCEROS HORRIDA. α Cây Vũt o: Cây Mo tlô.
Differ. ſpec. Ox. *ramis* reclinatis : *racemis* trichotomis.
Hab. *Frutex* 8 - pedalis, caule lignoſo, ſubereéto : *ramis* longis, reclinatis : ramuſculis plurimis, brevibus, cruciatim brachiatis : *aculeis* magnis, oppoſitis, corniformibus, acutiſſimis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* albus, racemis trichotomis, ſub-terminalibus. *Bacca* nigra, inutilis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. OXYCEROS SINENSIS. β Cai tſoi lăc.
Differ. ſpec. Ox. *foliis* lanceolatis nervoſis : *racemis* brevibus, terminalibus.
Hab; & notæ. *Frutex* 5 - pedalis, erectus, ramoſiſſimus : *aculeis* multis, brevibus, acutis, obliquis. *Folia* lanceolata, integerrima, nervoſa, glbra, oppoſita. *Flos* albus, terminalis, racemis brevibus. *Corolla* hippocrateriformis, tubo longo : limbo 5 - fido, plano. *Filamenta* 5, breviſſima ad os tubi : *Antheris* linearibus. *Stigma* ovatum, 2 - fidum. *Bacca* calycina, parva, coronata, ſubrotunda, 2-locularis, polyſperma.
Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

GENUS LVII. MUSSÆNDA.

Char. Gener. *Cor.* infundibuliformis. *Stigmata* 2, craſſiuſcula. *Bacca* oblonga, infera. *Sem.* quadrifariam diſpoſita. Lin. ſy. pl. G. 257.

Sp. 1. MUSSÆNDA FRONDOSA. α Cây bướm bạc.
Differ. ſpec. Muſ. *paniculâ* foliis coloratis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Frutex* lignoſus, magnus, ſcandens, acirrhus, inermis : ramis multis longis, ſparſis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, rugoſa, piloſa, ſubſeſſilia, oppoſita. *Flos* aureus, cymis magnis, patentibus, terminalibus : *bracteis* magnis, ovatis, nervoſis, albiſſimis, petiolatis, ſingularum baccarum calycinarum lateri inſidentibus. *Cal.* tubuloſus, 5 - partitus, laciniis ſubulatis, piloſis, erectis. *Cor.* infundibuliformis, ſupera : tubo longo : limbo brevi,

5-partito, laciniis acutis, caudatis. *Filamenta* 5, brevia, medio tubo inſidentia: *antheris* filiformibus, erectis. *Stylus* corollæ æqualis. *Stigmata* 2, lanceolata, erecta. *Bacca* ovato-oblonga, bilocularis, polyſperma: *ſeminibus* multis, ſubrotundis.

Habitat frequens, per dumeta ſcandens in Cochinchinâ.

Folium Principiſſæ. Rumph. Amb. l. 6. cap. 56. t. 51. Muſſænda Zeylanica, flore rubro. Burm. Zeyl. pag. 165. t. 76.

Obſerv. Utraque figura, & deſcriptio Burmanni, & Rumphii in multis convenit cum noſtrâ, ſed non in omnibus, nec illi etiam inter ſe prorſus conveniunt, quod potius varietati, quam ſpecificæ diverſitati tribuendum. In planta Cochinchinenſi nullum odorem notavi: magnam vero pulchritudinem in candore ſingulari bractearum floribus aureis immixto; quodque ipſæmet bracteæ, non pedunculis, ſed fructui inhæreant, quod alibi non vidi.

Virtus. Florum imprimis. Attenuans, Diuretica. Convenit in Tuſſi, Aſthmate, Febribus periodicis, Tumore ventris. Externè abſtergit ulcera ſordida, impetigines, ſcabiem, maculas cutaneas.

† Sp. 2. MUSSÆNDA CHINENSIS. α Xān xīe làu.

Differ. ſpec. Muſ. *foliis* faſciculatis: *floribus* ſolitariis.

Hab; & notæ. *Arbuſcula* ramis diffuſis, inermibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, congeſta. *Flos* terminalis ſolitarius: *calyce* baccato, 5-partito, laciniis lanceolatis. *Bacca* ovata, coronata, pallida, 4-locularis, polyſperma: ſeminibus multis, ſubreniformibus, oſſeis. Corolla infundibulif., 5-fida.

Habitat inculta in ſuburbiis Cantonienſibus.

† GENUS LVIII. TRIPHASIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthum 3-dentatum, inferum, breve perſiſtens.

Cor. Campanulata, petala 3, oblonga, inferius in tubum rectum curvata, ſuperius parum reflexa.

Stam. Filamenta 5, ſubulata, plana, corollâ breviora, receptaculo inhærentia. Antheræ totidem, ovatæ.

Piſt. Germen ovato-oblongum. Stylus craſſus, longior ſtaminibus. Stigma obtusè trigonum.

Peric. Bacca ovata, 1-locularis.

Sem. 1, ovatum.

Nom. (Τριφάσιος triplex) a formâ ternariâ foliorum, corollæ, & calycis iſtius plantæ.

Char.

Char. Gener. *Cor.* petala 3, campanulata. *Cal.* 3-dentatus. *Bacca* ſupera, 1-ſperma.

Sp. 1. TRIPHASIA AURANTIOLA. α Kim Kúit. β . . .

Differ. ſpec. Triph. *foliis* ternatis : *floribus* ſolitariis.

Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis : *ramis* plurimis, patentibus, tortuoſis; ſubdiviſis. *Folia* ternata, foliolis ovatis, emarginatis, planis, glabris, parvis, odoriferis, coloris fuſco-viridis. *Aculei* axillares, recti, acutiſſimi, foliolis breviores. *Flos* albus, axillaris, ſolitarius, petalis craſſiuſculis. *Bacca* rubra, ovata, Coffeæ ſimilis, duplò minor, pelliculâ corticeâ tenui : pulpâ viſcoſâ, dulci, eduli, inodorâ : ſemine unico, ovato.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ : coliturque in viridariis magnatum ob odorem, & formæ elegantiam; nam rami, licet lignoſi, facilè ductiles quamcunque velis, admittunt, & ſervant.

Obſerv. Linn. ſy. pl. tom. 3. p. 585, & alibi plantam iſtam Citro adſcribit, vocatque Citrum Trifoliatam. Proculdubio Celeb. Vir florem non vidit, qui a Citro prorſus adhorret. Puto, quod vulgare nomen Aurantiola, ſimulque aromaticus odor filiorum deceptioni anſam dederit. Eadem indicatur nomine Japonico Karatats banna a Kæmpferio (Amæn. p. 801. fig. p. 802.) & noviſſimè a Thunbergio. Fl. Jap. p. 294. Unde dicendum eſt Clar. Viros vel florem non examinaſſe, vel diverſas flore plantas eodem prorſus habitu (nec vulgari) gaudere.

† GENUS LIX. BOTRIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, 5-crenatum, breve.

Cor. Petala 5, acuta, carnoſa, erecta, apice inflexa, infera.

Stam. Filamenta 5, plana, erecta, corollâ breviora, baſi petalorum inſiſtentia. Antheræ ovatæ, ſtantes.

Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus 0. Stigma concavum.

Peric. Bacca rotunda, aquoſa, 1-locularis, 1-ſperma.

Sem. ovatum, ſub-compreſſum.

Nom. (Βότρυς uvæ racemus) ob fructificationem racemis uvarum ſimilem, habitumque non longè a Vite diſcrepantem.

Char. Gener. *Cor.* Petala 5, ſubinflexa. *Cal.* 5-crenatus. *Bacca* ſupera, 1-ſperma.

† Sp. 1. BOTRIA AFRICANA. γ Muzarrúba.

Differ. ſpec. Bot. *foliis* lobatis : *racemis* lateralibus.

Hab. *Frutex* mediocris, multiplex, ramoſus, ſcandens : *radice* tereti, longâ, rugoſâ, luteſcente. *Folia* cordata, 3-5-loba, obuſa, venoſa, crenata, tomentoſa, ſparſa, petiolis longis. *Flos* rubeſcens, parvus, ſub-clauſus, racemis ſubdiviſis, brevibus : *pedunculo* communi longo, cirrhoſo, cirrhis 2-partitis. *Bacca* nigra, aquoſa, edulis, dulcis, uvæ ſimilis.

Habitat agreſtis prope litora oræ Zanguebariæ in Africâ.

Virtus. Reſolvens, Diuretica. Decoctum radicis (quod non probavi) dicitur efficax contra pleuritidem, inflammationes, & apoſtemata.

Obſerv. Hæc planta appellari ſolet ab incolis Luſitanis *Parreira brava*, quo nomine etiam dignoſcitur alia planta Braſiliana, a Linnæo dicta Ciſſampelos Pareira : ſed flos Africanus a me attentè examinatus ab Americano valde differt ; ideoque diverſo Generi, & Claſſi adſcribendus.

† *GENUS LX. PENTALOBA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum : foliolis lanceolatis, piloſis, erectis.

Cor. Campanulato-clauſa, infera : petalis 5, lanceolatis, apice ſubreflexis. Nectarium 5-dentatum, erectum.

Stam. Filamenta 5, filiformia, planiuſcula, inciſuris nectatii inſiſtentia, corollæ ſubæqualia. Antheræ ovatæ, ſtantes.

Piſt. Germen ſubrotundum, 5-ſulcatum, piloſum. Stylus brevis, craſſus, piloſus. Stigma ſimplex.

Peric. Bacca ſubrotunda, 5-loba, 1-locularis, 5-ſperma.

Sem. 5, ovata.

Nom. a lobis 5, quibus bacca figuratur.

Char. Gener. *Cor.* campanulata, 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Bacca* ſupera, 5-ſperma.

† Sp. 1. PENTALOBA SESSILIS. α Cây Cuong tàu.

Differ. ſpec. Pent. *foliis* lanceolatis : *floribus* congeſtis, ſeſſilibus.

Hab. *Arbor* mediocris : *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, leviviter ſerrata, glabra, alterna. *Flos* pallidus, ſeſſilis, congeſtus.

Habitat inculta in montibus Cochinchinæ.

GE-

GENUS LXI. VITIS.

Char. Gener. *Petala* apice cohærentia, emarcida. *Bacca* 5-ſperma, ſupera. Lin. ſy. pl. G. 305.

Sp. 1. VITIS VINIFERA. β Pú táo. α Cây Nho tàu. Bô dao.
Differ. ſpec. Vit. *foliis* lobatis, ſinuatis, nudis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* Fruticoſus, craſſus, ſcandens, ramis longiſſimis, cirrhoſis. *Folia* ſinuato-lobata, ſerrata, glabra, alterna. *Flos* albus, minuſculus, lateralis, racemis magnis.
Habitat in Chinâ: inde delata colitur rarò in Cochinchinâ.
Matthiol. in Dioſc. l. 5. c. 1. Bauh. Pin. p. 299. n. 1.

Sp. 2. VITIS INDICA. α Nho rùng, nhọn lá.
Differ. ſpec. Vit. *foliis* cordatis, dentatis, ſubtus villoſis: *cirrhis* racemiferis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, mediocris, ramoſus, ſcandens: cirrhis racemiferis. *Folia* cordata, ovata, acuta, dentata, ſubtus pubeſcentia, alterna, petiolis rubeſcentibus. *Flos* albus, viniferæ ſimilis, æqualiſque: *racemis* parvis, lateralibus. *Bacca* rotunda, fuſco-viridis, parva, aquoſa, acida, edulis.
Habitat inculta, ſcandens per ſepes in Cochinchinâ.
Scembra Valli. Rheed. Malab. 7. pag. 11. tab. 6. Burm. Indiæ. pag. 62.

Sp. 3. VITIS LABRUSCA. α Nho rùng, chỉa lá.
Differ. ſpec. Vit. *foliis* cordatis, ſub-trilobis, dentatis, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, longiſſimus, tenuis, ramoſus, cirrhis ſcandens. *Folia* ſubtriloba, integraque, ſerrato-dentata, tomentoſa, aſpera, alterna, petiolis longis. *Flos* minuſculus, pallidus, racemis brevibus, lateralibus. *Bacca* rotunda, nigra, acida, edulis.
Habitat in ſylvis provinciarum Auſtralium Cochinchinæ, prope Cambodiam.
Labruſca Moluca. Rumph. Amb. l. 9. c. 67. tab. 167. Vitis Labruſca. Pluk. Phyt. tab. 249. f. 1.
Uſus. Ex hujus, & præcedentis ſpeciei baccis fermentatis deſtillatur ſpiritus vini ſat bonus, nec odore, aut ſapore ingratus.

† GENUS LXII. CALISPERMUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - fidum, patens, minimum, perſiſtens laciniis acutis.
Cor. infera, petala 5, ovata, concava, patentia.
Stam. Filamenta 5, petalis inſerta, corollæ æqualia. Antheræ ſubrotundæ.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis, longior ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Bacca ſubrotunda, ſucculenta, 1 - locularis, polyſperma.
Sem. ſubrotunda, minima, ad perepheriam nidulantia.

Nom. (Καλιά nidus, σπέρμα ſemen) a ſeminibus nidulantibus.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, ovata, infera. *Stamina* petalis inſerta. *Bacca* 1 - locularis : ſeminibus nidulantibus.

† Sp. 1. CALISPERMUM SCANDENS. α Bo' gie' deei.
Differ. ſpec. Cal. *foliis* ovato-lanceolatis, crenatis : *ſpicis* ſubterminalibus.
Hab. *Frutex* lignoſus, ſcandens, longus, ramoſus, inermis. *Folia* ovato-lanceolata, crenata, glabra, alterna. *Flos* albus, racemis multis, oblongis, ſimplicibus, ſubterminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS LXIII. EVONYMUS.

Char. Gener. *Cor.* 5 - petala. *Capſula* 5 - gona, 5 - locularis, 5 - valvis, colorata. *Semina* calyptrata. Lin. ſy. pl. G. 291.

† Sp. 1. EVONYMUS CHINENSIS. β Kām qūa.
Differ. ſpec. Evon. *caule* ſcandente : *foliis* 3 - lobis : pedunculis polyfloris.
Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, longus, cirrhis ſcandens. *Folia* cordata, 3 - loba, medio acuto, lateralibus obtuſis, denticulata, aſpera. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, lateralibus : *calyce* 5 - fido, patente. *Corolla* petala 5, oblongo-ovata, patentia, calyce longioria. *Stamina* 5. *Bacca* ſupera, ovata, utrinque ſubattenuata, 10 - gona, 1 - locularis, polyſperma evalvis : *ſeminibus* ovatis, compreſſis, calyptrâ ſuccoſâ veſtitis.
Habitat incultus extra ſuburbia Cantonienſia in Chinâ.

Obſerv.

Obſerv. Evonymo non ſatis convenire agnoſco : ſi aptiorem locum invenias, eò transferas.

† GENUS LXIV. TRALLIANA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum, perſiſtens : foliolis brevibus, rotundatis.
Cor. Petala 5, oblonga, patentia, reflexa, calyce longiora. Nectarium magnum, erectum, 10-crenatum.
Stam. Filamenta 5, brevia, receptaculo inſidentia. Antheræ biloculares, ſubrotundæ.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma ?
Peric. Bacca ſubrotunda, 2-locularis, 2-ſperma.
Sem. intus angulata, exterius rotundata.
Nom. ab antiquo Phyſicæ indagatore Alexandro Tralliano.

Char. Gener. *Petala* 5, oblonga, reflexa. *Cal.* 5-phyllus inferus. *Bacca* 2-locularis, 2-ſperma.

† Sp. 1. TRALLIANA SCANDENS. α Cây rác.
Differ. ſpec. Tral. *foliis* cordatis, crenatis : *flore* dichotomo.
Hab. *Caulis* fruticoſus, multiplex, longus, ſcandens, inermis : *ramis* multis, geniculatis. *Folia* cordata, ſubrotunda, acuminata, glabra, alterna. *Flos* albo-viridis, racemis dichotomis, lateralibus, pedunculo communi longo.
Habitat, & ſcandit quaſcunque arbores obvias in Cochinchina.

GENUS LXV. RHAMNUS.

Char. Gener. *Cal.* tubuloſus : ſquamis ſtamina munientibus. *Cor.* nulla. *Bacca.* Lin. ſy. pl. G. 284.

Sp. 1. RHAMNUS Jujuba. β Tá tsảo. α Dại táo.
Differ. ſpec. Rh. *aculeis* ſolitariis, recurvis : *pedunculis* aggregatis : *floribus* ſemidigynis : *foliis* retuſis, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 21.
Hab. & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* tortuoſis, patentibus : *aculeis* recurvis, plerumque ſolitariis. *Folia* ovata, integerrima, 3-nervia, ſubtus tomentoſa, alterna. *Flos* pallidus, axillaris, pedunculis aggregatis, brevibus. *Drupa* mediocris, ovata, rubra, dulcis, edulis.
Habitat culta in Chinâ, & Cochinchina.

Vir-

Virtus. Edulcorans, Refrigerans, Pectoralis.
Malus indica. Acoſt. Arom. cap. 51. Rumph. Amb. l. 2. c. 44. tab. 36.

Sp. 2. RHAMNUS ZIZYPHUS. α Hoùug táo. β Hũm tsao.

Differ. ſpec. Rh. *aculeis* geminatis, altero recurvo: *floribus* digynis: *foliis* ovato-oblongis. Lin. ſp. 23.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ramis tortuoſis, ſubpatentibus: *aculeis* plurimis, longis, rectis, ſub-ſolitariis. *Folia* oblongo-ovata, ſerrata, 3-nervia, utrinque glabra. *Flos* albo-viridis, axillaris, pedunculis brevibus, plerumque monofloris. *Calyx* corollinus, rotatus, 5-fidus. *Stamina* 5, ſquamis totidem munita. *Stigmata* 2, ſeſſilia. *Drupa* mediocris, ovato-oblonga, fuſco-lutea, carnoſa: nuculâ oblongâ, 2-loculari.

Obſerv. Pedunculi 1-flori, nec corymboſi, floresque digyni ad Ziziphum pertinent. Folia ſerrata Napecæ conformantur. Aculei omnes recti neutri conveniunt.

Habitat in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum, ubi drupæ ſapore acri-dulces proſtant in foro venales tempore autumnali.

Rh. Zizyphus. Thunb. Jap. p. 95.

✝ Sp. 3. RHAMNUS SOPORIFER. β Soān tsao. α Toan táo.

Differ. ſpec. Rh. *aculeis* ſparſis: *foliis* lanceolatis, enerviis: *floribus* ſolitariis.

Hab; & notæ. *Arbor* parva, caule, & ramis tortuoſis: *aculeis* rectis ſolitariis, ſparſis. *Folia* lanceolata, integerrima, parva, enervia, alterna, oppoſitaque. *Flos* rubeſcens, axillaris, ſolitarius. *Drupa* ſubrotunda, parva, rubra, 1-ſperma. Florem recentem non vidi.

Habitat in provinciis Borealibus Sinarum.

Virtus. Hypnotica, Paregorica. Uti ſolent nucleis excorticatis, & diu coctis. Somnum leniter conciliat, dolores mitigat, fluxum ſeminis cohibet, viſcera roborat.

Obſerv. Rumphius Amb. l. 2. cap. 45. tab. 37. loquens de Vidárâ Litoreâ, quam Linnæus putat eſſe Rhamnum Napecam, dicit ejus nucleos caput, & ventrem commovere: at arbuſcula noſtra, quæ habitu Rumphianæ aſſimilatur, nucleis ſuis utrunque ſedat, prout Medici Sinenſes frequenti uſu expertum habent.

✝ Sp. 4. RHAMNUS AGRESTIS. α Cây Na.

Differ. ſpec. Rh. *aculeis* geminis, rectis: *foliis* oblongis: *floribus* racemoſis.

Hab; & notæ. *Arbuſcula* agreſtis, ramis patentibus: *aculeis* geminis, rectis, brevibus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, alterna, glabra.

glabra. *Flos* pedunculis racemoſis : *calyce*, 5-fido : *corollâ* nullâ. *Stamina* 5, villis multis circumdata. *Stigmata* 3, ſeſſilia. *Drupa* minima, globoſa, rubra, edulis : nuculâ 3-loculari.

Sp. 5. RHAMNUS LINEATUS. α Cây ráo ráo. β Chè lùm.

Differ. ſpec. Rh. *inermis*, *floribus* hermaphroditis : *foliis* ovatis, lineatis, repandis, ſubtus reticulatis. Lin. ſp. 15.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, teres, æqualiſſimus, glaber, nitidus, ramoſus, 8-pedalis, procumbens : *aculeis* multis, ſparſis, ſolitariis, rectis, brevibus. *Folia* ovata, ſub-crenata, plana, parva, glabra, alterna, ſtriata lineis multis, obliquis, parallelis. *Flos* albus, minuſculus, pedunculis polyfloris, ſub-terminalibus. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, minimus. *Cor.* infera petala 10, lanceolata, æqualia, erecta, interiora 5 amplectentia ſtamina. *Filamenta* 5, ſubulata, longitudine corollæ : antheris nutantibus. *Germen* ovatum, ſcabrum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus : *ſtigmate* craſſiuſculo, concavo. *Drupa* parva oblongo-ovata, ſcabra, rubra : *nuculâ* oblongâ, 2-ſulcâ, 2-loculari.

Habitat inter dumeta, & arundinum ſepes in Cochinchina, & Chinâ.

Rhamus Zeylanicus, folio ſubrotundo, glabro, caulibus hirſutis, ſpinis exiguis. Burm. Zeyl. p. 198. t. 88. Acaciæ forte cognatus frutex. Pluk. Phyth. t. 122. f. 4.

Virt. Radicis in decocto. Deobſtruens, Diuretica. Vi heroicâ agit contra hydropem, & obſtructiones rebelles.

Differentia ſpecifica melius, ni fallor, definiretur hoc modo. Rh. aculeis ſolitariis, rectis : foliis ovatis, obliquè lineatis : pedunculis polyfloris.

Obſerv. Genus Linnæanum Rhamnus mihi apparet valde confuſum, cum in eo conjungantur plantæ inter ſe valde remotæ. Non abſque fundamento Tournefortius eas diſtinxerat. In quinque ſpeciebus, quas memoravimus, fructificatio ſemper eſt drupa, nunquam bacca.

GENUS LXVI. MANGIFERA.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Drupa* reniformis. Lin. ſy. pl. G. 298.

Sp. 1. MANGIFERA INDICA. α Cây Xoài. β Cān Xú.

Differ. ſpec. Mang. *racemis* expanſis : *petalis* apice reflexis : *drupâ* ſub-reniformi, glabrâ.

Hab; & notæ. *Arbor* magna : *cortice* ſcabro : *ramis* expanſis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſparſa, nitidè virentia, reſinoſo-odora, coſtis oppoſitis, parallelis, petiolis brevibus. *Flos* terminalis, racemis erectis, vaſtis, expanſis. *Calyx* foliolis 5, acutis, paten-

tentibus. *Corolla* infera, petalis 5, oblongis, planis, apice reflexis, coloris albi, lineolis flavis ad baſim ſtriatis, calyce longioribus. *Nectarium* ſphæroideum magnum, carnoſum, 5-lobum, germen comprimens. *Stamina* corollâ breviora: *antheris* 5, ovatis, nutantibus. *Stylus* brevis: *ſtigmate* ſimplici. *Drupa* magna, ſubreniformis, ſuccoſo-carnoſa: *cortice* glabro, molliuſculo, reſinoſo, pallido, aut viridi, luteo, vel ſemi-rubro: *nuce* ovatâ, lignoſâ, fibroſâ, compreſſâ: *nucleo* ſimplici, carnoſo, ovato.

Uſus. Bacca eſculenta, ſalubris, ſapidiſſima: in aliquibus prorſus dulcis, in aliis parum acida.

Habitat in Cochinchinâ, & in omnibus fere locis utriuque Indiæ frigoris vehementis expertibus.

Manga Domeſtica. Rumph. Amb. l. 1. c. 21. tab. 25. Acoſta. Arom. cap. 43. Bont. Jav. pag. 95.

Varietates hujus inveniuntur plurimæ, quæ præcipuè differunt fructus formâ, magnitudine, coloie, & ſapore, ſicut in Europâ pyra, & mala. Flores omnium, quos obſervavi, invêni hermaphroditos.

† Sp. 2. MANGIFERA FŒTIDA. α Xoài hôi.

Differ. ſpec. Mang. *racemis* elongatis: *petalis* integrè reflexis: *drupâ* cordatâ, pubeſcente.

Hab; & notæ. *Arbor* magna: cortice ſub-ſcabro: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, præcedentis ſpeciei triplo maiora, obſcurè viridia, ſparſa, petiolis longis. *Flos* ruber, terminalis, *racemis* oblongis: *corollis* a baſi reflexis, acutis, 5-petalis. *Drupa* carnoſa, hirſuta, ſubrotuuda, cordata, odore gravis, guſtu acida, inſalubris: *nuce* ſubrotunda, fibroſâ.

Habitat inculta in locis planis, agreſtibus.

Manga Fœtida Rumph. Amb. l. 1. c. 23. tab. 28. Bont. Jav. pag. 25. in annot. prope finem. Icon Rumphiana utriuſque Mangiferæ eſt optima.

Uſus. Lignum hujus arboris, quamvis non optimum, idoneum tamen eſt ad tabulata ſternenda, & longam acquirit durationem, ſi ante uſum ædificii aquæ lutoſæ diu immergatur.

GENUS LXVII. CEDRELA.

Char. Gener. *Cal.* marceſcens. *Cor.* 5-petala, infundibuliformis: baſi ad ⅓ receptaculo adnata. *Capſ.* lignoſa, 5-loculars, 5-valvis. *Sem.* deorſum imbricata, alâ membranaceâ. Lin. ſy. pl. G. 297.

† Sp. 1. CEDRELA ROSMARINUS. α Rành rành chỏi. Dịa, phu tử. β Tì phũ pl.

Differ.

Differ. ſpec. Ced. *caule* fruticoſo : *foliis* linearibus : *pedunculis* monofloris, axillaribus.

Hab ; & notæ. *Frutex* lignoſus, erectus, 4-pedalis, multiplex : *ramis* plurimis, rectis, aſcendentibus. *Folia* filiformia, ſubteretia, parva, glabra, durinſcula, ſimplicia, erecta, oppoſita, Roſmarini ſimilia, triplò tenuiora, magis odorata. *Flos* albus, pedunculis brevibus, 1-floris, axillaribus, ſolitariis, congeſtiſque. *Calyx* monophyllus, ſub-campanulatus, brevis, 5-dentatus, tubo permanente, dentibus caducis. *Corolla* petala 5, obtuſa, patentia, inferius receptaculo adnata, ſuperius marceſcentia, decidua. *Filamenta* 5, capillaria, corollæ ſubæqualia : *antheris* ovatis. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus : *ſtigmate* craſſiuſculo. *Capſula* compreſſo-rotunda, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma, apice dehiſcens. *Semina* multa, compreſſo-rotunda, nec alata.

Habitat frequenter in locis arenoſis, ad Boream ſitis in Cochinchinâ. Vidi etiam ſponte naſcentem in inſulis circa Macaum in Chinâ. Deſcriptam apud Authores non invêni. Viſum fuit genere aſſociare Cedrelæ Americanæ, cum quâ partim cohæret, partim differt.

Virtus, præſertim foliorum, & florum : Cephalica, Nervina, Deobſtruens, Diuretica. Valet contra catarrhum, & dolores rheumaticos. Per deſtillationem elicitur ſpiritus nec virtute, nec odore inferior aquâ Reginæ Hungariæ, vel ſpiritu Lavendulæ. Qui florem non conſiderant, pro Roſmarino habent. Oleum eſſentiale elicui odore, & virtute præſtans, tenue, flavens, parcum.

GENUS LXVIII. DIOSMA.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Nectaria* 5 ſupra germen. *Capſ.* 3, ſive 5, coalitæ. *Semina* calyptrata. Lin. ſy. pl. G. 292.

† Sp. 1. DIOSMIA ASIATICA. α . . .

Differ. ſpec. Dio. *foliis* lanceolatis, alternis : *racemis* ſubterminalibus.

Hab ; & notæ. *Arbor* parva, 6-pedalis, expanſa, ramoſiſſima. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* flavus, racemis compoſitis, ſubterminalibus. *Cal.* 5-phyllus, inferus, foliolis ovato-oblongis, patentibus. *Cor.* petala 5, oblonga, obtuſa, calyce longiora : *nectario* coronæ-formi, craſſo, germen 5-lobum cingente, nec impoſito. *Antheræ* 5, ſeſſiles, lineares, ad latera nectarii, apice conniventes. *Stylus* æqualis ſtaminibus : ſtigmate ſimplici. *Pericarpium* capſulæ 5, ſub-reniformes : *ſeminibus* ſolitariis, nec calyptratis. *Capſulæ* pedunculis propriis inſtructæ.

Habitat in monte *Hòn chén* ex adverſo urbis Huææ Cochinchinæ metropolis.

GENUS LXIX. PLECTRONIA.

Char. Gener. *Petala* 5, calycis fauci inſerta. *Bacca* 2-ſperma, infera. Lin. ſy. pl. G. 300.

† Sp. 1. PLECTRONIA CHINENSIS. α Pĕ lac hŏa.
Differ. ſpec. Plect. aculeata: *foliis* 3-natis: *floribus* umbellatis.
Hab; & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis, ramoſiſſima: *aculeis* 3-natis, recurvis, brevibus. *Folia* lato-lanceolata, ſubcrenata, glabra, ternata, petiolo communi longo. *Flos* albus, terminalis, *umbellis* denſis, hemisphæricis: *pedunculo* communi longo, partialibus brevibus. *Corolla* petala 4, acuta, ſeſſilia, patentia, inſiſtentia ori calycis turbinati, ſubtruncati. *Antheræ* 5, biloculares, ſubſeſſiles. *Stigma* ſeſſile, 2-fidum. *Bacca* calycina, 2-ſperma: ſeminibus oblongis.
Habitat agreſtis in provinciâ Cantonienſi ſinarum.

GENUS LXX. ILLECEBRUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, cartilagineus. *Cor.* o. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* 5-valvis, 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 313.

Sp. 1. ILLECEBRUM LANATUM. α Rau Chiéo.
Differ. ſpec. Il. *caule* ſubherbaceo, erecto: *floribus* lateralibus: *foliis* alternis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, ſub-erectus, *ramis* diffuſis. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, tomentoſa, ſubſeſſilia, oppoſita. *Flos* ſpicis denſis, oblongis, ſeſſilibus, axillaribus: *calyce* 5-phyllo, compreſſo, rubro: *corollâ* nullâ. *Capſula* compreſſa, 5-valvis: *ſemine* ſolitario, compreſſo-rotundo, adunco.
Habitat incultum in agris, & hortis Cochinchinæ.
Amaranthus Indicus, Verticillatus, albus, foliis lanuginè incanus. Pluk. Alm. 27. t. 75. f. 8. Chenopodium incanum racemoſum, folio maiore minori oppoſito. Burm. Zeyl. p. 60. t. 26. f. 1.

Sp. 2. ILLECEBRUM SESSILE. β Fân Kì Kŏuc.
Differ. ſpec. Ill. *caulibus* repentibus, bifariè tomentoſis: *foliis* lanceolatis, ſubſeſſilibus: *capitulis* oblongis, glabris. Lin. ſp. 15.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, diffuſus, brevis, ſubquadragonus, geniculatus, procumbens, ſæpe repens. *Folia* lanceolata, ſubſerrata, ſeſſilia, glabra, oppoſita. *Flos* albicans, capitulis ſub-rotundis, axillaribus, ſæpe binatis. *Capſula* 5-valvis, 1-ſperma.

Habitat

Habitat in locis humidis prope Cantonem Sinarum.
Olus Squillarum. Rumph. Amb. l. 10. c. 26. t. 15. f. 1. Amaranthus humilis, foliis oppoſitis. Burm. Zeyl. p. 17. t. 4. f. 2.

GENUS LXXI. CELOSIA.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus, corollæ 5-petalæ facie. *Stamina* baſi nectario plicato conjuncta. *Capſ.* horizontaliter dehiſcens. Lin. ſy. pl. G. 312.

Sp. 1. CELOSIA CASTRENSIS. α Hoa moung gà. β Kì Koán hōa.
Differ. ſpec. Cel. *foliis* lanceolato-ovatis, lineatis, acuminatiſſimis. *Stipulis* falcatis: *ſpicis* criſtatis. Lin. ſp. 6.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, ruber, ſtriatus, craſſus: ramis ſimplicibus, aſſurgentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſparſa; lineis rubris, obliquis ſubtus notata, petiolis brevibus. *Flos* cruento-ruber, ſpicis terminalibus criſtatis, magnis: axillaribus oblongis, parvis. *Capſula* 1-locularis, polyſperma, circumſciſſa: *ſeminibus* compreſſo-rotundis, nigris, nitidis. *Stipulæ* falcatæ. *Folia* acumine longo.
Habitat paſſim culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Amaranthus Vulgaris. Rumph. Amb. l. 8. c. 45. t. 84.
Virtus. Subaſtringens. Reprimit fluxus ventris, & fluorem album: utuntur ſeminibus ſemitoſtis.

Sp. 2. CELOSIA ARGENTEA. α Tanh thuong tủ. β Tsǐm sǐam tsù.
Differ. ſpec. Cel. *foliis* lanceolatis, ſtipulis ſubfalcatis: *pedunculis* angulatis: *ſpicis* ſcarioſis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, angulatus: *ramis* rectis, aſcendentibus: *ſtipulis* ſubfalcatis. *Folia* lanceolata, integerrima, ſubtus tomentoſa, alterna, petiolis brevibus. *Flos* ſpicis oblongo-conicis, albo-rubris, ſolitariis, terminalibus. *Calyx* 3-phyllus, foliolis lanceolatis, membranaceis, erectis, permanentibus. *Corolla* petala 5, lanceolata, erecta, calyce longiora. *Filamenta* 5, ſubulata, brevia, baſi in tubum membranaceum coalita, ſuperius libera. *Antheræ* oblongæ incumbentes. *Germen* rotundum, ſuperum, tubo ſtaminum ſemiclauſum. *Stylus* filiformis, corollæ æqualis. *Stigma* craſſiuſculum, planum. *Capſula* globoſa circumſciſſa, 1-locularis, polyſperma. *Semina* pauca, lenticularia, nigra, nitida.
Habitat in hortis, & agris Cochinchinæ, & Chinæ inculta.
Thunb. Jap. p. 106. Burm. Ind. p. 64.
Virt. Seminum. Reſolvens, Ophthalmica.

Sp. 3. CELOSIA MARGARITACEA. α Ha khỏ thaỏ. β Hiá khù tsáo.
Differ. ſpec. Cel. *foliis* ovatis, ſtipulis falcatis: *pedunculis* angulatis: ſpicis ſcarioſis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Herba* annua, *caule* ceſpitoſo, 2-pedali, erecto: *ſtipulis* ſubfalcatis. *Folia* oblongo-ovata, ſub-repanda, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* ſpicis oblongis, ſubteretibus, denſis, fulvis, erectis, ſolitariis, terminalibus. *Calyx* 3-phyllus. *Corolla* 5-petala, infera. *Stamina* 5. *Capſula* horizontaliter dehiſcens: ſeminibus paucis.
Habitat in agris Cochinchinæ, & Chinæ inculta.
Beluta adeca. Rheed. Malab. 10. p. 75. tab. 38. Amaranthus ſimplici paniculâ. Bauh. Pin. p. 121. n. 4.
Virt. Attenuans, Reſolvens. Prodeſt in inflammationibus, ulceribus, ſcabie.

† *GENUS LXXII. POLIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 10-phyllum, inferum: foliolis lanceolatis, membranaceis, erectis, perſiſtentibus: interioribus minoribus.
Cor. 0.
Stam. Filamenta 5, capillaria, calyce breviora, receptaculo inſidentia. Antheræ ovatæ, 2-loculares, ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis brevior ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Capſula trigono-rotunda, 3-valvis, 1-locularis, polyſperma.
Sem. Ovata, pedicellata, pauca.

Nom. (Πολὶα canities) ab aſpectu plantæ incano.

Char. Gener. *Cal.* 10-phyllus. *Cor.* 0. *Capſula* ſupera, 3-valvis, 1-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. POLIA ARENARIA. α Sai hô nam.
Differ. ſpec. Pol. poſtrata: *foliis* ſtellatis: *pedunculis* dichotomis.
Hab. *Frutex* lignoſus, 10-pollicaris: *caule* circumquaque diffuſo, multiplici, flexuoſo, ſub-ancipiti, ramoſiſſimo: *radice* longa, verticali, diviſa. *Folia* oblonga, integerrima, tomentoſa, minuſcula, ſtellata, ſeſſilia. *Flos* plurimus, albicans (ſicut tota planta) *racemis* dichotomis, terminalibus.
Habitat prope litora in Cochinchinâ.

Virtus.

Virtus. Refrigerans, Attenuans. Prodeſt in febribus lentis, erraticis, catarrhalibus, tuſſi antiquâ, ſudoribus nocturnis. Uſus radicis.

Obſerv. Glaux Maritima Linnæi cum Poliâ affinitatem habet: differt præcipuè calyce 1-phyllo, 5-partito, & Capſula 5-valvi.

DIGYNIA.

GENUS LXXIII. STAPELIA.

Char. Gener. *Nectarium* duplici ſtellulâ tegente genitalia. Lin. ſy. pl. G. 334.

† Sp. 1. STAPELIA CHINENSIS. β Yong ſau khau.

Differ. ſpec. Stap. *foliis* lanceolatis, congeſtis: *corollis* rotatis.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſimpliciſſimus, longus procumbens: denticulis nullis. *Folia* lanceolata, integerrima, carnoſa, glabra, polynata. *Flos* albus, carnoſus, axillaris, *umbellis* magnis, ſimplicibus. *Cal.* 5-partitus, rotatus, ruber, corollæ appreſſus, pedunculo concolore. *Corolla* rotata, margine 5-ſinuata, leviter reflexa. *Nectarium* ſtellis binis, 5-radiatis. *Antheræ* 5, oblongæ, ſeſſiles, conniventes. *Stigmata* 2, ſimplicia, ſeſſilia. *Folliculi* 2, ſubulato-conici: ſeminibus papposis.

Habitat prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Dubito an hæc planta, quam in loco natali examinavi recentem, ſit eadem quam Lin. Jun. (ſuppl. pag. 170.) vocat Aſclepiam Carnoſam, quæque ex Chinâ ad ipſum delata fuerat ſicca, & mutilata. Habitus quidem utriuſque potius convenit Srapeliis, quam Aſclepiis.

† Sp. 2. STAPELIA COCHINCHINENSIS. α Deei lươi tlâu.

Differ. ſpec. Stap. repens: *foliis* ovatis, oppoſitis: *corollis* infundibuliformibus.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, teres, repens, ſubſimpliciſſimus. *Folia* ovata, carnoſa, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* albus, *umbellis* magnis, ſimplicibus, pedunculo communi longo, craſſo. *Cal.* 5-fidus, inferus, perſiſtens, laciniis acutis. *Corolla* 1-petala, infundibuliformis: tubo gracili, longo: limbo 5-partito, laciniis acutis, conniventibus, tegentibus genitalia. *Nectarium* ſtella unica, carnoſa, plana, radiis 5, acutis, magnis, expanſis. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 5, oblongæ, procumbentes inter crenas nectarii. *Germen* ovatum, 2-fidum. *Stigmata* 2, longiuſcula, ſeſſilia. *Pericarpium* folliculi 2, teretes, ſubulati: *ſeminibus* triplici ſerie ſtratis, longis, teretibus, coronatis pappo longiſſimo.

Habitat

Habitat in montibus Cochinchinæ.

GENUS LXXIV. CYNANCHUM.

Char. Gener. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum. Lin. ſy. pl. G. 331.

† Sp. 1. CYNANCHUM ODORATISSIMUM. α Hoa lí. β . . .
Differ. ſpec. Cyn. *caule* volubili, infernè ſuberoſo fiſſo: *foliis* cordatis, acuminatis, rugoſis: cymis reflexis.
Hab; & notæ. *Planta* perennis, caule multiplici, volubili, longiſſimo, infernè ſuberoſo-fiſſo, ſuperius tereti, nitido, æqualiſſimo. *Folia* cordata, acuminata, undulata, rugoſa, glabra, oppoſita, petiolis longis. *Flos* luteus, odoratiſſimus: *cymis* magnis, hemiſphæricis, axillaribus, reclinatis. *Cal.* 5-phyllus, inferus, foliolis ovato-lanceolatis, undulatis, ſuberectis, perſiſtentibus. *Corolla* 1-petala, hippocrateriformis, tubo craſſo, brevi, ad baſim inflato: limbo amplo, 5-partito, laciniis oblongis, ſubreflexis. *Nectarium* cylindricum, craſſum, erectum, 5-fidum, laciniis conniventibus. *Filamenta* 5, membranacea, nectario externè adhærentia, glandulis 10 ad baſim diſtincta. *Antheræ* biloculares, compreſſæ, acutæ, ſtigmati incubantes. *Germen* ovatum, 2-fidum. *Stigma* ſeſſile, ovatum, emarginatum, unicum. *Pericarpium* ſemper abortit. Ex germine diſſecto, & microſcopio obſervato apparent ſemina plurima oblongiuſcula: unde conjectari licet folliculos eſſe duos, ſeminibus pappoſis fœtos.
Habitat, & colitur in viridariis Cochinchinæ. Et quamvis admodum vulgare, fragrantiâ non cedit Nyctanthi Sambac, nec minus illo decorantur nobiles fœminæ. Colitur etiam Cantone Sinarum.
Flos Siamicus, ſive flos Tunkini. Rumph. Amb. Auct. c. 75. tab. 26. fig. 1.

† Sp. 2. CYNANCHUM INODORUM. β Ti yong thân.
Differ. ſpec. Cyn. *caule* volubili, infernè ſuberoſo fiſſo: *foliis* ovatis, acuminatis: *pedunculis* ſubdiviſis.
Hab; & notæ. *Planta* perennis: *caule* volubili, infernè ſuberoſo, fiſſo, longo, ramoſo. *Folia* ovata, acuminata, glabra, oppoſita. *Flos* luteus, parvus, plurimus, inodorus: *pedunculis* ſubdiviſis, brevibus, axillaribus: *calyce* 5-fido, brevi. *Corolla* laciniis 5, linearibus, contortis, tubo longioribus, patentibus, potius hippocrateriformis, quam rotata. *Nectarium* cylindraceum, 5-fidum. *Folliculi* 2, oblongi, acuminati, tomentoſi, ad invicem curvati: *ſeminibus* plurimis oblongis, pappoſis, imbricatis. *Stigma* 1, ſeſſile, ovato-oblongum, magnum.

Habitat

GENUS LXXV. PERRIPLOCA.

Char. Gener. *Nectarium* ambiens genitalia, *filamenta* 5 exſerens. Lin. ſy. pl. G. 330.

† Sp. 1. PERIPLOCA COCHINCHINENSIS. α Cây bụp bụp.
Differ. ſpec. Per. *caule* arboreo : *foliis* carnoſis : *racemis* terminalilus.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ligno flaccido : *ramis* patentibus. *Folia* cordata, oblonga, acuta, integerrima, magna, carnoſa, glablra, oppoſita. *Flos* albo-cæruleus, racemis brevibus, terminalibus. *Calyx* 5-phyllus, foliolis lanceolatis, expanſis. *Corolla* rotata, 5-partita : *nectario* ambiente genitalia collumellis 5, filiformibus, erectis, baſi curvatis. *Pericarpium* folliculi 2, oblongi : *Seminibus* plurimis, ſubrotundis.
Habitat ad portum Turanum, indigenis dictum *Hàn* in Cochinchinâ, ad Auſtrum metropolis Huææ. Vidi etiam, ſed minori formâ, in Benghalâ.

GENUS LXXVI. APOCYNUM.

Char. Gener. *Corolla* campanulata. *Filamenta* 5 cum ſtaminibus alterna. Lin. ſy. pl. G. 332.

Sp. 1. APOCYNUM RETICULATUM. α Deei xanh.
Differ. ſpec. Ap. *caule* volubili, perenni : *foliis* ovatis, venoſis. Lin. ſp. 5.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, tenuis, teres, piloſus. *Folia* ovata, ſubacuminata, integerrima, venoſa, glabra, nitida, margine reflexa petiolis oppoſitis. *Flos* luteus, *umbellis* axillaribus, parvis : *calyce* 5-fido : *corollâ* campanulatâ, 5-partitâ. *Stamina* 5, filamentis ſterilibus alternis carentia. *Germen* oblongum, polyſpermum : maturum non vidi.
Habitat in dumetis Cochinchinæ.
Olus crudum minus. Rumph. Amb. l. 7. c. 41. t. 40. f. 2.

† Sp. 2. APOCYNUM JUVENTAS. α Hà thủ ô nam.
Differ. ſpec. Ap. *caule* fruticoſo, volubili : *foliis* ovatis, piloſis : *racemis* dichotomis.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, tenuis, piloſus, ruber, lacteſcens : *radice* magnâ, carnoſa, tereti, indiviſâ. *Folia* ovata, integerrima, piloſa, oppoſita. *Flos* luteo-viridis, minutus : *racemis*

mis dichotomis, axillaribus. *Calyx* 5-partitus laciniis oblongis, piloſis, patentibus. *Corolla* campanulata, 5-partita, laciniis lanceolatis, calyce triplo longioribus. *Nectarium* lobis 5, conniventibus: filamentis 5, ſterilibus, erectis. *Antheræ* 5, ſeſſilis, ſquamiformes, ad baſim nectarii adhærentes. *Germen* longiuſculum, 2-lobum. *Stigma* ſeſſile, concavum, 2-fidum. *Folliculi* 2: *ſeminibus* papposis.

Habitat in locis agreſtibus Cochinchinæ, ſæpius procumbens.

Virtus. Creditur a Medicis indigenis plantæ hujus radicem ita ſpiritus animales recreare, ut longo ejus uſu homines ſeneſcentes ad juventutem redeant. Idem ſentiunt Sinenſes de plantâ *Ho xeu u*, quam eandem eſſe exiſtimant: ſed mihi obvia non fuit, ut examine Botanico probaretur: radix autem, quâ uſus ſum, formam habet a Cochinchinenſi diverſam.

† Sp. 3. APOCYNUM ALTERNIFLORUM. *β* Fú muôn thân.

Differ· ſpec. Ap. *caule* fruticoſo, ſcandente: *foliis* ovatis, acuminatis, glabris: axillis alternis umbelliſleris.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, ramoſus, ſcandens. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, plana, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* pallidus, inodorus, umbellatus, axillis alternis floriferis. *Cal.* 5-phyllus, foliolis lanceolatis, erectis. *Cor.* campanulata, 5-ſida, calyce longior. *Nectarium* lobis decem, oblongis, erectis, tubo corollæ inſiſtentibus, ſtamina ſtigmati apprimentibus. *Folliculi* 2, polyſpermi.

Habitat in inſulis prope Cantonem Sinarum. Eſtne Apocynum?

† Sp. 4. APOCYNUM AFRICANUM. *γ* . . .

Differ. ſpec. Ap. *caule* fruticoſo, ſubcrecto: *foliis* ovato-oblongis: *pedunculis* ſubtrifloris.

Hab; & notæ. *Frutex* ſuberectus, 8-pedalis, ramis ſcandentibus. *Folia* ovato-olonga, obtuſa, integerrima, craſſa, glabra, parva, oppoſita. *Flos* pallidus, pedunculis ſubtrifloris, lateralibus. *Cal.* ſemiquinquefidus, laciniis acutis, erectis. *Corolla* campanulata, 5-partita, laciniis lanceolatis, contortis, reflexis. *Nectarium* corpuſculis 5, ſubulatis, appreſſis, glandulis 5 coloratis alternis. *Stamina* 5. *Stylus* unicus, ſubulatus, æqualis ſtaminibus: *ſtigmate* acuto, 2-fido, erecto. *Peric.* Folliculi 2, conici, *ſeminibus* pappoſis.

Habitat in planitie arenoſâ oræ Zanguebariæ in Africâ.

GE-

GENUS LXXVII. PERGULARIA.

Char. Gener. *Nectarium* ambiens genitalia cuſpidibus 5, ſagittatis. *Cor.* hippocrateriformis. Lin. ſy. pl. G. 329.

† Sp. 1. PERGULARIA DIVARICATA. β Hú muôn.

Differ. ſpec. Perg. *caule* ceſpitoſo : *foliis* undulatis : *floribus* terminalibus, divaricatis.

Hab; & notæ. *Frutex* caule ceſpitoſo, ſub-erecto, ramulis multis brevibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, undulata, incurva, glabra, oppoſita. *Flos* luteus, rubro conſperſus, terminalis, pedunculis 2 - floris, divaricatis. *Cal.* 5 - phyllus, foliolis ſubulatis, erectis. *Corolla* ſub-hippocrateriformis, tubo craſſo : limbo 5 - partito, laciniis ſubulatis exoticè longiſſimis. *Nectarium* ſagittis 5, erectis, ad os tubi corollæ inſiſtentibus. *Filamenta* 5, tubo æqualia : antheris ſagittatis, acumine longo ſtigma amplectentibus. *Germen* ovatum, 2 - lobum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus : *ſtigmate* acuto, erecto, 2 - fido. Pericarpium folliculi 2, oblongi, polyſpermi : *ſeminibus* longiuſculis, nudis.

Habitat inculta apud Sinas.

Obſerv. Echites Caudata (Burm. Ind. tab. 26.) quodammodo noſtræ aſſimilatur : ſed iſtius nectarium ſagittatum ab Echite prorſus alienum.

† Sp. 2. PERGULARIA SINENSIS. β Fí si thân.

Differ. ſpec. Perg. *caule* ſuffruticoſo, volubili : *foliis* ovato-oblongis : *pedunculis* polyfloris.

Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, teres, tenuis, volubilis. *Folia* ovato-oblonga, obtuſa, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* terminalis, & lateralis, pedunculis polyfloris, ſparſis. *Corolla* lutea, 5 - partita, laciniis linearibus, longis, contortis. *Nectarium* ſagittis, 5, erectis, ſtipitatis. *Germina* 2, ovalia. *Stylus* filiformis : *ſtigmate* unico, conico, 5 - ſulcato. *Peric.* folliculi 2, oblongi, *ſeminibus* multis, ovatis, nudis.

Habitat apud Sinas inculta.

Obſerv. In omnibus Pergulariæ, & apocyni ſpeciebus, quas vidi, ſemper invêni flores Monogynos. Idem videtur ſentire de Pergulariâ Japonicâ Thunbergius. Fl. Jap. pag. 112.

GENUS LXXVIII. ASCLEPIAS.

Char. Gener. *Nectaria* 5, ovata, concava, corniculum exerentia. Lin. ſy. pl. G. 333.

Sp. 1. ASCLEPIAS CURASSAVIA. β Yong cŏ lẩy.

Differ. ſpec. Aſc. *foliis* lanceolatis, petiolatis, glabris, nitidis: *caule* ſimplici: *umbellis* erectis, ſolitariis, lateralibus. Lin. ſp. 9.

Hab; & notæ. *Caulis* ſub-ſimplex, volubilis. *Folia* lanceolata, glabra, nitida, petiolata, oppoſita. *Flos* pallidus, lateralis: *umbellis* ſolitariis, erectis. *Folliculi* 2, ventricoſo-conci: *ſeminibus* ovatis, compreſſis, curvis, papposis.

Habitat prope Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. ASCLEPIAS FUSCA. α Cây ſo dua.

Differ. ſp. Aſc. *caule* repente: *foliis* cordato-lanceolatis: *umbellis* axillaribus, geminis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, volubilis, tenuis, multiplex, inferius radicans, ſuperius ramoſiſſimus. *Folia* cordata, lanceolata, baſi barbata, oppoſita, petiolata, parva. *Flos* fuſco-purpureus, *umbellis* 2-natis, axillaribus. *Corolla* minima, *nectariis* 5, auriculatis, abſque corniculis. *Fructus* folliculi 2, parvi, ſubulati, extrorſum ventricoſi, introrſum plani: *ſeminibus* ovatis, curvis, pappoſis.

Habitat in antiquis muris, & ruderibus Cochinchinæ.

† GENUS LXXIX. GRMMICA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, urceolatum, 5-fidum: laciniis acutis, coloratis, carnoſis.

Cor. campanulata, membranacea, 1-petala: tubo globoſo, calyci æquali: limbo brevi, 5-fido, laciniis rotundatis, patentibus.

Stam. Filamenta 5, ſubulata, corollæ æqualia, tubo inſiſtentia. Antheræ ovatæ, incumbentes.

Piſt. Germen ſubrotundum. Styli 2, æquales ſtaminibus. Stigmate compreſſo-rotundo.

Peric. Bacca membranaceu, ſubrotunda, 4-loba, 1-locularis, 4-ſperma.

Sem. Subrotunda.

Nom. (γραμικὸς linearis) a formâ plantæ lineari.

Char. Gener. *Corolla* campanulata, infera: tubo globoſo. *Bacca* 1-locularis, 4-ſperma.

† Sp. 1. GRAMMICA APHYLLA. α To huong tiáng.
Differ. ſpec. Gr. *caule* volubili: *foliis* nullis: *floribus* congeſtis.
Hab. *Caulis* linearis, tenuiſſimus, albiſſimus, intricato-volubilis; mutiplex: *ramis* ejuſdem formæ, herbis obviis ſe implicantibus. *Folia* nulla. *Radix* conſpicua nulla. *Fos* albus, congeſtus, pulcher, lateralis. *Bacca* alba, grano piperis æqualis.
Habitat inculta in hortis Cochinchinæ, & inter plantas humiles volutatur, duratione brevi paucorum menſium, tempore verno. Initium aliquod radicale, quo a terrâ alimentum acciperet, diligenter quæſivi, ſed non invêni.
Obſerv. Habitu affinis eſt, quanquam minus luxurians, Tillandſiæ Uſneoidi Lin. ſp. 9., & Licheni Uſneæ Lin. ſp. 93. Rumph. Amb. l. 10. t. 40. f. 2. nomine Muſci Capillaris.

GENUS LXXX. GENTIANA.

Char. Gener. *Corolla* 1-petala. *Capſula* 2-valvis, 1-locularis: receptaculis 2, longitudinalibus. Lin. ſy. pl. G. 352.

† Sp. 1. GENTIANA SCANDENS. α Rau mo. β Ki sí thân.
Differ. ſpec. Gent. *caule* fruticoſo ſcandente: *corollis* campanulatis; 5-fidis: *paniculis* elongatis, pendulis.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, magnus, lignoſus, teres: *ramis* multis, longiſſimis, ſcandentibus, inermibus, acirrhis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, cineracea, oppoſita. *Flos* lateralis, paniculis longis, demiſſis: *calyce* 5-dentato, parvo, perſiſtente. *Corolla* 1-petala, campanulata, tubo amplo, externè cinerei coloris, punctis albis diſtincto, internè pilis denſis, purpureis obſtructo: limbo patulo, albo, obtusè 5-fido, brevi, laciniis plerumque laciniato-plicatis. *Stamina* 5. *Styli* 2, longitudine tubi: *ſtigmatibus* ſimplicibus. *Capſula* ſub-rotunda, 1-locularis, 2-valvis: *ſeminibus* plurimis.
Habitat, & ſcandit per arbores, & ſepes in Cochinchinâ, & Chinâ. In Sinenſi folia ſæpe videntur cordata levi emarginaturâ ad baſim. Odor utriuſque eſt ingratus, & fœtidus.
Virtus foliorum, & radicis. Tonica, ſtomachica. Nauſeam, & vomitum efficaciter tollit: cibi appetentiam excitat, digeſtionem adjuvat.

vat. Sapor eſt amariſſimus. Odorem fœtidum, quem habet recens; exſiccata amittit.

Sp. 2. GENTIANA AQUATICA. ♄ Xi Kām Xiong.
Differ. ſpec. Gent. *corollis* 5-fidis, infundibuliformibus, terminalibus, ſeſſilibus: *foliis* margine membranaceis. Lin. ſp. 16.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, ceſpitoſus, erectus, 3-pollicaris: *ramis* nullis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* cyaneus, terminalis, ſolitarius: *calyce* acutè 5-fido, erecto. *Corolla* infundibuliformis, patens, 10-fida: laciniis 5 maioribus expanſis, 5 aliis minoribus, alternis, plicatis. *Stigmata* 2, ſeſſilia, longiuſcula, revoluta. *Capſ.* ovata, compreſſa, 1-locularis, polyſperma, 2-valvis, apice dehiſcens.
Habitat in locis humidis prope Cantonem Sinarum.
Thunb. Japon. p. 115. Gentiana humilis, aquatica, verna. Aman. Ruth. pag. 4. tab. 1. f. 1.

GENUS LXXXI. HYDROLEA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* rotata. *Filamenta* baſi cordata. *Capſ.* 2-locularis, 2-valvis. Lin. ſy. pl. G. 347.

† Sp. 1. HYDROLEA INERMIS. ♄ Xiong fung.
Differ. ſpec. Hyd. *caule* inermi: *floribus* ſolitariis, lateralibus.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, erectus, inermis, ſubſimpliciſſimus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, glabra, ſeſſilia, ſparſa. *Flos* cæruleus, pedunculis 1-floris, ſolitariis, lateralibus. *Calyx* inferus, 5-partitus, laciniis acutis. *Corolla* 1-petala, campanulata, tubo brevi: limbo 5-partito, patente, laciniis ovatis, calyci ſubæqualibus. *Filamenta* 5, ſubulata, tubo corollæ inſidentia, limbo breviora: *Germen* ovatum. *Styli* 2, erecti, ſtaminibus breviores: *ſtigmatibus* obtuſis. *Capſula* ovata, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma: ſeminibus plurimis, ſubrotundis, minimis, circumdantibus columellas 2, ovatas, fundo capſulæ adhærentes, ſuperius liberas. *Antheræ* ovatæ, incumbentes. De filamentis baſi cordatis nihil annotavi, nec memini.
Habitat Cantone, in locis humidis.
Obſerv. Linnæus (Gen. pl. ed. ſextæ.) Corollam hujus Generis deſcribit Rotato-campanulatam, qualis eſt noſtra, nec propriè rotatam. Columellæ illæ duæ, quæ receptacula ſeminum ſunt, ad Gentianam pertinere videntur.

† GE-

† *GENUS LXXXII. AGLAIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 1-phyllum, 5-crenatum, inferum, minimum, perſiſtens.
Cor. Petala 5, ovata, concava, carnoſa, ſub-clauſa, in globum conniventia. Nectarium tubuloſum, 5-plicatum, petalis paulo brevius.
Stam. Filamenta nulla. Antheræ 5, ovatæ, curvaturis nectarii incluſæ.
Piſt. Germen ovatum. Stylus nullus. Stigmata 2, oblonga, erecta.
Peric. Bacca ovata, glabra, aquoſa, 1-ſperma.
Sem. 1-ovatum, ſub-compreſſum, 4-ſulcum.

Nom. (Ἀγλαΐα ſplendor) ex plantæ nitore, odore, & venuſtate.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus, inferus. *Cor.* petala 5 in globum conniventia. *Bacca* 1-ſperma.

† Sp. 1. AGLAIA ODORATA. α Cây ngâu. β . . .
Differ. ſpec. Agl. *foliis* 5-phyllis: *floribus* racemoſis.
Hab. *Arbor.* 8-pedalis: ligno flaveſcente, duro: cortice tenui, fuſco: *ramis* patentibus: *comâ* denſiſſimâ. *Folia* pinnata, 3-5-nata, foliolis ovalibus, baſi attenuatis, integerrimis, glabris, nitidis, petiolis brevibus. *Flos* luteus, minutiſſimus, globoſus, odoratus: *racemis* oblongis, axillaribus. *Bacca* parva, rubra.
Habitat in Cochinchinâ, & in Chinâ tam agreſtis, quam culta in hortis magnatum, habitu ſpecioſiſſima, & odore grata.
Camunium Sinenſe, ſeu Tsjiulang. Rumph. Amb. l. 7. pag. 28. t. 18. f. 1. Idem Auct. cap. 43.
Obſerv. Suſpicor ejuſdem generis eſſe Bumaldam Trifoliam Thunb. Jap. p. 8., & p. 114. Cujus pericarpium maturum Cl. vir fatetur non vidiſſe.

GENUS LXXXIII. SALSOA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſula* 1-ſperma. *Semen* Cochleatum. Lin. ſy. pl. G. 339.

† Sp. 1. SALSOLA DIDYMA. γ . . .
Differ. ſpec. Salſ. *caule* herbaceo, decumbente: *foliis* oblongis inermibus: *Capſulis* 2-lobis, 2-ſpermis.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, procumbens, diffuſus, aſper.

aſper. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, craſſa, glabra, inermia, oppoſita. *Flos* apetalus, axillaris, glomeratus, ſubſeſſilis: *calyce* 5-partito, laciniis emarginatis, apice cucullatis. *Stigmata* 2, ſeſſilia, oblonga, erecta. *Capſula* 2-loba, 2-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* cochleatis, aſperis, nigris.
Habitat inculta in inſulâ Mozambicco, in Africâ.

GENUS LXXXIV. CHENOPODIUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, 5-gonus. *Cor.* o. *Semen* 1, lenticulare, ſuperum. Lin. ſy. pl. G. 337.

Sp. I. CHENOPODIUM HYDRIDUM. α Cây màn ri.
Differ. ſpec. Chen. *foliis* cordatis, angulato-acuminatis, *racemis* ramoſis, nudis. Lin. ſp. 8.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſimplex, erectus, 3-pedalis, rubeſcens. *Folia* ſu-haſtata, ſinuato-dentata, cineracea, ſuprema lanceolata, alterna, petiolata. *Flos* apetalus, racemis longis: hermaphroditus, & fœmineus in eodem racemo: *calycibus* 5-phyllis. Semen 1, lenticulare.
Habitat incultum in agris Cochinchinæ.
Gmel. Sibir. 3. pag. 76.

GENUS LXXXV. BETA.

Char. Gener *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Semen* reniforme, intra ſubſtantiam baſeos calycis. Lin. ſy. pl. G. 338.

Sp. I. BETA VULGARIS. β Pă hung.
Differ. ſpec. Bet. *floribus* congeſtis.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, craſſus, erectus, albus, 3-pedalis. *Folia* ſub cordata magna, integerrima, obtuſa, glabra, pallida. *Flos* albus, congeſtus, apetalus. *Semine* reniformi. *Radix* craſſa, albicans, nec edulis.
Habitat Cantone Sinarum, venditurque in foro cum aliis oleribus.
Thunb. Jap. p. 113. Beta pallidè Virens maior. Bauh. Pin. p. 118.

GENUS LXXXVI. GOMPHRÆNA.

Char. Gener. *Cal.* coloratus: exterior 3-phyllus: foliolis 2 conniventibus, carinatis. *Petala* 5, rudia, villoſa. *Nectarium* cylindricum, 5-dentatum. *Capſ.* 1-ſperma. *Stylus* ſemibifidus. Lin. ſy. pl. G. 343.

Sp. I.

Sp. 1. GOMPHRÆNA GLOBOSA. α Hoa nủa ngài. β . . .
Differ. ſpec. Gomp. *caule* erecto : *foliis* ovato-lanceolatis : *capitulis* ſolitariis : *pedunculis* diphyllis. Lin. ſp. 1.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus , 2 - pedatis , ramoſus : *geniculis* purpuſaſcentibus. *Folia* ovata , utrinque acuta , integerrima , hiſpida , ſeſſilia , oppoſita. *Flos* lætè purpureus , capitulis globoſis , ſolitariis , terminalibus : *calyce* communi nullo , præter foliola 2 , ſubrotunda , acuminata , expanſa , capitulo ſuppoſita. *Perianthium* imbricatum , 7 - 8 - phyllum , coloratum , foliolis acutis , rudibus , erectis. *Cor.* nulla , niſi foliola 5 calycis ſuperiora corollam dicas. *Receptaculum* commune oblongum , ſetoſum. *Semen* 1 - ovatum , ſubcompreſſum , nigrum , nitidum : *capſulâ* circumſciſſâ. *Stylus* 2 - fidus. *Filamenta* 5 , brevia.
Habitat paſſim culta in Cochinchinâ , & Chinâ.
Flos Globoſus Rump. l. 8. c. 72. t. 100. f. 2. Tourn. Inſt. p. 654. tab. 429. Amaranthoides Lychnidis folio , flore-purpureo.
Eſt varietas in Cochinchinâ flore albo , capitulis ovatis : in quibus floſculi omnes ſunt fertiles , cum in Purpureâ plures inveniantur ſteriles. In reliquis conveniunt.

† *GENUS LXXXVII. TRISANTHUS.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis 2 - phyllus , foliolis lanceolatis , perſiſtens , continens 3 floſculos. Perianthium proprium , 1 - phyllum , verticaliter lentiforme , coloratum , denticulis 5 , minimis apici ſubtruncato impoſitis.
Cor. nulla.
Stam. Filamenta 5 , ſubulata , breviſſima , Calycis margini inſiſtentia. Antheræ ſubrotundæ , 2 - loculares.
Piſt. Germen orbiculatum. Styllus nullus. Stigmata 2 - oblonga , reflexa.
Peric. Calycinum , lenticulare , truncatum , factum ex ipſo calyce , denticulis decidentibus , 2 - loculare , 1 - ſpermum , 2 - ſulcum , 2 - partibile.
Sem. Reniformia.

Nom. (Τρὶς ter , ἄνθος flos) ob tres flores eodem calyce copulatos.

Char. Gener. Cal. *com.* 2 - phyllus , 3 - florus : *proprius* 5 - dentatus , ſuperus. *Cor.* 0. *Fructus* 2 - locularis , 1 - ſpermus.

Sp. 1.

† Sp. 1. TRISANTHUS COCHINCHINENSIS. α Rau má.

Differ. ſpec. Triſ. *caule* repente : *foliis* ſubrotundis , ſemipartitis : *floribus* congeſtis.

Hab. *Caulis* filiformis , tenuis , ſubſimpliciſſimus , longus , teres , repens , diſtantiis ſubæqualibus ordinatim radicans. *Folia* ſubrotunda, ſemipartita , dentato-crenata , concava , rugoſa , glabra : petiolis radicalibus , confertis , longis , erectis , paucis. *Perianthium* floris purpureum , cartilagineum , glabrum , ſeſſile , calyce communi , 3-floro ſuffultum : pedunculis communibus longiuſculis , radicalibus , congeſtis , paucis , nec umbellatis.

Habitat frequenter ad ſepes in Cochinchinâ , non cultus , quamvis eſculentus. Si bene memini , etiam in Chinâ , & in aliis Indiæ locis.

Pes equinus. Rumph. Amb. l. 9. c. 69. t. 169. f. 1.

Virtus totius plantæ. Vulneraria , Mundificans , Diuretica , Nephritica. Coguovi Eunuchum , qui partes generationis radicitus abſciderat , appoſitâque hâc herbâ cum pauxillâ calce contuſâ facilè convaluerat.

Obſerv. Quamvis Præceptor noſter Linnæus cum aliis Clariſſimis Viris hanc plantam Hydrocotyli adjunxerint , exiſtimo illos recentem non vidiſſe ; nam , ut hæc legenti patebit , in paucis conveniunt , in multis differunt : vel forte viderunt aliam a Cochinchinenſi , quam probavi , diverſam.

GENUS LXXXVIII. BOSEA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phylus. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 344.

† Sp. 1. BOSEA CANNABINA. α Cày Rạch.

Differ. ſpec. Boſ. arborea : *foliis* lanceolatis , ſerratis , glabris : *racemis* 2-natis.

Hab ; & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata , baſi obtuſa , ſerrata , glabra , parva , integerrima , alterna. *Flos* albus , racemis compoſitis , brevibus , axillaribus , 2-natis. *Calyx* 5-phylus , foliolis lanceolatis , curvis , conniventibus. *Corolla* nulla. *Filamenta* 5 , ſubulata , calyci æqualia. *Antheræ* ſubrotundæ , curvaturis Calycis defenſa. *Germen* ſuperum , longiuſculum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum , integrum. *Bacca* minima , ſubrotunda , ſubcompreſſa , 1-ſperma : *ſemine* rotundo.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Ex cortice extrahuntur fila tenacia , quibus vulgares ſtoreæ texuntur.

UM-

UMBELLATÆ.

GENUS LXXXIX. HYDROCOTYLE.

Char. Gener. *Umbella* ſimplex : involucro 4 - phyllo. *Petala* integra. *Semina* ſemiorbiculato-compreſſa. Lin. ſy. pl. G. 355.

Sp. 1. HYDROCOTYLE UMBELLATA. α Rau má mo.
Differ. ſpec. Hyd. *foliis* peltatis : *umbellis* multifloris. Lin. ſp. 2.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, tenuiſſimus, filiformis, albus, ramoſiſſimus, intricatus, repens. *Folia* cordata, peltata, ſubrotunda, crenato-lobata, glabra : *petiolis* brevibus, ſolitariis, reclinatis, albis. *Flos* minimus, rubeſcens : umbellis multifloris, ſubrotundis, ſimplicibus : *pedunculis* umbellæ longiuſculis : *involucris* 3 - 4 - phyllis : corollis pentapetalis : floſculis omnibus fertilibus.
Habiat in Cochinchinâ, frequens in locis humidis, hyberno tempore.
Hydrocotyle Marsh pennywort. Hill. Brit. herb. p. 419. t. 59. f. 16. Acariçoba. Piſ. Braſ. l. 4. p. 260. fig. ibi. Notandum vero eſt icones utriuſque Authoris nec inter ſe, nec cum noſtrá ſatis conformes. Hujus flores proprii ſunt Umbellatæ, non Vulgaris : Folia vero ſublobata, crenata ad Hydr. Americanam pertinent.

GENUS XC. CAUCALIS.

Char. Gener. *Cor.* radiatæ : diſci maſculæ. *Petala* inflexo-emarginata. *Fructus* ſetis hiſpidis. *Involucra* integra. Lin. ſy. pl. G. 362.

Sp. 1. CAUCALIS ORIENTALIS. α Cây hột gai.
Differ. ſpec. Cauc. *umbellis* patentibus : *foliolis* partialibus ſupra decompoſitis, laciniatis, lacinulis linearibus. Lin. ſp. 5.
Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, rectus, ſtriatus, ramoſus, 3 - pedalis. *Folia* pinnato-inciſa, laciniata, glabra. *Flos* umbellis compoſitis, patentibus : *radiis* univerſalium longis, inæqualibus, partialium breviſſimis : *involucris* utriſque integris, ſubulatis, radio brevioribus. Flores floſculoſi ſubnudi. *Fructus* ovato-oblongus, echinato-hiſpidus, 2 - ſpermus, cortice perſiſtente, intus ſtriatus.
Habitat inculta Cantone, & alibi.
Caucalis Caſcalitra. Bellon. it. l. 3. c. 49. fig. ibi. Caucalis Orientalis altiſſima. Tourneſ. Corol. p. 23.

GENUS XCI. DAUCUS.

Char. Gener. *Cor.* ſub-radiatæ. *Floſculi* diſci abortivi. *Fructus* pilis hiſpidus. Lin. ſy. pl. G. 364.

Sp. 1. DAUCUS CAROTA. β Hû lû pã. α Hô la bạc.
Differ. ſpec. Dauc. *ſeminibus* hiſpidis: *petiolis* ſubtus nervoſis. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* ſeſquipedalis, annuus, craſſus, hiſpidus, albicans: *radice* fuſiformi, carnoſâ, croceâ, eſculentâ. *Folia* minutim pinnatifida: *petiolis* nervoſis, amplexicaulibus, reclinatis. *Flos* albus: *umbellis* partialibus, plurimis, convexis; involucris omnibus laciniato-linearibus. *Semina* parva, hiſpida.
Habitat Cantone Sinarum: indeque in Cochinchinam translata.
Thunb. Jap. pag. 117. Paſtinaca tenuifolia, ſativa, radice luteâ. Bauh. Pin. p. 151. n. 5.
Virt. herbæ, & radicis. Aperiens, Diluens, Diuretica. Semina carminativa.

GENUS XCII. ATHAMANTA.

Char. Gener. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus. *Petala* inflexa, emarginata. Lin. ſy. pl. G. 369.

Sp. 1. ATHAMANTA CHINENSIS. α Xà sàng. β Xé choãn.
Differ. ſpec. Ath. *ſeminibus* membranaceo-ſtriatis: foliis ſupra-decompoſitis, lævibus, multifidis. Lin. ſp. 9.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, lævis, teres, erectus, albus, ramoſus. *Folia* pinnato-multifida, glabra, viridi-pallida, odora. *Flos* albus, *umbellis* compoſitis, convexis, denſis, æqualibus, plurimis: *involucellis* partialibus linearibus, integris. *Floſculi* omnes fertiles, *corollis* emarginatis, ſub-inflexis. *Semina* minuſcula, ovata, 5-crenata, ſubcoriacea, aromatica. glabra.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ culta, ſpontaneaque.
Virtus: ſeminum. Reſolvens, Diuretica, Emmenagoga, Deobſtruens. Valde proficua in morbis uteri. Externè valet contra cutis pruritum, & puſtulas, maximè ſi adjungatur curcuma.

GENUS XCIII. SIUM.

Char. Gener. *Fructus* ſubovatus, ſtriatus. *Involucrum* polyphyllum. *Petala* cordata. Lin. ſy. pl. G. 378.

Sp. 1. SIUM SISARUM. β Xuĕi kin. α Rąu kâŋ nuôç.
Differ. ſpec. Sium : *foliis* pinnatis, floralibus 3-natis. Lin. ſp. 4.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, ſub-erectus, teres, ſtriatus albus, ſubſimplex. *Folia* pinnata, ramea 3-nata, ſerrato-inciſa, glabra. *Flos* albus, *umbellis* compoſitis : *involucellis* univerſalibus, & partialibus polyphyllis, integris. *Semina* ovata, ſtriata.
Habitat loca aquoſa in Chinâ, & Cochinchinâ, ubi colitur.
Uſus : Culinaris. Caules tenaces : folia, & fructus ſubodori.
Hort. Cliff. p. 98. Siſarum Germanorum. Bauh. p. 155. n. 1.

Sp. 2. SIUM GRÆCUM. α Rąu kân hoąng.
Differ. ſpec. Sium : *foliis* omnibus bipinnatis. Lin. ſp. 8.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis : *ramis* procumbentibus ; aliquando repentibus. *Folia* pinnata, pinnatiſida, glabra. *Flos* albus, *umbellis* compoſitis, parvis : *involucro* univerſali nullo : partialibus 1-phyllis, reflexis. *Petala* cordata, ſub-inflexa. *Semina* ovata, ſtriata, glabra.
Habitat ubique incultum in hortis Cochinchinæ : puto, quod etiam in Chinâ, quamvis non viderim.
Sium foliis duplicato-pinnatis. Lin. Cliff. p. 98. n. 4. Liguſticum Græcum folio Apii. Tourn. Corol. p. 23.
Virtus : præcipuè ſeminum. Diuretica, carminativa. Folia edulia.
Obſerv. Defectu involucri univerſalis ad Chærophyllum accedit. Sapor, odor, ſemina Sii ſunt propria. Puto, quod Sium Decumbens (Flor. Jap. p. 118.) eadem ſit planta.

GENUS XCIV. BUBON.

Char. Gener. *Fructus* ovatus, ſtriatus, villoſus. Lin. ſy. pl. G. 380.

Sp. 1. BUBON MACEDONICUM. α Hoa Khóm.
Differ. ſpec. Bub. *foliis* rhombeo-ovatis, crenatis : *umbellis* numeroſiſſimis. Lin. ſp. 1.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, erectus, rectus, 2-pedalis : ramis multis aſcendentibus. *Folia* caulina rombeo-ovata, inciſa : ramea oblonga, minuſcula, irregularia. *Umbellæ* plurimæ ſubplanæ : involucro univerſali, partialique. *Corolla* petalis lanceolato-ovatis, ſubinflexis. *Fructus* oblongo-ovatus, ſtriatus, villoſus, tenuis, fuſcus, odoratiſſimus.
Habitat cultum, nec rarò in hortis metropolis Huææ Cochinchinæ.
Apium Macedonicum Bauh. Pin. p. 154. n. 12. Leviſticum Indicum. Rumph. Amb. l. 8. c. 60. t. 93. f. 3. Ubi icon non optima. Uſus ad im-

imbuendas odore veſtes : qui odor vehemens quidem , ſed aliquantulum nauſeoſus Europæis.
Virtus Medica : totius plantæ , præcipuè ſeminum. Diuretica , Emmenagoga , Carminativa.

GENUS XCV. LIGUSTICUM.

Char. Gener. *Fructus* oblongus , 5 - ſulcatus utrinque. *Cor.* æquales : petalis involutis , integris. Lin. ſy. pl. G. 376.

Sp. 1. LIGUSTICUM SCOTICUM. α Rau kân nhà.
Differ. ſp. Lig. *foliis* biternatis. Lin. ſp. 2.
Hab ; & notæ. *Caulis* erectus , teres , craſſiuſculus , ſtriatus , ſub-fuſcus , 2 - pedalis. *Folia* biternata , decompoſita alia , acute inciſa , pauca , coloris obſcuro-viridis , nitidi. *Flos* albus , umbellis compoſitis , planis , magnis : *involucris* linearibus univerſali , & partiali : *Fructus* oblongus , utrinque 5 - ſulcatus , calyce 5 - fido , permanente cinctus. *Corollæ* æquales , petalis integris. Planta eſculenta , odore , & ſapore Sii Græci.
Habitat cultum in Cochinchinâ.
Seſeli maritimum ſcoticum. Herm. Parad. t. 227. Leviſticum foliis biternatis. Hill. Brit. herb. p. 410. t. 58. f. 15.

GENUS XCVI. CORIANDRUM.

Char. Gener. *Cor.* radiata : *Petala* inflexo-emarginata. *Involucrum* univerſale 1 - phyllum. Partialia dimidiata. *Fructus* ſphæricus. Lin. ſy. pl. G. 386.

Sp. 1. CORIANDRUM SATIVUM. β Xĕ hû yû. α Rau ngò tàu.
Differ. ſpec. Cor. *fructibus* globoſis.
Hab ; & notæ. *Caulis* annuus , erectus , teres , craſſiuſculus , rubeſcens , ſeſquipedalis , ramis aſſurgentibus. *Folia* multifida , laciniis linearibus. *Flos* albus , ſub-rubeſcens : *umbellis* compoſitis , paucifloris : *involucro* univerſali ſæpius nullo : partialibus 1 - phyllis , lanceolatis , integris. Fructus globoſus , ſimplex , odorus.
Habitat , & colitur in Chinâ , rarò in Cochinchinâ.
Coriandrum maius. Bauh. Pin. pag. 158. n. 1.
Virtus : ſeminum. Hypnotica , Carminativa. Uſus herbæ Culinaris , frequens.

Sp. 2. CORIANDRUM TESTICULATUM. α Rau ngò : Hô nôi.
Differ. ſpec. Cor. *fructibus* didymis. Lin. ſp. 2.

Hab ;

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, ſub-erectus, teres, pallidus 10 - pollicaris: ramis multis diffuſis, debilibus. *Folia* polyfida, laciniis linearibus, tenuibus, glabris. *Flos* albus umbellis compoſitis, parvis, concavis: *involucris*, tam univerſali, quam partialibus, polyfidis, ſubulatis. *Fructus* didymus, fuſco-viridis, odore, & ſapore præſtantior Coriandro Sativo.
Habitat, & colitur abundanter per totam Cochinchinam.
Uſus idem, qui præcedentis.
Coriandrum minus Teſticulatum. Bauh. Pin. pag. 158. n. 2. Pluk. tab. 169. f. 2.

GENUS XCVII. ANETHUM.

Char. Gener. *Fructus* ſubovatus, compreſſus, ſtriatus. *Petala* involuta, integra. Lin. ſy. pl. G. 394.

Sp. 1. ANETHUM FŒNICULUM. *β* Hòei hiàm. *α* Tiẻo hồi.
Differ. ſpec. An. *fructibus* ovatis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Caulis* annuus, 3 - pedalis, erectus, teres, albicans, ramoſus. *Folia* glabra, alterna, petiolata, cineracea, odora, dulcia, bipinnata, pinnatifida, laciniis filiformibus, longis. *Flos* luteus, umbellis compoſitis, magnis, ſub-planis: *involucro* nullo. *Corollæ* omnes fertiles, petalis ovatis, apice involutis. *Semina* compreſſo-ovata, ſtriata, marginata.
Habitat abundanter in Chinâ: colitur etiam in Cochinchinâ.
Virtus: totius herbæ. Diuretica, Reſolvens, Stomachica, Cephalica. Semina carminativa, lactifera. Uſus etiam culinaris, dulcis, odoratus, gratus.
Fœniculum Vulgare. Hill. Brit. herb. p.413. t.59. f.5. Anethum Fœnic. Thunb. Jap. p. 120.

TRIGYNIA.

GENUS XCVIII. SAMBUCUS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* 5 - fida. *Bacca* 3 - ſperma. Lin. ſy. pl. G. 402.

Sp. 1. SAMBUCUS NIGRA. *β* Û chū yù. *α* Ngò châu dau.
Differ. ſpec. Samb. *Cymis* 5 - partitis: *caule* arboreo. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Caulis* arboreus, 8 - pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* lato-lauceolata, pinnata, 2 - juga, integerrima, glabra, ad apicem rubeſcentia. *Flos* ſub-terminalis, *cymis* 5 - partitis, & 3 - partitis: pedun-

pedunculis longis, ſub-æqualibus. *Fructus* bacca rotunda, minuta; rubro-fuſca, 3-ſperma, infera.
Habitat in montanis Sinenſibus.
Thunb. Japon. p. 126. Sambucus fructu in umbellâ nigro. Bauh. Pin. 456. n. 1.
Virt. Baccarum. Attenuans, Diuretica, Diaphoretica. Medici Europæi Refrigerantem: Sinenſes contra valde calefacientem eſſe ſentiunt: utuntut præcipuè in frigiditate extremorum, & doloribus, aut debilitate inde ortis.

GENUS XCIX. SAROTHRA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis, colorata. Lin. ſy. pl. G. 414.

Sp. 1. SAROTHRA GENTIANOIDES. α Cây cu gà. Lin. ſp. 1.
Differ. ſpec. Sar. *foliis* ſubulatis: *floribus* ſpicatis.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pollicaris, erectus, ſimpliciſſimus. *Folia* ſubulata, ſeſſilia, minuta: *villis* capitatis ſuperius conſita: juniora involuta, ſeniora reflexa. *Calyx* ruber, 5-partitus, inferus. *Cor.* 5-petala, membranacea, tenuiſſima, calyce longior, patula. *Filamenta* 5, capillaria: *antheris* ſubrotundis. *Styli* 3, corollæ æquales, profundè 3-fidi: *ſtigmatibus* ſimplicibus. *Capſula* rubra, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma. *Flos* axillaris, ſpicis ſimplicibus, erectis.
Habitat in locis arenoſis Cochinchinæ, prope Metropolim.
Centaurium minus, ſpicatum, anguſtiſſimo folio. Pluk. Mant. 43. tab. 324. f. 4.

GENUS C. TAMARIX.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis. *Semina* papposa. Lin. ſy. pl. G. 405.

† Sp. 1. TAMARIX CHINENSIS. β Cuôn nham lâu.
Differ. ſpec. Tam. *foliolis* alternis: *ſpicis* terminalibus: *petalis* erectis.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus: ramulis tenuiſſimis, longis, nutantibus. *Folia* minutiſſima, acuta, imbricata. *Flos* rubeſcens, terminalis, paniculâ vaſtâ, compoſitâ ſpiculis linearibus, longis, tenuibus. *Cal.* brevis, 5-partitus. *Corolla* petala 5, linearia, erecta. *Capſula* triquetra, colorata, 3-valvis, 1-locularis, polyſperma. *Semina* matura non vidi, adeoque judicare non
potui

potui an ſint papposa? *Stamina* habet quinque.

Habitat in provinciâ Cantonienſi Sinarum.

Obſerv. Cohæret cum Tam. Gallicâ Staminibus Pentandris: ſed differt foliolis alternis, ramulis nutantibus, petalis erectis, terminalibus. Magis convenire videtur cum Tam. Orientali (Tournef. Corol. p. 45., & Forsk. Arab. p. 206.) quamvis nec cum iſtâ in totum conveniat.

GENUS CI. RHUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca.* 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 399.

Sp. 1. RHUS JAVANICUM. β Xiong tsăt.

Differ. ſpec. Rh. *foliis* pinnatis, ovatis, acuminatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 3.

Hab; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* imparipinnata, 5-juga, aliquando decurrentia: *foliolis* ovatis, acuminatis, obtusè ſerratis, ſubtus tomentoſis, coloris obſcuro-viridis. *Flos* albus, terminalis, racemis laxis, magnis, erectis. *Corolla* petala 5, ſtriata, campanulata, calyce longiora: *antheris* 5, ſeſſilibus, minimis. *Styli* 3, breves. *Bacca* ſubrotunda, parva, 1-ſperma.

Habitat in ſylvis Cantonienſibus Sinarum.

Osbeck. Itin. Chin. Thunb. Jap. p. 121.

Uſus. Ex baccis contuſis, & aquâ coctis extrahunt Sinenſes oleum; quo pro vernice utuntur, pulchro quidem, ſed nitore minus conſtante.

GENUS CII. BASELLA.

Char. Gener. *Cal.* 0. *Cor.* 7-fida: laciniis binis oppoſitis latioribus, tandem baccata. Semen 1. Lin. ſy. pl. G. 413.

† Sp. 1. BASELLA NIGRA. α Cây Boung. tơi. β Lŏ quêi.

Differ. ſpec. Baſ. *foliis* rotundo-ovatis: *ſpicis* lateralibus.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis, volubilis, tenuis, teres, ſucculentus, ramoſus. *Folia* lato-ovata, craſſa, glabra, integerrima, alterna, petiolata. *Flos* albo-violaceus, lateralis: ſpicis ſimplicibus, longis, paucifloris, ſolitariis. *Calyx* ſquamæ 3, ſubrotundæ, acuminatæ, minimæ. *Corolla* 1-petala: tubo brevi, ventricoſo: limbo 6-fido, laciniis ovatis, concavis, inflexis, ſubclauſis. *Filamenta* 5, ſubulata, corollâ breviora, tubo inſidentia: *antheris* ſubrotundis. *Germen* ſuperum, ſubrotundum, 4-lobum. *Styli* 3, breviores ſtami-

ſtaminibus: *ſtigmatibus* oblongis. *Pericarpium* bacca ſubrotunda, aquoſa, nigerrima, parva, 4-loba, apice 4-fida, laciniis obtuſis, concavis. *Semen* 1, ſubrotundum.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, agreſtis, cultaque, per ſepes, & crates hortorum implicata.

Gandola Alba. Rumph. Amb. l. 9. c. 50. t. 154. f. 2.

Obſerv. Planta Rumphiana foliis acutis, floribus campaniformibus, 5-fidis, albis, & baccâ irregulariter anguloſâ aliquantum a noſtrâ differt: ſpicæ autem laterales in utrâque conſentiunt; cum Linnæanæ ſpecies Alba, & Rubra pedunculis gaudeant ſimplicibus. An vero corolla ipſa in baccam formetur? non notavi. Videtur potius, quod non; ſiquidem matura bacca ſervat eandem formam quadrilobam, quam habebat germen, & a quâ diſſidebat corolla tubo ſimpliciter ventricoſo, nec lobato: limbo 6-fido.

Virtus: foliorum, Lubricans, Eccoprotica. Uſus eſculentus.

† GENUS CIII. TRICEROS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum, perſiſtens: foliolis acutis, patentibus.

Cor. Petala 5, oblonga, patentia, calyce longiora.

Stam. Filamenta 5, capillaria, corollæ ſubæqualia. Antheræ 2-loculares, ovatæ.

Piſt. Germen ſubrotundum, inæquale. Styli 3, breves, baſi invicem diſtantes. Stigmata ſimplicia.

Peric. Bacca coriacea, inferius rotunda, apice 3-cornis, 3-locularis, 2-ſperma.

Sem. Subrotunda, acuminata.

Nom. (Κέρας cornu, τρὶς ter) a baccâ tricorni.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* petala 5, oblonga. *Bacca* ſupera, 3-locularis, 2-ſperma.

† Sp. 1. TRICEROS COCHINCHINENSIS. α Cây. du rŭng.

Differ. ſpec. Tric. *foliis* ovatis, quinatis: *racemis* terminalibus.

Hab. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus. *Folia* impari-bipinnata, 2-juga: *foliolis* ovatis, acuminatis, ſerratis, duris. *Flos* albus, racemis laxis, ſubterminalibus. Bacca parva, inutilis.

Habitat inculta in montibus Cochinchinæ.

GE-

GENUS CIV. PHARNACEUM.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* 0. *Capſula* 3 - locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 410.

Sp. 1. PHARNACEUM MOLLUGO. α Cỏ dáng.

Differ. ſpec. Ph. *pedunculis* unifloris lateralibus : *floribus* longitudine foliorum : *caule* depreſſo. Lin. ſp. 2.

Hab ; & notæ. *Caulis* annuus, ceſpitoſus, procumbens, teres, geniculatus, ramoſus, dichotomus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, inæqualia, craſſa, verticillata, 4, 5. *Flos* albicans minimus, pedunculis ſolitariis, tenuibus, axillaribus, monofloris. *Petala* 5, linearia, bifida. *Stamina* 5. *Styli* 3. *Capſula* 3 - locularis, polyſperma. *Semina* minutiſſima.

Habitat incultum in hortis Cochinchinæ.

Alſine erecta pentaphylla, flore albo. Burm. Zeyl. pag. 13. t. 7.

Virt. totius herbæ. Refrigerans, Abſtengens.

Sp. 2. PHARNACEUM INCANUM ? α Cỏ mẻ.

Differ. ſpec. Ph. *pedunculis* communibus longiſſimis : *foliis* linearibus: Lin. ſp. 4.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus, erectus, 8 - pollicaris. *Folia* linearia, oppoſita, glabra, integerrima. De ſtipulis, non memini. *Flos* albicans, paniculatus, pedunculo communi longiſſimo. *Capſula* 3 - locularis, polyſperma.

Habitat in hortis, & agris Cochinchinæ.

Hortus Cliff. pag. 492.

PENTAGYNIA.

GENUS CV. CRASSULA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* 5. *Squamæ* 5, nectariferæ ad baſim germinis. *Capſulæ* 5. Lin. ſy. pl. G. 423.

Sp. 1. CRASSULA PINNATA. α Cây bap benh.

Differ. ſpec. Craſ. *foliis* pinnatis : *caule* arboreo. Lin. Jun. ſup. p. 191.

Hab ; & notæ. *Radix* lignoſa, magna, verticalis, ſæpe indiviſa. *Caulis* fruticoſus, craſſus, erectus, 6 - pedalis, ramis aſſurgentibus, rectis. *Folia* impari-pinnata, multijuga : *petiolis* longis, tenuibus, erectis, connato-vaginantibus, rubrofuſcis : *foliolis* oblongis, obtuſis, integerrimis, craſſis, ſeſſilibus, ſubtus tomentoſis, ſuperius nitidis. *Flos* rubro-fuſcus, parvus : racemis compoſitis, ere-

 ctis ;

ctis, ſubterminalibus: *calyce* 5-partito, minimo. *Corolla* petala 5, infera, oblonga, carnoſa. *Filamenta* 5, ſubulata, piloſa, rubra: *antheris* ſubrotundis. *Nectarium* ſquamis 10, oblongis, luteis. *Stigmata* 5, ſeſſilia. *Pericarpium* capſulæ 5, parvæ, 2-ſpermæ, introrſum dehiſcentes.

Habitat agreſtis in locis arenoſis Cochinchinæ. Foliola ibi non ſunt cordata, nec petiolata, niſi petiolo communi, prout de Chinenſi (quam non vidi) Linnæus aſſerit. ſuppl. pl. p. 191.

Virtus: radicis. Aperiens, Attenuans, Deobſtruens Emmenagoga. Prodeſt in Ictero, Hydrope, Cachexia, febribus diuturnis. Foliorum decoctum ſcabiem abſtergit. Eadem folia ad tingendas telas colore nigro uſurpantur. Planta tota amariſſima.

GENUS CVI. DROSERA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Capſula* 1-locularis, apice 5-valvis. *Semina* plurima. Lin. ſy. pl. G. 421.

Sp. 1. DROSERA ROTUNDIFOLIA. α Cò tlôn gà.

Differ. ſpec. Dr. *ſcapis* radicatis: *foliis* orbiculatis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. Caulis nullus. *Folia* turbinato-orbiculata, villoſa, rubra, multa, ſub-petiolata, in orbem ſtrata. *Scapus* nudus, 6-pollicaris, teres, rectus, indiviſus: *ſpicâ* ſubſimplici terminali, pauciflorâ: *calyce* 5-fido, infero: *corollâ* 5-petalâ, albâ, patente. *Capſula* 1-locularis, 5-valvis, polyſperma.

Habitat in locis humidis Cochinchinæ.

Ros ſolis, foliis circa radicem in orbem diſpoſitis. Burm. Zeyl. pag. 207. tab. 94. f. 2. Ros ſolis folio rotundo. Bauh. Pin. p. 357. n. 1.

† Sp. 2. DROSERA UMBELLATA. β Ku tsīm tsào. α Koủc tinh thảo.

Differ. ſpec. Dr. *ſcapis* radicatis: *foliis* ovatis: *floribus* umbellatis.

Hab; & notæ. *Caulis* nullus. *Folia* ovalia, petiolis longis circunſtrata. *Scapi* varii, nudi, 5-pollicares, terminati umbellulâ ſub-5 florâ: *corollis*, 5-petalis. Florem recentem, & pericarpium non vidi; ideoque de genere incertus maneo, quamvis habitus ad Droſeram pertinere videatur.

Habitat in Chinâ.

GENUS CVII. ARALIA.

Char. Gener. *Involucrum* umbellulæ. *Cal.* 5-dentatus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 417.

Sp. 1.

† Sp. 1. ARALIA OCTOPHYLLA. α Chim chim nhà.

Differ. ſpec. Ar. *caule* arboreo inermi : *foliis* digitatis, octonis : *paniculâ* umbellatâ.

Hab ; & notæ. *Arbor* 10-pedalis, expanſa, inermis. *Folia* digitata, 8-nata, petiolis longis : *foliolis* oblongis, obtuſis, integerrimis, glabris, petiolatis, inæqualibus, in orbem diſpoſitis. *Flos* luteus, rubro conſperſus : *paniculâ* vaſtâ, terminali, im umbellas deſinente : *involucro* nullo. *Calyx* truncatus, ſuperus. *Corolla* petala 5, oblonga, patentia. *Stigmata* 5, ſeſſilia. *Bacca* parva, ovata, 5-ſperma : *ſeminibus* oblongis.

Habitat in Cochinchinâ tam culta, quam ſpontanea.

Virtus : corticis, & foliorum. Aperiens, Diuretica, Diaphoretica. Ejus ſal fixum, vel Cinis multum valet contra hydropem.

Obſerv. Naſcitur prope Cantonem in Sinis hujus plantæ varietas, ni velis ſpecies, caule, foliis, & habitu florum omnino ſimilis : differt autem ſtaminibus 10, & ſtigmate 10-fido.

† Sp. 2. ARALIA PALMATA. β Ủ kĩa pỉ. α Ngủ già bì.

Differ. ſpec. Ar. *caule* ſcandente, aculeato : *foliis* 5-lobatis : *umbellis* ſimplicibus, lateralibus.

Habit ; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, multiplex, aculeatus. *Folia* palmata, 5-loba, magna, ſparſa, petiolis longis. *Flos* albus, umbellis ſimplicibus, ſolitariis, lateralibus : *involucro* nullo. *Aculei* caulini recurvi, ſparſi : petiolorum, & pedunculorum nulli.

Habitat agreſtis in Chinâ. Differt ab Aralia Chinenſi Linæi, in quâ folia ſunt pinnata, petioli aculeati, flores paniculâ ramoſâ.

Virtus : corticis. Reſolvens, Mundificans. Uſus in ſcabie, & in hydrope.

Sp. 3. ARALIA CHINENSIS. α Cây Quỏng.

Differ. ſpec. Aral. *caule*, petioliſque aculeatis : foliolis inermibus ; villoſis. Lin. ſp. 3.

Hab ; & notæ. *Frutex* ſcandens, aculeatus, acirrhus, longus, teres, ramoſus. *Folia* pinnata cum impari, oblongo-ovata, acuminata, ſerrata, glabra, parva, inermia, petiolis aculeatis. *Flos* albus, ſubterminalis : *paniculis* magnis, in umbellas deſinentibus : *pedunculis* aculeatis, longis. *Calyx* campanulatus, deciduus, 5-fidus, laciniis acutis. *Corolla* petala 5, lanceolata, reflexa, 2-ſulcata, *calyce* duplò longiora. *Filamenta* 5, ſubulata, corollæ ſubæqualia, receptaculo inſidentia. *Antheræ* ovatæ incumbentes. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* ſub-nullus. *Stigmata* 5, oblonga, reflexa. *Pericarpium* bacca rotunda, nigerrima, 5 ſulcata, 1-locularis ; 5-ſperma : *ſeminibus* introrſum angulatis, extrorſum convexis, oblongis.

Habitat per ſepes ſcandens in Cochinchinâ : valde infenſa viatoribus, quorum veſtes, vel carnes mordicus tenet, & lacerat aculeis plurimis, aduncis.

Burm. Ind. pag. 78. Frutex baccifer, Malabaricus, floribus umbellatis, pentapetalis, fructu nigricante, polyſpermo. Raj. hiſt. 163. Frutex Aquoſus, mas. Rumph. Amb l. 6. c. 50. t. 44.

Obſerv. In Amboinâ, Rumphio teſte, ſemper arboreſcit, & in ſylvis quidem ad magnam altitudinem : non ita in Cochinchinâ, ubi ſemper procumbens, vel ſcandens longè extenditur. Foliaque ita ſunt oppoſita, ut bipinnata dici poſſint.

CLAS

CLASSIS VI.
HEXANDRIA.
MONOGYNIA.

* *Flores calyce, corollâque, inſtructi.*

1. BROMELIA. — *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-partitus, ſuperus. *Bacca.*

† 2. FLOSCOPA. — *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-fidus, inferus. *Capſ.* 2-locularis.

3. TRADESCANTIA. — *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Filamenta* barbata.

† 4. ONCUS. — *Cor.* 6-fida. *Cal.* 2-phyllus inferus. *Bacca* 3-locularis.

5. CANARINA. — *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, ſuperus. *Capſ.* 6-locularis.

6. LORANTHUS. — *Cor.* 6-partita. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Bacca* 1-ſperma.

† 7. HEXANTHUS. — *Cor.* 6-partita. *Cal.* communis, 6-phyllus, 6-florus. *Bacca* 1-ſperma.

8. DRACÆNA. — *Cor.* 6-partita. *Bacca* 3-locul., 1-ſperma.

** *Flores ſpathacei.*

9. CRINUM. — *Cor.* ſupera, 6-fida: baſi tubuloſa. *Stamina* diſtantia.

10. PONTEDERIA. — *Cor.* ſupera, 6-fida, ringens.

11. LEUCOIUM. — *Cor.* ſupera, 6-petala; campanulata. *Stamina* æqualia.

12. AMARYLLIS. — *Cor.* ſupera, 6-petala, campanulata: *ſtamina* inæqualia.

13. HYPOXIS. — *Cor.* ſupera, 6-petala. *Spathæ* glumaceæ.

14. LI-

14. LIRIOPE. *Cor.* infera, 6-partita. *Bacca* 1-ſperma.

15. ALLIUM. *Cor.* infera 6-petala. *Pet.* ovata, ſeſſilia.

*** *Flores nudi.*

16. ALOE. *Cor.* infera, 6-fida. *Filamenta* receptaculo inſerta.

17. ALETRIS. *Cor.* infera, 6-fida, rugoſa.

18. POLYANTHES. *Cor.* infera, 6-fida: tubo curvato.

19. HEMEROCALLIS. *Cor.* infera, 6-partita. *Stam.* declinata.

20. ORNITHOGALUM. *Cor.* infera, 6-petala: *filamentis* alternis baſi dilatatis.

21. FRITILLARIA. *Cor* infera, 6-petala, baſi foveâ nectariferâ, ovata.

22. LILIUM. *Cor.* infera, 6-petala: *petalis* baſi canaliculato-tubuloſis.

**** *Flores incompleti.*

23. ORONTIUM. *Spadix* cylindricus. *Folliculus* 1-ſpermus.

24. ACORUS. *Spadix* cylindricus. *Capſ.* 3-locularis,

25. CALAMUS. *Spadix* ramoſus. *Bacca* 1-ſperma, retrorſum ſquamoſa.

26. FLAGELLARIA. *Spadix* ramoſus. *Bacca* 1-ſperma, lævis.

27. CORYPHA. *Spadix* ramoſus, *Drupa* 1-ſperma.

28. JUNCUS. *Cal.* 6-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.

DIGYNIA.

29. ORYZA. *Gluma* 1-flora. *Cor.* 2-valvis. *Semen* 1, oblongum.

TRI-

TRIGYNIA.

30. MELANTHIUM. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala, infera: *petalis* ſtaminiferis.

31. RUMEX. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala, infera. *Semen* 1, triquetrum.

TETRIGYNIA.

† 32. SPATHIUM. *Cal.* ſpatha ſubrotunda. *Cor.* 0. *Baccæ* quatuor, 1-ſpermæ.

MO-

MONOGYNIA.

GENUS I. BROMELIA.

Charact. Gener. *Cal.* 3 - fidus, ſuperus. *Petala* 3 : ſquamâ nectariferâ ad baſim. *Bacca* 3 - locularis. Lin. ſy. pl. G. 427.

Sp. 1. BROMELIA ANANÁS. α Tlài Thom.
Differ. ſpec. Brom. *foliis* ciliato-ſpinoſis : *ſpicâ* comoſâ. Lin. ſp. 1.
Hab ; & notæ. *Caulis* 1 - pedalis, perennis, craſſus, teres, erectus, foliis ad baſim imbricatus, fructu magno, ſolitario terminatus. *Folia* 3 - pedalia, ſubulata, margine utrâque ſpinoſa, cananiculata, craſſa, cinereo-glauca, glabra, reclinata. *Bacca* compoſita, 8 pollices longa, cylindracea, ſæpe ſub-conica, ovata, aut ſubrotunda, diametro 5 - pollicari, rubra, ſquamoſa. *Flores* nitidè purpurei, ſingulis baccæ ſquamis ſinguli adnati, ſupra medium exerti, ante matureſcentiam baccæ decidui. *Cal.* 3 - fidus, minimus. *Corolla* oblonga, campanulata, 3 - petala, in acutum deſinens. *Filamenta* 6, tenuia receptaculo inſerta. *Stigmata* 3 : *ſtylo* profundè 3 - ſulcato, & in tres facilè diviſibili. *Baccæ* partiales inferæ, oblongæ, coalitæ, ſuccoſæ, odoræ, dulciſſimæ, ſub-acidæ, ſapidiſſimæ, ſalubres, 1 - loculares : ſeminibus tribus, longiuſculis.
Habitat in magnâ copiâ in agris, & hortis Cochinchinæ, ubi, quamvis optima, vili pretio venditur, præcipuè in provinciâ *Doung-nai* ad decimum gradum latitudinis Borealis.
Anaſſa. Rumph. Amb. l. 8. cap. 41. tab. 81. Ananás. Tournef. Inſt. p. 653. tab. 426, 427, 428. Acoſta. Arom. p. 44.
Virtus : fructus. Diuretica, Stomachica. Ex fermentatâ fit vinum, & hujus ſpiritus, ſapidum quidem, ſed minus ſalubre.
Varietas Bromeliæ occurrit, in Cochinchinâ dicta *Thom nêp*, cujus fuctus ſapore non inferior, in matureſcentiâ permanet viridis, & pulpa alba, ſed ſpecie non differens.

† GENUS II. FLOSCOPA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium infundibuliforme, inferum, piloſum, coloratum; perſiſtens : limbo 3 - fido, laciniis ovatis, curvis, patentibus.
Cor. Petala 3, ovata, erecta, calyci, æqualia.
Stam. Filamenta 6, ſubulata, corollâ longiora. Antheræ lobis binis, ſubrotundis.

Piſt.

Piſt. Germen compreſſo-ovatum, 2-lobum, ſuperum. Stylus ſubulatus, inflexus, longior ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Capſula ſub-ovata, 2-loba, 2-locularis, 1-ſperma.
Sem. Compreſſo-ovata, cornea, ſulcis multis in orbem radiata.
Nom. ab ſpicis in formam ſcopæ collectis, & faſtigiatis.

Char. Genericus. *Calyx* 3-fidus, inferus. *Petala* 3, ovata. *Capſula* 2-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. FLOSCOPA SCANDENS. α Deei hoa chòi.
Differ. ſpec. Floſc. *caule* ſcandente: *foliis* lanceolatis: *flore* faſtigiato.
Hab. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, inermis, acirrhus, ſimplex, longus, teres. *Folia* lanceolata, integerrima, vaginantia, polynervia, baſi ciliata, ſuperius ſcabra, inferius lævia, alterna. *Flos* parvus, dilutè violaceus, pedunculo proprio breviſſimo: ſpicis tenuibus, rigidis, faſciculatis, in formam ſcopæ faſtigiatis.
Habitat agreſtis in montibus Cochinchinæ.

GENUS III. TRADESCANTIA.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Capſ.* 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 430.

– Sp. 1. TRADESCANTIA GENICULATA. α Rau co tia.
Differ. ſpec. Trad. procumbens, hirſuta. Lin. ſpec. 4.
Hab; & notæ. *Herba* annua, *caule* procumbente, hirſuto, geniculato, rubro. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, craſſa, lanuginoſa, pauca. *Flos* violaceus, polygnatus, involucro communi polyphyllo: *perianthio* 3-phyllo, acuto, erecto: *petalis* 3, erectis, calyce longioribus. *Filamenta* 6, ventricoſa (ſicut etiam ſtylus) prope antheras villis multis coloratis circumdata. *Capſ.* 3-locularis.
Habitat inculta in agris, & ſepibus Cochinchinæ.
Ranunculus, ſive Damaſonium repens, Parnaſſiæ foliis villoſis. Plum. ic. 116. f. 2.

† Sp. 2. TRADESCANTIA VAGA. β Xít koàt houng.
Differ. ſpec. Trad. procumbens, hirſuta: ſpathis diphyllis, imbricatis, lunatis: flore monopetalo.
Hab; & notæ. *Planta* annua, hirſuta: *radice* indiviſâ, faſciculata: *caule* ſimplici, procumbente, quandoque repente. *Folia* oblonga, acuta, integerrima, ſtriata, piloſa, baſi vaginantia. *Flos* cyaneus, *pedunculis* axillaribus, longis, polyflöris: *ſpathis* diphyllis, lunatis

tis, imbricatis. *Perianthium* ſemitrifidum, erectum, perſiſtens. *Corolla* 1-petala, limbo 3-fido, æquali tubo. *Stamina* 6, æqualia, obſita pilis multis, longis, cincinnatis. *Stylus* corollâ duplo longior: *ſtigmate* ſimplici. *Capſula* ſupera, 3-gono-oblonga, 3-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* ovatis, glabris, collo conſtrictis.
Habitat inculta Cantone Sinarum.
Obſerv. Hæc planta inter Tillandſiam, & Tradeſcantiam vacillat. Calyx, & corolla Tillandſiæ ſunt: ſtamina, & capſula ad Tradeſcantiam vergunt: ſemina, & ſtylus neutri conveniunt: habitus vero deſignat Tradeſcantiam Criſtatum Linnæi, ſp. 6.

† GENUS IV. ONCUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal Perianthium 2-phyllum, foliolis acutis, erectis, parvis, baſim corollæ amplectentibus.
Cor. Monopetala, ſubcampanulata, piloſa: tubo oblongo, hexagono; ſurſum dilatato: limbo 6-fido, reflexo, parvo, laciniis ſubulatis.
Stam. Filamenta 6, breviſſima, baſi laciniarum corollæ inſiſtentia. Antheræ ſubrotundæ, minimæ.
Piſt. Germen oblongum, ſuperum, 6-ſulcatum, mediâ ſui parte tubo corollæ coalitum. Stylus brevis, 3-partitus. Stigmata 3, oblonga, reflexa, apice 2-fida.
Peric. Bacca corollina, oblonga, 6-gona, 3-locularis, polyſperma.
Sem. ſubrotunda.

Nom. (ὄγκος tumor) a magno tubere, quo radix plantæ tumet.

Char. Gener. *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Cor.* 6-fida, campanulata. *Bacca* 3-locularis.

†

Sp. 1. ONCUS ESCULENTUS. α Khoai bau.
Differ ſpec. Onc. ſcandens: *foliis* cordatis, ſubrotundis: *ſpicis* laxis.
Hab; & notæ. *Frutex* ſcandens, teres, ramoſus, inermis, acirrhus. *Radix* tuber maximum, ovatum; inæquale, farinoſum, edule. *Folia* cordata, ſubrotunda, acuminata, alterna. *Flos* pallidus, ſpicis laxis tenuibus, longis, ſubterminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Obſerv. Puto Dioſcoreæ adſcribi non debere, maximè ratione pericarpii, tum etiam calycis, corollæ, & floris hermaphroditi a Dioſcoreâ differentium.

GENUS V. CANARINA.

Char. Gener. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-fida, campanulata. *Stigmata* 6. *Capſ.* infera, 6-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 480.

† Sp. 1. CANARINA ZANGUEBAR. γ . . .
Differ. ſpec. Canar. ſcandens: *capſulis* 6-locularibus: *foliis* haſtatis, alternis.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, teres, lævis, ramoſus. *Folia* cordato-haſtata, integerrima, glabra, venoſa, alterna, petiolata. *Flos* ſolitarius, lateralis, pallidus: *corollâ* campanulata, 6-fidâ: *ſtaminibus* 6. *Capſula* infera, ſub-ovata, baſi acuta, 6-nervis, 6-locularis, polyſperma, baſi dehiſcens. *Semina* cordata, compreſſa, alâ turbinatâ cincta, odora.
Habitat inculta in orâ Africæ Zanguebar.

GENUS VI. LORANTHUS.

Char. Gener. *Germen* inferum. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, revoluta. *Stamina* ad apices petalorum. *Bacca* 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 478.

† Sp. 1. LORANTHUS COCHINCHINENSIS. α Nhánh gởi nhọn lá.
Differ. ſpec. Lor., *pedunculis* polyfloris, congeſtis: *foliis* acutis.
Hab; & notæ. Planta paraſitica, perennis, *caule* lignoſo, tortuoſo, brevi, ramoſiſſimo. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, oppoſita, denſa, glabra, incurva, reflexa. *Flos* viridi-luteus, axillaris, pedunculis polyfloris, congeſtis. *Perianthium* inferum, 3-phyllum, minimum. *Corolla* ſupera, 1-petala: tubo amplo, hexagono: limbo profundè 6-partito, laciniis lanceolato-linearibus, elaſticè dehiſcentibus, revolutis. *Stamina* 6. *Stylus* longior ſtaminibus: *ſtigmate* ſphærioideo. *Bacca* inter calycem, & corollam, luteo-rubra, coronata: *ſemine* 1, ovato, 6-ſulcato.
Habitat in ramis arborum hortenſium in Cochinchinâ.

† GENUS VII. HEXANTHUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis, 6-phyllus, patens, coloratus, foliolis ſubrotundis, concavis: continens 6 floſculos æquales. Perianthinm proprium o.
Cor. Monopetala, infundibuli-formis, infera: tubo infra medium imperfoſſo: limbo 6-partito, laciniis oblongis, tubo ſubæqualibus, patentibus.

Stam. Filamenta 6, filiformia, ſterilia, ori tubi inſiſtentia, limbo ſubæqualia. Antheræ 6, ovatæ, ſubſeſſiles, ad baſim filamentorum ſterilium inſiſtentes.
Piſt. Germen ovatum, ſupra medinm tubi corollæ impoſitum. Stylus filiformis, corollâ longior. Stigma emarginatum.
Peric. Bacca ovata, 1-ſperma.
Sem. ſubrotundum.
Nom. Hexanthus a floſculis 6, calyci 6-phyllo incluſis.

Char. Gener. *Cal.* communis 6-phyllus : proprius o. *Cor.* 6-partita. *Bacca* 1-ſperma.

† Sp. 1. HEXANTHUS UMBELLATUS. α Cây Ngát.
Differ. ſpec. Hex. *foliis* oblongis : umbellis axillaribus.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, ſubtus venoſa, piloſa, alterna, magna. *Flos* albo-viridis, *umbellis* parvis, axillaribus.
Habitat in montibus Cochinchinæ.
Us: ligni pro ædificiis.

GENUS VIII. DRACÆNA.

Char. Gener. *Cor.* 6-partita, erecta. *Filam.* medio ſub-craſſiora. *Bacca* 3-locularis, 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 458.

Sp. 1. DRACÆNA FERREA. α Cây phất duủ. β Tſiét tsào.
Differ. ſpec. Drac. *arborea*, *foliis* lanceolatis, acutis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſub-ſimpliciſſimus, 8-pedalis, pollicem craſſus, erectus, teres, nodoſus, nodis approximatis, ex foliorum caſu protuberantibus. *Folia* lanceolata, integerrima, ſeſquipedalia, erecta, glabra, petiolis amplexicaulibus, colore fuſco-rubra. *Flos* rubro-purpureus, ſubterminalis: *ſpadyce* diffuſo: *ſpathâ* longâ ſubulatâ, perſiſtente. *Peranthium* proprium 3-fidum, cyathiforme, parvum, perſiſtens. *Corolla* campanulata, 6-partita, infera: laciniis oblongis, obtuſis, patentibus. *Filamenta* 6, ſubulata, corollæ laciniis inhærentia: *antheris* ſagittatis, apice acuto, 2-fido. *Germen* ovatum. *Stylus* ſubulatus, craſſus, 3-fidus, æqualis ſtaminibus: *ſtigmatibus* ſimplicibus. *Pericarpium* Bacca ovata, rubra, parva, 3-locularis, 1-ſperma, plerumque abortiens.
Habitat in Cochinchinâ. & Chinâ tam culta, quam agreſtis.
Terminalis Rubra. Rumph. Amb. l. 6. c. 39. t. 34. f. 2.
Obſerv. Icon Rumphiana cum noſtris cohæret: ſed non ſecundum omnia deſcriptio. Eandem eſſe ſpeciem præſumo, quam in Sinis obſerva-

ſervavit Osbeckius. Neuter illorum, nec alius, quem ſciam, veram, & accuratam deſcriptionem dedit; ideo præcedentem omittere non debui: ex quâ videtur ad familiam Palmarum accedere.

Sp. 2. DRACÆNA ENSIFOLIA. α Cây huong lâu.

Differ. ſpec. Drac. *herbacea*, ſubcauleſcens: *foliis* enſiformibus. Lin. ſp. 4.

Hab; & notæ. Planta herbacea, perennis, ſubcauleſcens. *Radix* horizontalis, repens, ſub-lignoſa, odorifera, ſimplex. *Folia* radicalia congeſta, enſiformia, craſſa, ſtriata, nitida, reflexa, 1-pedalia. *Scapus* 3-pedalis, inferius folioſus, ſuperius nudus, teres tenuis, declinatus: *floribus* terminalibus, ſub-umbellatis. *Cal.* nullus. *Corolla* campanulata, patens: *petalis* 6, lanceolatis, exterius cæruleis, interius albis, parvis. *Filamenta* 6, patentia, baſi dilatata. *Bacca* ſubrotunda, cærulea, 3-ſulcata, 3-locularis, polyſperma, minuta.

Habitat in locis agreſtibus Cochinchinæ.

Gladiolus Odoratus, Indicus. Rumph. Amb. l. 8. c. 25. t. 73.

Obſerv. Celeb. Linnæi ſententiam ſecutus hanc plantam Dracænæ adjunxi: proprio judicio ductus illam potius Ornithogalo adſcriberem.

Uſus. Ex radice contuſâ, ſimul cum aliis aromatibus formantur paſtilli, & bacilli, qui fumum efflant odoratum, indiginis gratum. Decoctum ejus in Medicinâ prodeſt contra dyſuriam, gonorrhæam, & fluorem album.

GENUS IX. CRINUM.

Char. Gener. *Cor.* infundibuliformis, 1-petala, 6-partita: laciniis tribus alternis uncinatis. *Germen* fundo corollæ tectum. *Stamina* diſtantia. Lin. ſy. pl. G. 438.

Sp. 1. CRINUM ASIATICUM. α Cây chuôi nuóc. β Mân ſŷ lân.

Differ. ſpec. Crin. foliis carinatis. Lin. ſp. 2.

Hab; & notæ. *Radix* bulbus ſolidus, turbinatus, radiculis longis, ramoſis undique ſeptus. *Caulis* brevis, craſſus, tunicatus, albus, cæpæformis, perennis, ſimpliciſſimus. *Folia* 3-pedalia, 3 pollices lata, ſubulato-linearia, erecta, carinata, ſtriata, craſſa, imbricata. *Scapi* axillares, nudi, teretes, foliis æquales. *Flos* albus magnus, umbellâ ſimplici, planâ. *Involucrum* commune umbellæ oblongum: *calyx* proprius nullus. *Corolla* 1-petala, tubo longo, tenui: *limbo* 6-partito, laciniis ſubulato-linearibus, longis, reflexis. *Filamenta* 6, baſi declinata, ſuperius erecto-curva, filiformia, corollæ æqualia: *antheris* acutis, incumbentibus. *Corollæ* laciniæ omnes æquales,

les, nec uncinatæ. *Capſula* infera, ſubrotunda, incomptè lobata, 3-locularis, polyſperma. *Stamina* diſtantia.
Habitat loca humida in Cochinchinâ.
Radix Toxicaria. Rumph. Amb. l. 11. c. 45. t. 69.
Virtus hujus plantæ mihi non experta: a Rumphio magnis laudibus extollitur, tanquam promptiſſimum remedium contra ictus quoslibet venenatos, tam telis toxico imbutis, quam morſu animalium inflictos. Maſticata radix debet topicè applicari vulneri, & pars aliqua deglutiri, ſic enim per vomitum venenum expellitur, & a vulnere pariter exhalatur. Tumens abdomen, & œdematoſos pedes etiam curari aſſerit, ſi plantæ hujus folia ad ignem calefacta tumori imponas, & comprimas.

Sp. 2. CRINUM ZEYLANICUM. α Tỏi lợi. β Sān toát.
Differ. ſpec. Crin. *foliis* ſcabro-dentatis: *ſcapo* compreſſiuſculo. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Caulis* nullus. *Radix* bulbus magnus, ſubrotundus, tunicatus, albus. *Folia* lanceolato-linearia, 1-pedalia, ſub-incurva, reflexa, craſſa, glabra, nec dentata. *Scapus* polyflorus, brevis, compreſſus, umbellâ terminatus. *Flos* albus, involucro univerſali 2-valvi: *ſpatha* partiali 1-flora, ſimplici, lineari. *Corollæ* tubus cylindricus, longus, limbus 6-partitus, reflexus, laciniis lanceolatis, nec uncinatis. *Filamenta* rubra, filiformia diſtantia, corollæ æqualia: *antheris* linearibus, nutantibus. *Stylus* longior ſtaminibus. *Stigma* ſimplex.
Tulipa Javanica. Rumph. Amb. l. 8. c. 80. t. 105. Lilio-narciſſus, Zeylonicus, latifolius, flore niveo, lineâ purpueâ ſtriato. Commel. hort. 1. p. 73. t. 73.
Habitat loca arenoſa in Cochinchinâ, & China.
Virt. radicis. Incidens, Pellens, Diuretica. Frequenter uſus ſum loco Scillæ, quam in Aſiâ non vidi, & ſimilem virtutem habere cognovi. Heroïcè operatur in tumore, duritie, & dolore ventris poſt partum, quando ſimul cum Curcumâ rotundâ contuſa, & calefacta, addito aceto, ventri apponitur, & lochia ſolvit.

GENUS X. PONTEDERIA.

Char. Gener. *Cor.* 1-petala, 6-fida, bilabiata. *Stam.* 3, apici, ſive tubo corollæ inſerta- *Capſ.* 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 431.

Sp. 1. PONTEDERIA CORDATA. α Boung mác cây.
Differ. ſpec. Pont. *foliis* cordatis: *floribus* ſpicatis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Planta* ſub-acaulis. *Folia* cordato-ſagittata, longa, glabra:

bra : petiolis ſubulatis , 2 - pedalibus. *Scapus* nudus , 4 - pedalis. *Flos* cæruleus , ſpicis longis , erectis , terminalibus. *Corolla* patentiſſima 6 - partita , laciniis 3 interioribus ovatis , exterioribus oblongis , omnibus longitudine æquualibus. *Cal.* ſpatha. *Capſ.* 3 - locularis.

Habitat in paludibus Cochinchinæ.

Burm. Ind. p. 80. Sagittariæ ſimilis planta paluſtris , Virginiana , ſpicâ florum cæruleâ. Moriſ. hiſt. 3. p. 618. t. 4. f. 8.

Sp. 2. PONTEDERIA HASTATA. α Roung mác lá.

Differ. ſpec. Pont. *foliis* haſtatis : *floribus* umbellatis. Lin. ſp. 4.

Hab ; & notæ. *Planta* ſub-acaulis. *Folia* ſub-haſtata , glabra : petiolis Craſſis , diffuſis , 2 - pedalibus. *Scapus* nullus. *Flos* cyaneus , umbellâ ſeſſili , prope apicem petioli in membranam dilatati erumpente. *Cal.* ſpatha. *Pedunculi* partiales longi. *Corolla* ſupera , 6 - partita , inæqualis. *Capſula* ovata , 3 - locularis , polyſperma. *Filamenta* 6 , corollæ inſiſtentia.

Habitat prope ripas fluminis interfluentis metropolim Cochinchinæ.

Sagittaria Zeylanica , floribus e medio caulis prodeuntibus. Burm. Zeyl. p. 208. Sagittæ quodammodo ſimilis planta Maderaſpatana , floribus medio caule , quaſi ex utriculo prodeuntibus. Moriſ. hiſt. 3. p. 618. t. 4. f. 7.

GENUS XI. LEUCOIUM.

Char. Gener. *Cor.* campaniformis , 6 - partita , apicibus incraſſata. *Stima* ſimplex. Lin. ſy. pl. G. 434.

† Sp. 1. LEUCOIUM CAPITULATUM. α Hùynh lon.

Differ. ſpec. Leuc. *ſpathis* 1 - floris : *capitulis* radicalibus : *foliis* plicatis.

Hab ; & notæ. *Planta* herbacea , perennis , ſub-acaulis. *Radix* bulbus ſolidus , fuſcus , inæqualis. *Folia* lato-lanceolata , magna , duriuſcula , integerrima , in longitudinem plicata : *petiolis* craſſis , 3 - quetris , 1 - pedalibus , baſi imbricatis. *Flos* capitulo magno ſubrotundo : *pedunculo* communi radicali , ancipiti , brevi , craſſo , reflexo. *Calyx* ſpatha partialis , 1 - flora. *Corolla* petala 6 , baſi cohærentia , ſubovata , inæqualia , apicibus , incraſſata , interius coloris aurei , exterius fuſca , piloſa. *Capſula* infera , 3 - gona , 3 - locularis , polyſperma. *Stamina* 6 , brevia , æqualia. *Stigma* ſimplex.

Habitat inculta , non frequens , in Cochinchinâ.

GE-

GENUS XII. AMARYLLIS.

Char. Gener. *Cor.* 6 - petala, campanulata. *Stigma* 3 - fidum. Lin. ſy. pl. G. 439.

Sp. 1. AMARYLLIS SARNIENSIS. β Hiüien tsào. α Tuyen thao.
Differ. ſpec. Amar. *ſpathâ* multiflora : *corollis* revolutis : *genitalibus* erectis. Lin. ſp. 8.
Hab ; & notæ. *Radix* bullus ovatus, tunicatus. *Folia* radicalia, enſiformia, ſtriata, glabra, reflexa. *Scapus* ſeſquipedalis, teres, nudus, foliis longior. *Spatha* multiflora, oblonga, obtuſa : *floribus* paniculatis, 12 circitur. *Corolla* 6 - petala, campanulata, revoluta : *petalis* lanceolatis, luteis, intus rubro punctatis : *ſtaminibus*. 6, longis, erectis. *Capſula* infera, 3 - locularis, polyſperma. *Stigma* 3 - fidum.
Habitat, ob pulchritudinem culta in Sinis.
Thunb. Jap. p. 131. Narciſſus Japonicus rutilo flore. Kaempf. Amæn. p. 872. Tourn. Inſt. p. 386. t. 207. Lilio-Narciſſus Japonicus.

GENUS XIII. HYPOXIS.

Char. Gener. *Cor.* 6 - partita, perſiſtens, ſupera. *Capſ.* baſi anguſtior. *Cal.* gluma 2 - valvis. Lin. ſy. pl. G. 450.

† Sp. 1. HYPOXIS AUREA. α . . .
Differ. ſpec. Hyp. acaulis, piloſa : *ſcapo* 1 - floro : *capſulis* oblongis.
Hab ; et. Planta acaulis, annua. *Folia* ſubulata, canaliculata, reflexa, ſemipedalia, conferta. *Scapus* nudus, teres, tenuis, foliis æqualis, 1 - florus. *Corolla* campanulata, 6 - partita, æqualis, intus aurea, exterius ſub-viridis, piloſa. *Stamina* 6. *Capſula* infera, oblonga, triquetra, piloſa, 3 - locularis, polyſperma Cal. ſpatha parva, 2 - valvis ?
Habitat in colle arenoſo *Son Koung* in Cochinchinâ.

† GENUS XIV. LIRIOPE.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha 1 - valvis, ovata, incurva, 1 - flora, parva, perſiſtens.
Cor. Campanulata, infera, 6 - partita, patens : laciniis oblongis, reflexis, carnoſis, æqualibus.

Stam.

Stam. Filamenta 6, ſubulata, erecta, æqualia, corollâ breviora, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum, ſuperum. Stylus craſſus, ſulcatus, reflexus, æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca ovato, glabra, carnoſa, 1-ſperma.
Sem. 1, ovatum.
Nom. (Liriope Nympha mater Narciſſi) ex florum qualicumque cognatione, ſimilique colore cæruleo. Cærula Liriope. Ovid. Metam. l. 3. v. 342.

Char. Gener. *Cor.* 6-partita, infera. *Spatha* ovata. *Bacca* 1-ſperma.

† Sp. 1. LIRIOPE SPICATA. α Taóc tien. β Mac lân.
Differ. ſpec. Lir. *foliis* enſiformibus, glabris: *ſpicâ* tereti.
Hab. Planta acaulis, perennis. *Radix* bulbus oblongus, ſolidus, fuſcus ſeptus radiculis ſerpentibus. *Folia* plurima, congeſta, enſiformia, ſtricta, glabra, ſuberecta, 1-pedalia. *Scapus* nudus, teres, tenuis rectus, foliis ſubæqualis. *Spica* ſolitaria, longa, teres, ſimplex, terminalis, erecta. *Flos* minuſculus, albo-cæruleus, innodorus.
Habitat frequenter culta, incultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.
Virt. Refrigerans. Foliorum decocto firmari dicuntur capilli.

GENUS XV. ALLIUM.

Char. Gener. *Cor.* 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Umbella* congeſta. *Capſula* ſupera. Lin. ſy. pl. G. 442.

Sp. 1. ALLIUM SATIVUM. α Cây toi. β Suón.
Differ. ſpec. All. *caule* planifolio, bulbifero: *bulbo* compoſito: *ſtaminibus* 3-cuſpidatis. Lin. ſp. 11.
Hab; & notæ. *Caulis* ſeſquipedalis, craſſus, teres, ſimpliciſſimus: bulbo, compoſito, ſubrotundo-lobato, albo, ſæpe rubeſcente. *Folia* plana, craſſa, ſubulato-linearia. *Flos* rubeſcens, umbellà capſuliferâ, ſub-rotundâ. *Stamina* 3-cuſpidata.
Colitur ubique in Cochinchinâ, & Chinâ: hîc quidem floret, non illic, ſed per bulbos multiplicatur.
Tournef. Inſt. p. 383. t. 206. Berg. Mat. Med. p. 266.
Virt. Attenuans, Diaphoretica, Alexiteria, Pectoralis, Diuretica.
Uſus: cibarius, non alibi, quam in Sinis, frequentior.

Sp. 2. ALLIUM CEPA. α Cây hành. β Tsüm Xi.
Differ. ſpec. Al. *ſcapo* nudo, infernè ventricoſo, longiore foliis teretibus. Lin. ſp. 33.

Hab; & notæ. *Folia* radicalia, ſubteretia, tubulata, ſuccoſa. *Radix* bulbus tunicatus, ſubrotundus, magnus, exterius ſæpius rubeſcens. *Scapus* nudus, teres, 2-pedalis, ad baſim ventricoſus. *Flos* albus, umbellâ magnâ, ſubrotundâ: pedunculis longiuſculis.

Colitur abundanter in Cochinchinâ, & Chinâ. Cum vero in Cochinchinâ non floreat, plantatur diviſis bulbis, qui naſci ſolent congeſti, parvi, & angulati: ſapore autem, & odore Europæis excellunt, ſicut etiam folia, quorum uſus ad condimenta frequentior.

Tournef. Inſt. p. 382. tab. 205. Berg. Mat. Med. p. 274.

Virt. Maturans, Pectoralis, Diaphoretica, Diuretica. In promovendâ Diaphoreſi imprimis excellit; ideoque Medici indignæ cepam recentem frequenter adhibent decoctis, quibus febres per perſpirationem curare intendunt.

Sp. 3. ALLIUM TRIQUETRUM. α Kieu. β Kiái: Kiao thêu.

Differ. ſpec. Al. *ſcapo* nudo, *foliiſque* triquetris: *ſtaminibus* ſimplicibus. Lin. ſp. 32.

Hab; & notæ. *Folia* radicalia, triangularia, ſub-pedalia. *Bulbus* oblongus tunicatus, parvus, albus. *Scapus* nudus, tenuis, teres, foliis ſubæqualis. *Flos* dilutè violaceus: *umbellâ* planâ: *ſtaminibus* ſimplicibus.

Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ.

Allium caule triangulo. Tournef. Inſt. p. 385. Moly parvum, caule triangulo. Bauh. Pin. p. 75.

Uſus præcipuus Culinarius. Præditum odore, & ſapore debili, nec ingrato, vices Porri agit, & variis modis præparatum menſis apponitur.

Virtus in re Medicâ. Emolliens, & Reſolvens; valetque iu tumore, & inflamatione mamillarum, ſi contuſum cum pauco ſale, & ſemiaſſum calidè applicetur.

Sp. 4. ALLIUM ASCALONICUM. α Cây nén.

Differ. ſpec. All. *ſcapo* nudo, tereti: *foliis* ſubulatis: *umbellâ* globoſâ: ſtaminibus 3-cuſpidatis. Lin. 25.

Hab; & notæ. *Radix* bulbus rotundus, ſub-ſolidus, congeſtus, albicans, parvus, nuci avellanæ vix æqualis. *Folia* radicalia, ſubulato-linearia. *Scapus* nudus, brevis, teres. Florem non vidi.

Colitur in Cochinchinâ, nec ibi rarum. Exiſtimo, quod non floreat, vel rariſſimè.

Uſus: Eſculentus. Odore, & ſapore Omnium ſpecierum gratiſſima: virtutem non probavi: puto, quod a Cepâ vix differat.

Cepa ſterilis. Bauh. Pin. p. 72. n. 7. Cepa foliis ſubulatis, radicibus oblongis, conglobatis. Hort. Cliff. p. 136.

Sp. 5. ALLIUM ODORUM. β Kieù : Kháo. α He taù : Phỉ thẻ.

Differ. ſpec. Al. *ſcapo* nudo, teretiuſculo : *foliis* linearibus canaliculatis, ſubtus angulatis : *umbellâ* faſtigiatâ. Lin. ſp. 27.

Hab; & notæ. *Folia* radicalia, linearia, canaliculata, ſubtus angulata. *Bulbus* oblongus, albus, tenuis. *Scapus* nudus, ſubteres, 8 pollices altus. *Flos* violaceus, umbellâ pauciflorâ, faſtigiatâ.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.

Uſus : ad condiendos Cibos : potens nidore, & ſapore, inter allium ſativum, & Cepam medio.

Thunb. Japon. pag. 132.

Sp. 6. ALLIUM ANGULOSUM. α Cây hẹ. β Kieù tsải.

Differ. ſpec. Al. *ſcapo* nudo, ancipiti : *foliis* linearibus, cananiculatis : *umbellâ* faſtigiatâ. Lin. ſp. 28.

Hab; & notæ. *Folia* radicalia, linearia, canaliculata, carnoſa, ſubtus ſubangulata, 6 pollices longa. *Radix* bulbus linearis, albus, tunicatus, tenuiſſimus, repens. *Scapus* nudus, anceps, foliis ſubæqualis. *Flos* albus, umbellâ planiuſculâ, pauciflora.

Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ : amat loca humida.

Cepa ſcapo nudo, ſubangulato, farcto, foliis linearibus, ſubtus angulosis, ſtaminibus corollâ brevioribus. Gmel. Sibir. 1. p. 58. t. 14. f. 2.

Uſus. Odor, & ſapor ferè idem, qui præcedentis. Dubitari licet ex ipſâ deſcritione Lin., an ſint diverſæ ſpecies, vel ſolum varietates ? In Cochinchinâ pro condimentis præſcinduntur folia, quæ ſenſim renaſcuntur : bulbi enim vix notabiles.

GENUS XVI. ALOE.

Char. Gener. *Cor.* erecta, ore patulo, fundo nectarifero. *Filamenta* receptaculo inſerta. Lin. ſy. pl. G. 464.

Sp. 1. ALOE PERFOLIATA. α Cây Nha dam : Lu hội. β Lú hóei.

Differ. ſpec. Al. *floribus* corymboſis, cernuis, ſubcylindricis. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. Planta ſubacaulis, perennis. *Folia* ſeſquipedalia, ſubulata, carnoſa, exterius convexa, interius ſub-plana, glauca, glabra, amplexicaulia, imbricata, margine utrâque ſpinoſo-dentata. *Scapus* teres, ſubnudus, foliis longior. *Flos* luteo-ruber, corymbo ſub-cylindrico, terminali, cernuo. *Cal.* o. *Corolla* campanulata oblonga, 6-fida : limbo brevi, patente. *Stamina* 6, erecta, receptaculo inſidentia, corollæ ſubæqualia. *Capſula* ſupera, 3-locularis, polyſperma.

Habitat agreſtis in vaſtis arenariis regni Champavæ.

Aloe ſocotorina. Garc. Arom. l. 1. c. 2. Kadanaku, ſive Catevala. Rheed. Malab. l. 11. cap. 7. tab. 3.

Virtus. Purgans, Emmenagoga, Anthelminthica, Antiputredinoſa, Vulneraria. Extractum Aloes, quo utimur, fit ex hac plantâ. Ex foliis recentibus, & contuſis exprimitur ſuccus, qui brevi tempore inſpiſſatur ad ſolem, in Zonâ Torridâ ardentiſſimum. Ex puro ſucco fit Aloe Hepatica, & Sucotorina, quæ inter ſe vix differunt, niſi Velis Socotorinam dici quæ in inſulâ Socotorâ paratur, & inde exportatur. Caballina vero ex eâdem origine procedit, ſed fæcibus inquinata.

Utuntur etiam Cochinchinenſes Aloe, ut ex illâ parent gratum ferculum; nec inſalubre. Excoriata folia in longas taleolas dividunt, quas primò in aquâ alumnis macerant, poſtea in frigidâ: inde, addito modico ſaccharo, leviter coquunt, manentque albiſſimæ, & diaphanæ, teneræquidem, non tenaces, depoſito omni virore, amaritie, & vi purgante, oculis, palato, & ſtomacho jucundæ.

GENUS XVII. ALETRIS.

Char. Gener. *Cor.* infundibuliformis, rugoſa. *Stam.* inſerta laciniarum baſi. *Capſ.* 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 462.

† Sp. 1. ALETRIS COCHINCHINENSIS. α Cây Boủng boủng.

Differ. ſpec. Al. cauleſcens: foliis lanceolato-linearibus, reflexis, flore paniculato.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6-pedalis, ſimpliciſſimus, erectus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, nitida, reflexa, alterna, amplexicaulia. *Flos* terminalis, viridi-luteus, racemo laxo. *Cal.* o. *Corolla* infera, rugoſa: tubo cylindrico: limbo 6-fido, reflexo, laciniis linearibus. *Stamina* 6, corollæ inſerta. *Capſula* 3-gono-rotunda, 3-locularis, 1-ſperma.

Habitat in Cochinchinâ in hortis culta; puto, quod etiam inculta.

Uſus. Foliorum ſucco utuntur indiginæ ad tingenda liba colore viridi: floribus elixis veſcuntur.

GENUS XVIII. POLYANTHES.

Char. Gener. *Cor.* infundibuliformis, incurva, æqualis. *Filam.* corollæ fauci inſerta. *Germen* in fundo corollæ. Lin. ſy. pl. G. 460.

Sp. 1. POLYANTHES TUBEROSA. α Hoa huệ.

Differ. ſpec. Pol. *floribus* alternis. Lin. ſp. 1.

Hab;

Hab; & notæ. *Radix* bulbus tunicatus, albus. *Folia* radicalia ſubulata, longa, curva, reflexa, glabra. *Scapus* 3-pedalis, teres, rectus, veſtitus foliis raris brevibus, aliquando ramoſus. *Flos* albus, odoratiſſimus, alternus, ſpicâ longâ, terminali. *Cal.* nullus. *Corolla* tubo craſſo, longo, ad baſim recurvo: limbo brevi, 6-fido; patente, laciniis rotundatis. *Filamenta* 6, brevia, corollæ fauci inhærentia. *Capſula* 3-gono-rotunda, ſupera, 3-locularis, polyſperma. *Planta* perennis, ſcapo annuo. Amboinenſis folia, Rumphio teſte, ulnam longa, noſtræ vix ultra pedem, nec anguſtiſſima.

Habitat ubique in Cochinchinæ hortis; & quanquam ob eximiam fragrantiam æſtimabilis, facillimè colitur, & propagatur per bulbos.

Amica Nocturna. Rumph. Amb. l. 8. c. 69. t. 98. Hyacinthus Indicus, Tuberoſus. Tournef. Inſt. p. 347.

GENUS XIX. HEMEROCALLIS.

Char. Gener. *Cor.* campanulata: tubo cylindrico. *Stamina* declinata. Lin. ſy. pl. G. 467.

Sp. 1. HEMEROCALLIS FULVA. α Rau hiến. β Kim châm hòa.

Differ. ſpec. Hem. *corollis* fulvis. Lin. ſp. 2.

Hab; & notæ. *Caulis* 4-pedalis, erectus, ſimpliciſſimus, glaber. *Radix* faſciculata, bulbis ſubulatis. *Folia* ſubulata, longa, canaliculata, glabra, reflexa. *Flos* magnus, luteo-ruber, paniculâ terminali, pauciflorâ. *Cal.* o. *Corolla* infundibuliformis, infera, tubo cylindrico, longiſſimo: limbo amplo, 6-partito, patente, undulato. *Stamina* 6, declinata, corollæ æqualia. *Capſula* 3-gona, 3-locularis, polyſperma.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. p. 84. Thunb. Japon. p. 142. Lilium rubrum, Aſphodeli radice. Bauh. Pin. p. 80. n. 2.

Uſus. Floribus iſtis tum recentibus, tum exſiccatione conſervatis, & cum carnibus elixatis veſcuntur libenter indiginæ.

Variat flore pleno, laciniis corollæ 10, ſtaminium numero indeterminato, habitu, & colore ſimilis.

GENUS XX. ORNITHOGALUM.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala, erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. *Filamenta* alterna baſi dilatata. Lin. ſy. pl. G. 451.

Sp. 1.

† Sp. 1. ORNITHOGALUM SINENSE. a Tiēn ſuón.

Differ. ſpec. Orn. *ſcapo* tereti, ſulcato: *ſpicâ* ſimplici, longâ, erectâ.

Hab; & notæ. *Radix* bulbus ovatus, tunicatus, ſeſquipollicem longus. *Folia* radicalia, ſubulato-linearia, ſtricta, canaliculata, glabra. *Scapus* ſimpliciſſimus, 2-pedalis, rectus, teres, polyſulcus, nudus. *Flos* parvus, violaceus: ſpicâ ſimplici, longâ, erectâ: pedunculis propriis brevibus. *Cal.* communis o: proprius ſpatha lanceolata, parva, perſiſtens. *Corolla* infera, profundè 6-partita, erecta. *Stamina* 6, æqualia, integra, alterna baſi dilatata. *Capſula*, 3-gono-ovata, 3-locularis, 1-ſperma.

Habitat Cantone Sinarum.

Obſerv. Hæc ſpecies magnam affinitatem habet cum Ornithogalo Japonico. Thunb. Jap. p. 137. Attamen in noſtrâ, quam domi colui, flos in ſpicam nullatenus ramoſam, ſive racemoſam attollitur. Petala nec ſunt diſtincta, nec ſatis patentia. Foliolum, quod corollæ ſupponitur, illam involvebat, ideoque ſpatham voco, non bracteam.

GENUS XXI. FRITILLARIA.

Char. Gener. *Corolla* 6-petala, campanulata, ſupra ungues cavitate nectariferâ. *Stam.* longitudine corollæ. Lin. ſy. pl. G. 444.

† Sp. 1. FRITILLARIA CANTONIENSIS. a Lin ni hōa.

Differ. ſpec. Frit. *foliis* trinerviis, ſummis oppoſitis: *floribus* geminis, axillaribus.

Hab; & notæ. *Caulis* annuus, ſimpliciſſimus, durus, tenuis, teres, erectus, $1\frac{1}{2}$-pedalis. *Folia* 3-nervia, glabra, integerrima, baſi rotundata, inde conica, acumine longo, inferiora alterna, ſuprema oppoſita. *Flos* axillaris, 2-natus, pendulus, fuſco-purpureus totus, inodorus. *Cal.* nullus. *Corolla* 6-petala, craſſa, 6-gona, erecta, ſubclauſa: *ſtaminibus* 6, corollæ æqualibus. *Stylus* ſublongior, 3-fidus: *ſtigmatibus* ſimplicibus. Petalorum baſis crenâ nectariferâ. *Capſula* ſupera, ſubrotunda, 3-loba, 3-locularis, polyſperma: *ſeminibus* 3-4, inæqualibus.

Colitur Cantone Sinarum.

Obſerv. Colore convenit cum Frit. Serotinâ atropurpureâ. Bauh. Pin. p. 64. n. 8. Convenit etiam in ſitu variante foliorum cum Frit. Pyrenaicâ Linnæi ſp. 5. ab utrâque tamen ſpecie differt.

GE-

GENUS XXII. LILIUM.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala, campanulata: lineâ longitudinali, nectariferâ. *Capſ.* valvis pilo cancellato connexis. Lin. ſy. pl. G. 443.

Sp. 1. LILIUM CANDIDUM. β Pĕ hŏ. α Bạch hạp hōa.
Differ. ſpec. Lil. *foliis* ſparſis: *corollis* campanulatis, intus glabris. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Radix* bulbus ſquamoſus, ſubrotundus. *Caulis* 3-pedalis, annuus, ſimpliciſſimus, rectus, teres, folioſus totus. *Folia* ſparſa, radicalia ſubulata, caulina lanceolata, ſtriata. *Flores* terminales, pauci, magni, albiſſimi, inodori: *calyce* nullo: *corollâ* reflexâ, campanulatâ, petalis 6, ſemirevolutis, intus glabris, lineâ longitudinali exaratis. *Stigma* 3-gonum. *Capſula* trigono-oblonga, 3-locularis, polyſperma.
Colitur in Chinâ, & Cochinchinâ.
Hall. Helv. n. 1231. Lilium album, floribus dependentibus. Bauh. Pin. p. 76. n. 2.
Virtus: radicis. Emolliens, Anodyna.

Sp. 2. LILIUM POMPONIUM. β Cuōn tán hōa.
Differ. eſpec. Lil. *foliis* ſparſis, ſubulatis: *floribus* reflexis. *Corollis* revolutis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Radix* bulbus ſquamoſus. *Caulis* 2-pedalis, annuus, rectus, teres. *Folia* ſparſa, ſubulata, ſtriata. *Flos* terminalis, paucus, magnus, reflexus. *Calyx* nullus. *Corolla* 6-petala, integrè revoluta, croceo-rubra, intus ſcabra, maculis nigris punctata. *Flos* pulcherrimus, inodorus. *Bulbi* globoſi, parvi, nigri, axillis foliorum adnati.
Colitur Cantone Sinarum.
Thunb. Japon. p. 134. Lilium montanum, floribus reflexis, rubris, maculis purpureis inſcriptum, foliis anguſtioribus. Amman. Ruthen. p. 106. n. 139.

Sp. 3. LILIUM CAMSCHATCENSE. β Chū tán hōa. α Lon dièo tàu.
Differ. ſpec. Lil. *foliis* verticillatis: *flore* erecto, *corollâ* campanulata, *petalis* ſeſſilibus. Lin. ſp. 8.
Hab; & notæ. *Radix* bulbus ſubrotundus, ſquamoſus, parvus. *Caulis* annuus, 1-pedalis, ſimpliciſſimus, teres. *Folia* ſparſa, verticillataque, lanceolato-linearia, erecta, glabra. *Flos* terminalis, paucus, erectus, ſeſquipollicaris, coccineus. *Cal.* nullus. *Corolla* 6-petala, campanulata, ſub-erecta, nec revoluta, baſi attenuata: *filamentis* corol-

corollâ brevioribus. *Stigma* 3-gonum. *Capſula* ſupera, trigono-oblonga, 3-locularis, polyſperma.
Habitat in Chinâ: in Cochinchinâ rarius.
Lilium reflexum, montanum, humile, anguſtifolium; aurantium, Sarana Mungulis. Amman. Ruthen. pag. 105. n. 138.

GENUS XXIII. ORONTIUM.

Char. Gener. *ſpadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6-petalæ, nudæ. *Stylus* nullus: *folliculi* 1-ſpermi. Lin. ſy. pl. G. 469.

† Sp. 1. ORONTIUM COCHINCHINENSE. α Thuỷ xương bồ. β Xui châm pú.
Differ. ſpec. Or. *foliis* enſiformibus, longis, carinatis.
Hab; & notæ. *Planta* perennis, caule ſubnullo. *Radix* horizontalis, ſimplex, repens, articulata, ſulcis articularibus approximatis, radiculas emittentibus, compreſſa, exterius fuſca, intus pallida, ſubaromatica. *Folia* enſiformia, dorſo utrinque elevato, 3-pedalia, pollicem lata, glabra, ad baſim equitantia, ſuperius expanſa. *Scapus*, pedunculi, calyx nulli. *Spadix* cylindricus, 2-pollicaris, ſolidus floſculis tectus, e latere folii ſupra medium erumpens. *Corollæ* 6-partitæ, patentes, nudæ: *ſtaminibus 6. Stylus nullus. Stigma obtuſum. Bacca* ſubrotunda, exſucca, vel, ſi malis, folliculus 1-ſpermus, ſuperus.
Habitat in paludibus, & locis aquoſis Cochinchinæ, & Chinæ, non fluctuans.
Acorum Paluſtre. Rumph. Amb. l. 8. c. 23. pag. 179. t. 72. f. 1. Orontium Japonicum. Thunb. Jap. p. 144.
Obſerv. Quamvis Amboinenſis, & Japonica ſpecies non omnino cum noſtrâ cohæreant, multo magis ab omnibus differt Americana a Linnæo expoſita. Amæn. Acad. 3. p. 17. t. 1. f. 3.

GENUS XXIV. ACORUS.

Char. Gener. *Spadix* cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6-petalæ, nudæ. *Stylus* 0. *Capſ.* 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 468.

Sp. 1. ACORUS CALAMUS. α Thạch xương bồ. β Xĕ châm pú.
Differ. ſpec. Ac. *foliis* enſiformibus, brevibus, planiuſculis.
Hab; & notæ. *Planta* perennis, caule nullo. *Radix* horizontalis, repens, ſimplex, tenuis, compreſſa, articulis multis, ſubrotundis, exterius fulvis: odore aromatico, ſapore ardenti, amaricante. *Folia* enſiformia, vix pedalia, ſub-plana, erecta, equitantia. *Spadix* digi-

digitiformis, parvus, floſculis tectus, e folio prodiens infra apicem. Floſculos, & capſulam non vidi.

Habitat in montibus, & locis petroſis Cochinchinæ, & Chinæ.

Acorus Terreſtris. Rumph. Amb. l. 8. c. 23. p. 178. Acorus Aſiaticus; radice tenuiore. Burm. Zeyl. p. 6. Herm. Lugdb. p. 9.

Virt. Rad. Attenuans, calefaciens, Deobſtruens. Vocem, auditum, & viſum acuit. Prodeſt contra vertiginem, & melancholiam, ac anorexiam. Uſus apud Aſiaticos præcipuus in decoctis.

Obſerv. Cum Orontium, & Acorus in Indiâ eâdem ferme gaudeant formâ, & illius fructus, non iſtius a me obſervatus fuerit, adhuc dubius maneo, an genere differant? Orontio in Medicinâ vix aliquis utitur. Acoro multi, & efficaciter.

GENUS XXV. CALAMUS.

Char. Gener. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Bacca* exarida, 1-ſperma, retrorſum imbricata. Lin. ſy. pl. G. 470.

Habitus communis Generi. *Caulis* perennis, ſimpliciſſimus, longus, teres, inermis, ſolidus, articulatus, procumbens, vel ſcandens, acirrhus. *Frondes* magnæ, palmiformes, alternæ, reclinatæ, vaginantes, vaginis articulos veſtientibus, ſpinoſis: ſtipitibus pariter ſpinoſis. *Folia* alterna, ſub-lanceolata, integerrima, vix pedem longa, ſæpe 3-nervia, pilis longis, duriuſculis, raris. *Flos* plerumque hermaphroditus, ſubterminalis: *ſpadyce* uno, vel pluribus, ramoſis, magnis diverſæ formæ in diverſis ſpeciebus: *ſpathis* vel communi, vel partialibus, raro nullis. *Bacca* ſemper 1-ſperma, arida, ſubrotunda, parva, ſupera, rotrorſum imbricata, ſquamis plurimis, ſubrotundis, ordinatis, arctatis, coriaceis.

† Sp. 1. CALAMUS PETRÆUS. α Mây dá.

Differ. ſpec. Cal. *caule* craſſiſſimo, ſulcato: *articulis* brevibus: *ſpinis* longis, rectis.

Hab; & notæ. *Caulis* 100 pedalis, brachium craſſus, omniumque craſſiſſimus: articulis 1-pedalibus, cylindricis, ſulcatis, maculatis, inæqualibus. *Frondes* ſpinis rectis, longis, denſis. *Spadix* terminalis, longiſſimus. *Flos* calyce 6-partito, corollâ o. Stamina 6. Stylus 3-fidus. *Bacca* ſubovata, acuminata.

Palmijuncus Calaparius. Rumph. Amb. l. 7. c. 53. t. 51.

Uſus. Pro maiorum haſtarum manubriis.

† Sp. 2. CÁLAMUS RUDENTUM α Mây Saong.

Differ. ſpec. Cal. *caule* longiſſimo, æquali: *ſpinis* inverſis.

Hab; & notæ. *Caulis* 500, & utra pedes longus, pollicem craſſus,

æqualis, tenaciſſimus, albo-cinereus, nec nitidus: *articulis* ſeſquipedalibus, teretibus, ſubæqualibus: *frondibus* brevioribus: *ſpinis* retroflexis: *ſpadycibus* ſubterminalibus, laxis, amplis. *Floribus* regularibus: *ſtylo* 3-fido: *Baccâ* retrò imbricatâ, parva.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ: ſicut etiam præcedens ſpecies.

Palmijuncus Albus. Rumph. Amb. l. 7. c. 55. t. 53.

Uſus. Pro navium rudentibus: ad magna onera trahenda, ad elephantos indomitos coercendos, & alligandos.

† Sp. 3. CALAMUS SCIPIONUM. α Heò tàu.

Differ. ſpec. Caul. *articulis* longiſſimis, ſubulatis, nitidis.

Hab; & notæ. *Caulis* craſſus, longitudine mediocris, nitidiſſimus, rutilus, maculis nigris ſæpe diſtinctus: *articulis* 3-pedalibus, ſubulatis, inæqualibus: frondibus ſpinoſis, brevioribus: *ſpadyce* craſſo, ramoſo, ramulis brevibus, paucifloris: *calyce* 6-partito: *ſtylo* 3-fido. *Florem* recentem non vidi.

Habitat, imprimis in ſylvis Malaiorum, ex utrâque parte freti Malacenſis: undè abundanter in Sinas, & in Europam exportatur.

Arundo Rotang. Piſ. Mant. p. 188. Icone ibi.

Uſus. Pro baculis ex dignitate, vel elegantiâ manu geſtandis.

† Sp. 4. CALAMUS VERUS. α Mây nuóc: Mây ra.

Differ. ſpec. Cal. *frondibus* longiſſimis, *ſpinis* confertis. longis: *ſpadyce* brevi: *corollâ* 3-petalâ.

Hab; & notæ. *Caulis* 100 pedalis, luteo-fuſcus, æqualis, flexiliſſimus, digitum craſſus: *articulis* longis, teretibus, ſubæqualibus. *Frondes* longiſſimæ: *ſpinis* rectis, longis, confertis: *foliolis* ovato-lanceolatis, 3-nerviis, maiuſculis, alternis. *Spadix* racemoſus, brevis: *ſpathâ* oblongâ, aculeatâ. *Cal.* 3-partitus. *Corolla* petala 3, alba, acuta, patentia, calyce longiora. *Bacca* maiuſcula, fuſca.

Habitat in ſylvis tam montanis, quam planis Cochinchinæ.

Palmijuncus Verus. Rumph. Amb. l. 7. c. 56. t. 54.

Uſus. Ex caule in lora fiſſo, medullâ rejectâ, torquentur funes quilibet, etiam craſſiſſimi ad anchoras maiorum navium ſuſtinendas. Eiſdem colligantur tabulata domorum, & navium, in quibus, more gentis nullus clavus. Aptiſſimus quoque, & frequentiſſimus eſt uſus in Indiâ ad liganda, & conformanda plurima utenſilia tam domeſtica, quam ruralia.

† Sp. 5. CALAMUS AMARUS. α Mây dáng.

Differ. ſpec. Cal. *ſpinis* confertis brevibus: *foliolis* linearibus: *ſpadycibus* remotis: *ſpathis* partialibus.

Hab; & notæ. *Caulis* longus 60 pedes, digitum craſſus, duriuſculus,

lus, lævis, pallidus, articulis longis, ſubæqualibus, teretibus. *Frondes* longæ, foliolis lanceolato-linearibus: *ſpinis* brevibus, congeſtis. *Spadyces* ſub-terminales, ſpicati, multi, longè ab invicem diſtantes: *ſpathis* partialibus. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Stylus* 3-fidus. Stamina 6. *Bacca* 1-ſperma, imbricata.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Idem, qui præcedentis ſpeciei. Duratione conſtantior, duritie difficilior.

† Sp. 6. CALAMUS DIOICUS. α Mây tắt.

Differ. ſpec. Cal. *caule* tenuiſſimo: *frondibus*, & ſpinis brevioribus: *flore* dioico.

Hab; & notæ. *Caulis* tenuis, pennam anſerinam craſſus, 20 pedes longus, æqualiſſimus, flexiliſſimus, pallidus, nitidus: *articulis* pedalibus, *frondibus*, & *ſpinis* omnium breviſſimis. *Flos* maſculus, & fæmina in diverſis plantis. *Cal.* 3-dentatus minimus. *Corolla* petala 3, ovato-lanceolata, ſtriata, alba. *Stamina* 6. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* ſquamoſa, 1-ſperma.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, prope flumina, & litora.

Palmijuncus Equeſtris? Rumph. Amb. l. 7. c. 58. t. 56. Palmijuncus Viminalis? Ibi cap. 57. t. 55. Aliquatenus cum noſtro conveniunt, ſed non in totum.

Uſus ad texenda, vel connectenda minora opera, & pulchriora.

Obſerv. Omnes prædictæ Calami plantæ inter ſe ſpecie differunt; namque in locis diſtantiſſimis, abſque ullâ culturâ progenitæ ſemper eundem habitum, & proprios mores ſervant. Multas alias vidi in Cochinchinâ, Champavâ, Cambodiâ, & freto Malacenſi; quas prætermitto lubens defectu akribiæ ad examen Botanicum requiſitæ. Omnes rectè dicuntur a Rumphio Palmijunci, quia Palmis valdè affines, & flexiles ut Juncus.

GENUS XXVI. FLAGELLARIA.

Char. Gener. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma, lævis. Lin. ſy. pl. G. 486.

Sp. 1. FLAGELLARIA INDICA. α Mây baóc.

Differ. ſpec. Flag. *caule* tereti, ſcandente: *foliis* ovatis, cirrho terminatis.

Hab; & notæ. *Caulis* perennis teres, 20-pedalis, ſcandens: ramis raris. *Folia* ſimplicia, oblongo-ovata, acuminata, cirrho, terminata, 3-nervia, glabra, alterna, petiolis vaginantibus, inermibus. *Flos* albus racemo laxo, terminali: *calyce* 6-partito: corollâ nul-

lâ. *Stamina* 8, brevia. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* ſupera, ſubrotunda; glabra, rubra, 1-ſperma, lævis, ſuccoſa.
Habitat agreſtis in locis planis Cochinchinæ.
Palmijuncus lævis. Rumph. Amb. l. 7. c. 60. t. 59. f. 1. Panambu valli. Rheed. Malab. l. 7. p. 99. t. 53.
Virt. Foliorum. Aſtringens, Vulneraria.

† Sp. 2. FLAGELLARIA REPENS. α Mây baóc bò cây.
Differ. ſpec. Flag. *caule* anguloſo, repente: *foliis* articulato-geminis.
Hab; & notæ. *Caulis* perennis, anguloſus, 12-pedalis, ramoſus, inermis, ſubparaſiticus, ad arbores ad repens, radice originariâ terreſtri. *Folia* linearia, medio articulo appendiculata, glabra, alterna, ſemiamplexicaulia. *Flos* terminalis, ſpadyce, longo, faſciculato. *ſpathâ* communi lineari. *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Stamina* 6, baſi dilatata. *Stigma* ſeſſile, 3-partitum. *Bacca* ſubrotunda, glabra, rubra, 1-ſperma, lævis.
Habiat agreſtis in locis planis Cochinchinæ. Ex terrâ aſſurgit, & radiculis lateralibus per arbores repit.
Adpendix duplo folio, Tapinawa. Rumph. Amb. l. 9. c. 90. p. 490. tab. 184. f. 1. Duas alias plantas in eâdem tabulâ ſimili folio gaudentes non obſervavi.

GENUS XXVII. CORYPHA.

Char. Gener. *Cal*... *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 1. *Drupa* 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 1337.

† Sp. 1. CORYPHA SARIBUS. α Cây Tlo.
Differ. ſpec. Cor. *frondibus* in orbem polyfidis, plicatis: *ſpadice* racemoſo, reclinato.
Hab; & notæ. *Palma* magna, trunco recto, craſſo, æquali. *Frondes* 3-pedales, in orbem plicatæ, plurifidæ: *laciniis* ſubulatis, glabris, filamentis nullis interjectis: *ſtipitibus* ſpinoſis, craſſis, longis, reclinatis. *Fos* Hermaphroditus, *ſpadice* racemoſo, longo, demiſſo. *Petala* 3 patentia. *Stamina* 6. *Calicem* non obſervavi: fortaſſe deciderat. *Drupa* 1-pollicaris, ſubrotunda, lævis, cinerea, farinoſo-carnoſa: nucleo ſolido; ſubrotundo.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Saribus. Rumph. Amb. l. 1. c. 8. t. 8. Ipſemet Rumphius judicat hanc palmam ſpecie differre a Codda-pana Horti Malabarici: proindeque dubium manet an ſit Corypha Umbraculifera Linnæi. Noſtra quidem quotannis floret in Cochinchinâ.
Uſus. Ex frondibus umbracula, & flabella fiunt. Utiliſſimæ quoque ſunt

ſunt ad tegendas domos ; diutius enim durant, nec facilè ignem concipiunt, ut alia ſtràmina. *Drupæ* recentes muriâ, vel aceto maceratæ embamma præbent haud ingratum.

† Sp. 2. CORYPHA AFRICANA. γ Mulale.

Differ. ſpec. Cor. *frondibus* in orbem polyfidis, plicatis : *ſpadice* coarctato, ſuberecto : *floribus* Monoicis.

Hab ; & notæ. *Palma* mediocris, 12 pedes alta : *ſtipitibus* longis, ſpinoſis. *Frondes* polyfidæ, in orbem radiatæ, laciniis baſi plicatis, apice acutis. *Flos* Monoicus : *ſpathâ* brevi : *ſpadice* ramoſo, coarctato, lineari, ſuberecto : *ſquamis* ſtrobiliformibus, ſingulos Maſculum, & Fœminum includentibus. *Calyx* 3-phyllus, membranaceus. *Corolla* 3-petala, Calyce longior. *Stamina* 6, ſubſeſſilia. *Drupa* ſubpyriformis, ovo anatis æqualis : cortice exteriore coriaceo, iuteriore putamine oſſeo, ovato : medullâ albâ, inani, Palmæ Cocos ſimili.

Habitat in ſylvis Africæ Orientalis, nec alibi a me viſa.

† Sp. 3. CORYPHA PILEARIA. α Cây Lá lịp.

Differ. ſpec. Cor. *Frondibus* digitatis : *foliolis* linearibus, obtuſis : *ſpadyce* ſpicato, erecto.

Hab ; & notæ. *Palma*, caule, 4-pedali, craſſiuſculo : *ſtipitibus* erectis, longis, paucis, inferius ſpinoſis. *Frondes* in orbem digitatæ : *foliolis* linearibus, longis, obtuſis, præmorſis flexilibus, polyplicatis, lævibus. *Flos* Hermaphroditus : *ſpadice* magno, erecto, laxo, compoſito ſpicis longis, ſimplicibus. *Calyx* 3-fidus, laciniis acutis, brevibus. *Corolla* 3-partita : laciniis ovatis, acutis, patentibus, calyce longioribus. *Stamina* 6, corollâ breviora. *Stigma* ſeſſile, acutum, 2-fidum. *Drupa* ſubrotunda, monoſperma, coriacea, fuſco-viridis, minuta.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Liguala, Saribus pumila. Rumph. Amb. l. 1. p. 44. t. 9. ex Auctuario.

Uſus. Foliola hujus Palmæ ſolent Cochinchinenſes ſubſternere pileis, quos ſtructurâ reticulatâ eleganter formant. Inde nomen vernaculum Palmam Pileorum indicans.

GENUS XXVIII. JUNCUS.

Char. Gener. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1-locularis. Lin. ſy. pl. G. 471.

Sp. 1. JUNCUS BULBOSUS. α Cỏ mang châu.

Differ. ſpec. Junc. *foliis* linearibus cananiculatis : *capſulis* obtuſis. Lin. ſp. 10.

Hab ;

Hab; & notæ. *Culmus* folioſus, 2-pedalis, erectus ſubanceps, geniculatus: *radice* repente, denſâ, tenaciſſimâ. *Folia* ſubulato-linearia, amplexicaulia, trigono-concava ſtriata, glabra. *Flos* ſpicis ſecundis, tenuibus, longis, ad apicem culmi faſciculatis. *Calyx* 6-phyllus, foliolis diſtichè imbricatis. *Corolla* nulla. *Stamina* 6, calyce longiora. *Semen* 1, longiuſculum, ſcabrum. De capſulâ nihil annotavi, nec modò memini.

Habitat paſſim ad vias, & hortos Cochinchinæ minus cultos.

Virt. Rad. habetur Diuretica, Refrigerans.

DIGYNIA.

GENUS XXIX. ORYZA.

Char. Gener. *Cal.* gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* 2-valvis, ſubæqualis, ſemini adnaſcens. Lin. ſy. pl. G. 483.

ORYZA SATIVA. α Lúa. β Mêu: Hò. Lin. ſp. 1.

Hab; & notæ. *Culmus* ab 1 ad 6 pedes longus, annuus, erectus, ſimplex, teres, articulatus. *Folia* ſubulato-linearia, glabra, aſpera, reflexa, amplexicaulia, nec carnoſa. *Flos* paniculâ terminali. *Calyx* 1-florus, 2-phyllus, minimus, foliolis lanceolatis. *Corolla* gluma 2-valvis, concava, longitudine æqualis: *valvâ* interiore, lævi, muticâ: exteriore duplo latiora, 4-ſulcâ, hiſpidâ, ariſtatâ. *Filamenta* 6, capillaria, corollæ æqualia: *antheris* oblongis. *Stylus* unicus, 2-partitus: ſtigmatibus plumoſis, longiuſculis. *Semen* 1, oblongum, compreſſum, corollâ involutum.

Colitur per totam Cochinchinam, Champávam, Cambodiam, Siamum, Chinam Auſtralem, imo per totam fere Indiam tam intra, quam extra Gangem, ubi eſt Indigenarum Cibus quotidianus.

Dioſcor. l. 2. cap. 88. Matth. com. fig. ibi. Pomet. Drog. l. 1. p. 15. f. 16.

Obſerv. Agnoſco inter plurimas varietates Oryſæ (quæ omnes ſativæ ſunt) dari etiam ſpecies, non tam culturâ, quam naturâ diſtinctas. Hoc ſuadent diverſum tempus, quo libere naſcuntur, diverſum ſolum ſiccum, vel aquoſum, qnod exigunt, & præcipue diverſa ſemina, quæ unaquæ ſibi propria vendicat, nec aliter tractari ſinunt. Notas quoque Botanicas in quâlibet ſpecie inveniri non dubito: quamvis eas minus ſedulò obſervaverim, præſertim, quia diverſo tempore florent; ideoque ex recentibus inter ſe collatis differentias eruere non potui. Quatuor ſubſequentes ſpecies proponere viſum fuit, non quidem ut jam certis, & conſtantibus notis ſtabilitas, ſed ad viam aperiendam novis obſervationibus, quibus vel confirmentur, vel corrigantur.

Sp. 1.

† Sp. 1. ORYZA COMMUNISSIMA. α Luá chính muà.

Notæ. *Culmus* 4-pedalis. *Panicula* ſpicata, ſpicis plerumque ſimplicibus. *Fructus* oblongus, pallidus: *ariſtis* longis. Serotina, metitur 6-8 menſibus a plantatione elapſis. Habitat in locis paludoſis: ſiccitate, vel ſalſugine modicâ flacceſcit, auctâ perit.

Pady taun. Rumph. Amb. l. 8. cap. 30.

† Sp. 2. ORYZA PRÆCOX. α Luá tháng tlám.

Notæ. *Culmus* 3-pedalis. *Panicula* ſpicata, ſpicis ramoſis. *Fructus* turgidus, fuſco-ruber: *ariſtis* brevioribus. Quarto menſe matureſcit, & metitur. Habitat in locis padulosis: non læditur inundatione ſalſâ.

Pady djiji. Rumph. Amb. l. 8. cap. 30.

† Sp. 3. ORIZA MONTANA. α Luá rẻy.

Notæ. *Culmus* 3-pedalis, tenuior. *Fructus* longiuſculus: *ariſtis* omnium longiſſimis. Seritur in montibus, & locis aridis. Inundatione longâ putreſcit: aquâ marinâ perit.

Pady baggea. Rumph. Amb. l. 8. c. 30.

† Sp. 4. ORYZA GLUTINOSA. α Luá nếp. β Nó.

Notæ. *Culmus* 4-pedalis. *Folia* latiora, flaveſcentia. *Panicula* magna, *ariſtis* brevioribus. *Semen* oblongum, maiuſculum, glutinoſum, plerumque albiſſimum. Habitat in locis tam aquoſis, quam ſiccis. Eſt varietas ſemine nigerrimo, ſapidiore: eſt etiam rubro.

Oryza Glutinoſa, Bras Pulu. Rumph. Amb. l. 8. c. 31. p. 201. Berg. Mat. Med. p. 294.

Uſus. Omnes ſpecies, & varietates Oryzæ nutriunt non minus quam triticum. Neque comprobatum eſt, ut vult Bont. (Jav. l. 2. c. 16.) oryzam ex coctione adhuc calentem inducere cæcitatem: calidâ enim veſcuntur Sinenſes, & Cochinchinenſes, imo Europæi, nec tamen plures orbitate oculorum laborant, quam in reliquis nationibus. Glutinoſa palato gratior, quam ſtomacho, in quo difficilius digeritur; ideoque bellariis potius inſervit, quam communi cibo. Vinum ex eâdem deſtillatum, vel ſimpliciter fermentatum eſt etiam ſapidius, & dulcius, minimèque pravo odore inquinatum, ut ſolet eſſe vulgare *Samſu* Contonienſe. In re Medicâ bonum dat Conglutinans contra fluxum ventris, maximè dyſentericum. Ex ſeminibus toſtis, addito mele, fit lenimentum, quo ulcera ſordida, & humida exſiccantur, & mundantur.

TRIGYNIA.

GENUS XXX. MELANTHIUM.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala. *Filamenta* ex elongatis unguibus corollæ. Lin. ſy. pl. G. 489.

† Sp. 1. MELANTHIUM COCHINCHINENSE. α Thien môn doung. β Tiēn mûen tūm.

Differ. ſpec. Mel. *petalis* ſeſſilibus: *foliis* triquetris: *floribus* ſolitariis, axillaribus.

Hab; & notæ. *Caulis* 6-pedalis, fruticoſus, multiplex, teres, tenuis, ramoſus, procumbens, aculeatus, aculeis ſparſis, brevibus. *Radix* faſciculata, tuberibus oblongis, carnoſis, fuſco-rufis. *Folia* linearia, triquetra, ſtellato-terna, integerrima, glabra, minuſcula, inæqualia. *Flos* albus, pedunculis 1-floris, axillaribus. *Calyx* o. *Corolla* petala 6, oblonga, ſtaminifera, ſeſſilia. *Capſula* 3-locularis, 2-ſperma: *ſeminibus* ſubrotundis, nigerrimis, ſcabris, quorum unum, vel alterum matereſcit, reliquis ſuffocatis. *Piſtillum* trigynum.

Habitat frequens in ſepibus aridis in Cochinchinâ, & Chſnâ.

Obſerv. Affinitatem habet cum Melanthio Indico Koenigii a Linnæo Citati. ſpecie 4.

Virt. Tuber. Humectans, Expectorans. Prodeſt in phtyſi, ſiti, & calore febrili. In uſum etiam venit, & jucundè ſapit ſaccharo conditum.

GENUS XXXI. RUMEX.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, conniventia. *Semen* 1. triquetrum. Lin. ſy. pl. G. 485.

Sp. 1. RUMEX CRISPUS. α Cây dieô hoang.

Differ. ſpec. Rum. *floribus* hermaphroditis: *valvulis* integris, graniferis: *foliis* lanceolatis, undulatis, acutis. Lin. ſpec. 5.

Habitus, & notæ. *Caulis* ſeſquipedalis, ſuberectus, teres, ſulcatus, craſſus, glaber. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, glabra, reflexa, ad baſim congeſta, denſa. *Flos* flavo-viridis, *ſpicis* interruptè verticillatis. *Corolla* valvulis omnibus integerrimis, graniferis, 3-ſetis. *Fores* omnes hermaphroditi. *Calyx* 3-phyllus, brevis. Semen triquetrum.

Gmel. Sibir. 3. p. 112. Tunb. Jap. pag. 148.

Habi-

Habitat in Cochinchinâ prope flumina.
Uſus. Eſculentus.
Obſ. Ratione valvularum ſetiferarum ad Ægyptiacum (ſp. 7.) pertinere videbatur : ſed in iſto valvula unica granifera, in noſtro omnes tres, reliquaque omnia ad Criſpum abducunt.

† Sp. 2. RUMEX HOSTILIS. α Câу dieô gai.
Differ. ſpec. Rum. *floribus* dioicis : *valvulis* nudis : *caule* aculeato.
Hab ; & notæ. *Caulis* 3-pedalis, erectus, teres, aculeatus. Folia lanceolata, integerrima, plana, patentia. Flos dioicus, ſpicatus : valvulis omnibus nudis, integerrimis, glabris, inermibus. Semen triquetrum. Petala 3, vireſcentia.
Habitat Agreſtis in Cochinchinâ.

TETRAGYNIA.

† *GENUS XXXII. SPATHIUM.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha 1-phylla, ſubrotunda, patula, pedicellata, 1-flora, exotica.
Cor. Nulla.
Stam. Filamenta 6, brevia, receptaculo inſidentia. Antheræ biloculares, ſubrotundæ.
Piſt. Germen ſubrotundum, 4-corne. Stylus nullus. Stigmata 4, oblonga, reflexa.
Peric. Baccæ 4, ovatæ, acuminatæ, 1-ſpermæ.
Sem. Subrotunda.

Nom. (Σπάθιον parva ſpatha) a Calyce ſpathiformi, exotico.

Char. Gener. Cal. *ſpatha* ſubrotunda, pedicellata. *Cor.* 0. *Baccæ* 4, 1-ſperma.

† Sp. 1. SPATHIUM CHINENSE. β Thong pin ngau.
Differ. ſpec. ſpath. *foliis* cordatis, 5-nerviis : *flore ſpicato*.
Hab ; & notæ. *Caulis* erectus, 3-pedalis, herbaceus, *ramis* diffuſis, ſulcatis, flaccidis. *Folia* cordata, lanceolata, 5-nervia, glabra, ſparſa : petiolis amplexicaulibus. *Flos* apetalus, ſpicis linearibus, ſubterminalibus.
Habitat in locis paludoſis, prope Cantonem Sinarum.
Obſerv. Spathium noſtrum, & Aponogeton (Lin. Jun. ſup. pl. Claſ. 7.

p. 32, & 214.) natalibus aquoſis convenire videntur, nec charactere Generico longè diſtant. In Aponogetone claſſis eſt arbitraria, quia ſtaminum numerus inconſtans: in noſtro vero conſtans eſt. Utrique propinquum eſt etiam Potamogeton. Lin. ſy. pl. Cl. 4. G. 186. Suntne hæc tria in unum Genus reducenda? An ſeparatim ſervanda? Potamogeton locatum fuit in Tetrandria, Aponogeton Heptandriæ inſertum, Spathium Hexandriam occupat. Hujus ego pericarpium dixi baccas: potuiſſem dicere folliculos. Capſulæ certè non ſunt, quia evalves. Nec nuda ſemina potuiſſem dicere; ſiquidem duplici cortice gaudent, exteriore craſſiore, & laxiore, quod nudi ſeminis proprium non judico.

CLAS

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

† 1. LAGUNEA. — *Cal.* 0. *Cor.* infera, campanulata, 5-partita. *Semen* 1, nudum.

† 2. STYLIDIUM. — *Cal.* 0. *Cor.* infera, columnaris, 7-petala. *Drupa*, nuculâ ſcabrâ.

TETRAGYNIA.

† 3. ASTRANTHUS. — *Cal.* 0. *Cor.* infera, radiata, 14-fida. *Semen* 1, tubo corollæ fotum.

MONOGYNIA.

† GENUS I. LAGUNEA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Squama 3-4-flora. Perianthium proprium o.
Cor. Monopetala, campanulata: tubo brevi: limbo 5-partito, laciniis ovatis. Nectarium glandulis ſeptem.
Stam. Filamenta 7, ſubulata, corollæ æqualia, nectario inſidentia. Antheræ ovatæ, 2-loculares, incumbentes.
Piſt. Germen ſubrotundum, ſuperum. Stylus 2-fidus, æqualis ſtaminibus. Stigmata craſſiuſcula.
Peric. nullum.
Sem. 1, nudum, orbiculatum, acuminatum, nitidum.
Nom. In memoriam Doct. Andreæ Lagunæ, qui Botanicam Dioſcoridis in linguam Hiſpanicam tranſtulit, & illuſtravit.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* campanulata, 5-partita. *Semen* 1, ſuperum, nudum.

† Sp. 1. LAGUNEA COCHINCHINENSIS. α Cây Ngải bà. β Pă niù.
Differ. ſpec. Lag. *ramis* poſtratis: *foliis* piloſis: *paniculâ* ſpicatâ.
Hab.; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, 6 pedes longus, ſuberectus, craſſus, flaccidus, tortuoſus, geniculatus: *ramis* poſtratis, aliquando repentibus. *Folia* magna, ſubcordata, conica, integerrima, utrinque piloſa, coſtis craſſis, arcuatis, parallelis: *petiolis* amplexicaulibus: *ſtipulis* vaginantibus, piloſis. *Flos* albus, terminalis, parvus, multus, paniculis in ſpicas deſinentibus.
Habitat frequenter prope foſſas in Cochinchinâ, etiam in Chinâ.
Virt. Totius herbæ. Diſcutiens, Reſolvens. Valet imprimis ejus uſus tam externus, quam internus in genuum tumeſcentium curatione, qui morbus indigenis familiaris, & valdè rebellis.

† GENUS II. STYLIDIUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. nullus.
Cor. Infera, petala 7, linearia, erecta, in longum cylindrum mutuo adhærentia: in ſenectute aliquando reflexa.
Stam. Filamenta 7, brevia, plana, ſubcoalita, receptaculo inſidentia.

tia. Antheræ lineares, ſtantes, corollam æquantes.

Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filiformis, corollam ſuperans. Stigma ovatum, emarginatum.

Peric. Drupa ovata, parva: nuculâ compreſſâ, ſcabrâ, 2-loculari: nucleis ſubrotundis, ſolitariis.

Nom. (Στυλίδιον parva columna) ob corollam formâ cylindricâ columellam exhibentem.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* cylindracea, 7-petala. *Drupa* ſupera: nuculâ ſcabrâ, 2-loculari.

† Sp. 1. STYLIDIUM CHINENSE. β Pàu tsàu.

Differ. ſpec. Styl. *ramis*, & *pedunculis* dichotomis.

Hab. *Frutex* 5-pedalis, erectus, ramoſiſſimus: *ramis* dichotomis. *Folia* ovata, baſi inæquali, apice acuminato, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* luteus axillaris, *pedunculis* dichotomis.

Habitat incultum ſuburbia Cantonis Sinarum.

Virt. Refrigerans. Decoctum radicis valet contra hecticam, & febres calidas, diuturnas.

TETRAGYNIA.

† *GENUS III. ASTRANTHUS.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. nullus.

Cor. Monopetala, hippocrateriformis: tubo brevi: limbo plano, 14-fido: laciniis lanceolato-linearibus, ſeptem alternis brevioribus.

Stam. Filamenta 7, filiformia, erecta, laciniis corollæ longioribus æqualia. Antheræ 3-loculares, ſubrotundæ.

Piſt. Germen ſuperum, ovatum, ſubacutum. Styli 4, capillares, æquales ſtaminibus. Stigmata ſimplicia.

Peric. Nullum, præter tubum corollæ areſcentis, ſemen veſtientem.

Sem. 1, parvum, ovatum, acuminatum.

Nom. (Ἀστὴρ ſtella, ἄνθος flos) ob lacinias floris in formam ſtellæ radiatas.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* hippocrateriformis, 14-fida. *Semen* 1, ſuperum, tubo corollæ fotum.

Sp. 1. ASTRANTHUS COCHINCHINENSIS. Cây Chây.

Differ. ſpec. Aſt. *foliis* ovatis, ſerratis: *ſpicis* axillaribus.

Hab. *Arbor* mediocris, *ramis* paucis, aſcendentibus. *Folia* ovata, ſerrata, lanuginoſa, petiolata, alterna. *Flos* pallidus, duriuſculus, ſpicis longis, ſimplicibus, axillaribus.

Habitat agreſtis, non rara in Cochinchinâ.

Obſerv. Stamina ſæpiſſimè inveniuntur 7: aliquando 6, vel 8, & tunc totidem numerantur laciniarum paria, quarum alternæ ſemper breviores, & in eodem plano radiatæ.

CLAS

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA

MONOGINIA.

* *Flores completi.*

1. GAURA.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Nux* 1-ſperma.
2. EPILOBIUM.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Capſ.* 4-locularis. *Semina* papposa.
3. DIOSPYROS.	*Cor.* 4-fida. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Bacca* 8-ſperma.
4. OSBECKIA.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Capſ.* 4-locularis. Antheræ caudatæ.
5. LAWSONIA.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Bacca* 4-locularis.
6. AMYRIS.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Bacca* 1-ſperma.
7. JAMBOLIFERA.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Filamenta* planiuſcula. *Bacca.*
† 8. GELA.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Drupa* 1-ſperma.
9. ALLOPHYLUS.	*Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Stylus* 2-fidus.
† 10. DIMOCARPUS.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Baccæ* 2, monoſpermæ.
† 11. EYSTATHES.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Bacca* 4-ſperma.
† 12. SCUTULA.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* baccatus, integer. *Bacca* 8-locularis.

** *Elo-*

** *Flores incompleti.*

13. DAPHNE. *Cor.* 4 - fida, æqualis, ſtamina includens. *Cal.* o. *Bacca* pulpoſa.

TRIGYNIA.

14. SAPINDUS. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - fidus, inferus. *Baccæ* connatæ, 1 - ſpermæ.

15. CARDIOSPERMUM. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - phyllus, inferus. *Capſ.* 3, inflatæ, connatæ.

16. COCCOLOBA. *Cor.* o. *Cal.* 5 - partitus. *Bacca* calycina, 1 - ſperma.

17. POLYGONUM. *Cor.* o. *Cal.* 5 - partitus, inferus. *Semen* 1, nudum.

TETRAGYNIA.

† 18. PYTHAGOREA. *Cor.* 7 - 8 - petala. *Cal.* 7 - 8 - phyllus, inferus. *Capſ.* 4 - locularis.

† 19. HYDROGETON. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* o. Follic. 4, monoſpermi.

MO-

MONOGYNIA.

GENUS I. GAURA.

Char. Gener. *Cal.* 4 - fidus , tubuloſus. *Cor.* 4 - petala , adſcendens verſus latus ſuperius. *Nux* infera , 1 - ſperma , 4 - angula. Lin. ſy. pl. G. 506.

† Sp. 1. GAURA CHINENSIS. ß Sán ſi tsào.

Differ. ſpec. Gau. *foliis* lanceolatis , ſerratis , oppoſitis : *ſpicis* ſubterminalibus.

Hab ; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus , 1 - pedalis , erectus , tenuis , 4 - gonus , hiſpidus : *ramis* paucis , aſcendentibus. *Folia* lanceolata , ſerrata , ſeſſilia , oppoſita. *Flos* luteus , ſpicis erectis , ſubterminalibus. *Calyx* 4 - phyllus , foliolis acutis , incurvis , reflexis. *Cor.* petala 4 , ovata , incurva , erecta. *Filamenta* 8 , brevia : *antheris* longis , erectis. *Stigma* ſeſſile. *Nucula* infera , ſubrotunda , ſcabra , 1 - ſperma , minima.

Habitat inculta Cantone Sinarum.

Obſerv. Chamænerii ſimilis Lyſimachia (Pluk. Amalth. p. 139. t. 428. f. 2.) quæ Linnæo Gaura biennis , proculdubio ſpecie differt a Chinenſi

GENUS II. EPILOBIUM.

Char. Gener. *Cal.* 4 - fidus. *Petala* 4. *Capſ.* oblonga , infera. *Semina* papposa. Lin. ſy. pl. G. 507.

Sp. 1. EPILOBIUM TETRAGONUM. α Cây muông nuóc ß Sôy hoàng teng.

Differ. ſpec. Ep. *foliis* lanceolatis , denticulatis , imis oppoſitis : *caule* tetragono. Lin. ſp. 5.

Hab ; & notæ. *Caulis* herbaceus , 2 - pedalis , tetragonus , ſimplex : *ramis* obliquis. *Folia* lineari-lanceolata , integerrima , glabra , alterna , ſubſeſſilia. *Flos* luteus , axillaris , ſolitarius : *petalis* 4 , emarginatis , æqualibus : *ſtaminibus* 8 , erectis : *ſtigmate* magno , ſubrotundo , 4 - fido. *Calycis* laciniæ 4 , patentes , permanentes. *Capſula* infera , ſub-cylindracea , longa , rubra , 4 - locularis , polyſperma : *ſeminibus* plurimis , ſub-reniformibus , non papposis. Omnibus floris partibus non rarò additur quinta pars numero.

Habitat loca aquoſa tam in Cochinchina , quam in Chinâ.

Lyſimachia Indica , aquatica , glabra , flore flavo , ſiliquâ anguloſâ , ſtella-

ſtellatâ, Dyanilla Zeylonenſibus. Burm. Zeyl. pag. 146.

† Sp. 2. EPILOBIUM FRUTICOSUM. α Cây muỗng đất.
Differ. ſpec. Epil. *caule* fruticoſo, ramoſiſſimo: *foliis* integerrimis, alternis, hirſutis.
Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, rectus, teres, 6-pedalis, ramoſiſſimus: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, utrinque acuta, integerrima, hirſuta, ſubpetiolata, alterna. *Flos* ſuperus, luteus: petalis 4, ſubrotundis, emarginatis, pedunculis 1-floris. *Capſula* columnaris, 8-gona, 4-locularis, polyſperma; *calyce* permanente coronata: *ſeminibus* non pappoſis.
Habitat in arvis incultis Cochinchinæ.
Obſerv. Cogitavi hanc plantam adjungere Epilobio Hirſuto Linnæi, ſp. 3. ſed in illò folia oppoſita, ſerrata, decurrentia, amplexicaulia noſtro repugnant.

GENUS III. DIOSPYROS.

Char. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* urceolata, 4-fida. *Stam.* 8. *Stylus* 4-fidus. *Bacca* 8-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 1274.

Sp. 1. DIOSPYROS LOTUS. α γ...
Differ. ſpec. Dioſp. *foliorum* paginis diſcoloribus: *floribus* terminalibus. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbuſcula* 6-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolara, integerrima magna, alterna, glabra, paginis diſcoloribus, coſtis obliquis prominentibus. *Flos* pallidus, terminalis, ſolitarius: *calyce* foliaceo, maximo, 4-5-partito, plano, permanente. *Bacca* rotunda, ſemipollicaris, lutea, lanuginoſa, 1-locularis, 8-ſperma: *ſeminibus* compreſſo-oblongis, oſſeis: pulpâ vix ullâ.
Habitat agreſtis ad litora oræ Orientalis Africæ.
Guaiacana. Tournef. Inſt. pag. 600. tab. 371. Lotus Africana, latifolia, Dioſpyros Theophraſti. Bauh. Pin. p. 447. n. 2.

Sp. 2. DIOSPYROS KAKI. α Cây Houng & Sú xứ.
Differ. ſpec. Dioſp. *foliis* ovatis, acuminatis, ſubtus pubeſcentibus: *pedunculis* 2-floris, axillaribus.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* tortuoſis, ſubaſcendentibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, magna, ſub-craſſa, obſcuro-viridia, ſubtus tomentoſa, petiolata, alterna. *Flos* luteo-viridis, axillaris: *pedunculis* ſolitariis, ſæpe 2-floris. *Cal.* 4-partitus, laciniis ovatis, magnus, patens, perſiſtens. *Cor.* urceolata, limbo

4-fi-

4-fido, brevi, plano, æquali. *Stamina* 8, ſæpe 16, per paria inſidentia ad baſim urceoli corollæ. *Stylus* breviſſimus: *ſtigmatibus* 4, oblongis, piloſis, erectis. *Bacca* 4-gono-rotunda, 1-locularis, 8-ſperma, rubro-crocea, glabra, dulciſſima, ſuccoſa, edulis, odoris non admodum grati. In aliquibus membranâ tenui diſtinguntur loculi 8.

Colitur frequenter in Chinâ, & Cochinchinâ, aliiſque locis Indiæ extra Gangem.

Lin. Jun. ſuppl. pl. pag. 439. Thunb. Japon. pag. 157. Eſt etiam varietas fructu ovato, pollicari: ſeminibus 3-4, ſæpe nullis. In hâc ſpecie inveniuntur etiam arbores floribus omnibus maſculis, ſed raro.

† Sp. 3. DIOSPYROS LOBATA. α Cây Cây.

Differ. ſpec. Dioſp. *foliis* ovato-lanceolatis, utrinque glabris: *pedunculis* 1-floris, axillaribus. Baccis 8-lobis.

Hab; & notæ. *Arbor* parva, 8-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, parva, integerrima, utrinque glabra, pallido-viridia, petiolata, alterna. *Stamina* ſemper 8, quodlibet antheris binis. *Flos* albus, axillaris, ſolitarius, hermaphroditus: tubo *corollæ* 4-gono-ventricoſo: limbo parvo, 4-fido. *Stylus* vix ullus: *ſtigmate* oblongo, profundè 4-fido. *Bacca* pallidè lutea, 1-pollicaris, compreſſa, 8-locularis, 1-ſpermâ: pulpâ ſub-dulci, ſapore auſtero, odore nullo, eduli tamen.

Habitat culta, incultaque in Cochinchinâ.

† Sp. 4. DIOSPYROS DECANDRA. α Cây Thị. β Hoâm ſi.

Differ. ſpec. Dioſp. *foliis* lanceolatis, ſparſis: *floribus* decandris, axillaribus: *baccis* ſubgloboſis.

Hab; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* ſub-patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, lanuginoſa, ſparſa, petiolis brevibus. *Flos* albus, axillaris, 3-natus, pedunculis brevibus. *Cal.* 4-partitus, patens, parvus, perſiſtens, laciniis acutis, craſſis, piloſis. *Corolla* campanulata, tubo urceolato, fauce conſtrictâ: limbo parvo, 4-fido, obtuſo, reflexo. *Filamenta* conſtanter 10, fundo corollæ affixa: antheris oblongis ſtantibus. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* ſubnullus. Stigmata 3, 3-fida, patentia. *Bacca* magna, ſubgloboſa, umbilicata, flaveſcens, pulpoſa, auſtero-dulcis, 1-locularis, 6-8-ſperma: *ſeminibus* oſſeis, compreſſo-ovatis. Odor fructus vehemens, parum gratus.

Habitat frequens in provinciis Borealibus Cochinchinæ: ubi fructus exponuntur venales in foro.

Hebenaſter Lolin. Rumph. Amb. l. 4. c. 5. t. 6.

Uſus. Vetuſtæ arbores dant optimum lignum ad ſcrinia, & opera elegan-

gantiora formanda. Eſt enim compactum tenuiſſimis fibris, æquale, grave, albiſſimum, venis multis nigerrimis diſtinctum: corde etiam aliquando nigro, non craſſo.

Obſerv. Arbor iſta, ni fallor, eſt eadem, quæ a Linnæo Juniore (ſup. pl. p. 440.) vocatur Dioſpyros Ebenum, ibidemque aſſeritur eam eſſe verum Lignum Ebenum. Ego non ita ſentio: mecumque ſtat accuratiſſimus Rumphius, qui legi poteſt capite ſuperius citato, & præcedentibus, ubi diffusè agit, tam de hoc ficto, quam de vero Ebeno, quas arbores obſervavit in Amboinâ, ſicut ego in Cochinchinâ. De Ebeno Nigro vero alibi nobis ſermo erit.

† Sp. 5. DIOSPYROS DODECANDRA. α Cây Thị trám.

Differ. ſpec. Dioſp. *floribus* dodecandris, axillaribus: *baccis* lenticularibus.

Hab; & notæ. *Arbor* magna, ramis ſub-patentibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, alterna. *Flos* albus, axillaris: tubo *corollæ* ſubgloboſo, magno: limbo 4-fido, brevi. *Stamina* 18 fundo tubi inſidentia. *Bacca* pallida, compreſſa, lentiformis, 1-locularis, 8-ſperma: ſeminibus compreſſo-ovatis, oſſeis, magnis: pulpâ modicâ, ſubdulci, aſtringente, eduli, nec ſapidâ.

Habitat ſpontanea, cultaque in Cochinchinâ.

Uſus. Lignum præcedentis ſimile, carens tamen venis illis in corde nigerrimis: albedine, denſitate fibrarum, & lævitate eburis æmulum. Solet etiam in hortis coli ad ſuſtinendos frutices Piperis Nigri, quod per has arbores libentius ſcandit, & progerminat.

Obſerv. Cum in ſolâ Dioſpyro Kaki, & in hâc quidem raro, flores maſculos ſeorſim obſervaſſem, & in aliis 4 ſpeciebus omnes hermophroditos, coactus fui à Celeb. Linnæo diſcedere, qui Genus Dioſpyrum facit Polygamum, quia plures ſpecies non viderat, quæ Polygamæ non ſunt.

GENUS IV. OSBECKIA.

Char. Gener. *Cal.* 4-fidus: lobis ſquamâ ciliari interſtinctis. *Corolla* 4-petala. *Antheræ* roſtratæ. *Capſula* 4-locularis, calycis tubo truncato cincta. Lin. ſy. pl. G. 503.

Sp. 1. OSBECKIA CHINENSIS. α Kām yòng lũ. Lin. ſp. 1.

Differ. ſpec. Osb. *foliis* lanceolatis, ſubſeſſilibus, 3-nerviis: *floribus* congeſtis terminalibus.

Hab; & notæ. *Caulis* 2-pedalis, ſuffruticoſus, 4-gonus, erectus, piloſus, ramoſus. *Folia* lanceolata, 3-nervia, hiſpida, integerrima, oppoſita, ſubſeſſilia. *Flos* ruber, congeſtus, terminalis, peduncula-

culatus: *calyce* 4-fido: *corollâ* 4-petalâ, patente: petalis ovatis. *Stamina* 8: *antheris* oblongis, caudatis, non refractis, nec roſtratis. *Bacca* ſubrotunda, exſucca, calyce veſtita, 4-locularis: *ſeminibus* plurimis, minimis.
Habitat inculta Cantone Sinarum.
Osbec. It. p. 213. t. 2. Burm. Ind. p. 86.

GENUS V. LAWSONIA.

Char. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Staminum* 4 paria. *Capſula* 4-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 251.

† Sp. 1. LAWSONIA SPINOSA. α Cay maóng tay nhuọm Lin. ſp. 2.
Differ. ſpec. Law. *ramulis* in ſpinas deſinentibus: *racemis* terminalibus.
Hab; & notæ. *Arbuſcula* 8-pedalis: *ramis* longis, patentibus, paucis: *ſpinis* rectis, raris, ramulos terminantibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, ſeſſilia, oppoſita, ſubtomentoſa, parva. *Flos* albus, corymbis racemoſis, terminalibus. *Calyx* campanulatus, 4-fidus, laciniis acutis, coloratis. *Corolla* petala 4, criſpato-plicata, calyci inſerta, illo ſub-longiora. *Stamina* 8, citò decidua. *Capſula* minima, ſubrotunda: loculis 4, valvis totidem: *ſeminibus* paucis, polygonis.
Cyprus Alcanna Rhumph. Amb. l. 6. c. 20. t. 17. Alcannæ ſpecies Zeylanica, Manithondi Zeylonenſibus. Burm. Zeyl. pag. 9.
Habitat in hortis Cochinchinæ.
Uſus: Medicus. Aſtringens, Refrigerans. Foliis contritis, admixtâ calce, utuntur Cochinchinenſes ad tingendos ungues colore ruberrimo: qui mos pro elegantiâ invaluit non ſolum apud alios populos Indianos, ſed etiam apud Turcas, Perſas, & Æthyopes. Circa virtutem ad curandam paronychiam, de quâ Rumphius meminit, periculum non feci.

† Sp. 2. LAWSONIA FALCATA. α Cây Châm tlâu: Cây méo.
Differ. ſpec. Law. *foliis* falcatis, ſubcrenatis.
Hab; & notæ. *Arbuſcula* 6-pedalis, ramoſiſſima. *Folia* falcata, acuminata, ſubcrenata, glabra, petiolata, ſparſa, graveolentia. *Flos* albus, corymbo racemoſo, terminali: *calyce* 4-fido: *corolla* 4-petalâ: *ſtaminibus* 8. *Pericarpium* bacca ſupera ſubrotunda, parva, 4-locularis, polyſperma. Numerus loculorum inconſtans; etenim non raro numerantur 3-2-1, aliis ſuffocatis
Habitat ubique in dumetis Cochinchinæ.
Adulterina, Daun Salawar. Rumph. Amb. l. 10. c. 42. t. 25. f. 1.

Aſt Frutex incognitus (Bont. Jav. l. 6. p. 147.) a Rumph. incongruè citatur.

Virtus. Calefaciens, Deobſtruens, Emmenagoga, Nervina. Cataplaſma foliorum prodeſt ad fovenda, & ſuſcitanda membra paralytica. Odor plantæ ingratus.

GENUS VI. AMYRIS.

Char. Gener. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga. *Stigma* tetragonum. *Bacca* drupacea. Lin. ſy. pl. G. 516.

Sp. 1. AMYRIS AMBROSIACA. α Tô hap Bình Khang.

Differ. ſpec. Am. *foliis* pinnatis petiolatis : *paniculis* confertis, axillaribus. Lin. Jun. ſuppl. pag. 216.

Habitat in montibus Cochinchinæ, in provinciâ *Bình Khang*, circa 14 gradum Latitudinis Borealis.

Notas afferre non potui indubias, imo de ipſo genere adhuc dubius maneo, quia florem obtinere non potui. Ex relatione indigenarum, & propriâ obſervatione balſami ex iſtâ arbore mamantis ſuſpicatus ſum eſſe Amyrim Ambroſiacum, de quá Piſo (Hiſt. Nat. p. 122.) & Aubletus (Guian. p. 337. t. 130.) locuti ſunt, ac etiam in Indiâ Orientali naſci affirmat Linnæus Junior. At, cum tam iſta, quam Canarium Odoriferum Rumphii (Amb. l. 3. c. 4. t. 50, 51.) foliis ſimiliter imparipinnatis arboreſcant, & præterea Amboninenſes plantæ cum Cochinchinenſibus plerumque conveniant, determinare non potui cui potius noſtram adſcriberem, flore non viſo. Et certè Rumphiana arbor nec flore, nec fructu cum Ambroſiacâ concordat. Cochinchinenſe balſamum, quod ex arbore agreſti modicè ſtillat, colore cinereo, & fragrantia eximiâ non multum differt a ſtyrace liquidâ, quæ Liquidambar a Linnæo vocatur. An Nanarium Minimum Oleoſum ? Rumph. l. 3. c. 6. t. 54.

Uſus. Ad exaltanda quælibet odorifera, quibus cerebrum confortare intenditur.

GENUS VII. JAMBOLIFERA.

Char. Gener. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala, infundibuliformis. *Filamenta* planiuſcula. *Stigma* ſimplex. Lin. ſy. pl. G. 513.

Sp. 1. JAMBOLIFERA PEDUNCULATA. β Jamboloens. Lin. ſy. pl. ſp. 1.

Differ. ſpec. Jamb. *foliis* ovatis, emarginatis : *corymbo* terminali.

Hab; & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem : *ramis* patentibus, minoribus

bus brachiatis. *Folia* ovata, emarginata, integerrima, glabra, duriuſcula, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, terminalis, corymbis racemoſis: *calyce* 4-fido: *corollâ* 4-petalâ. *Bacca* ovato-oblonga, ſubteres, obtuſa, umbilicata, nigra ſuccoſa, acerbodulcis, eſculenta: *ſemine* 1, oblongo.

Habitat Macai in China, coliturque in multis Indiæ locis.

Acoſta. Arom. c. 49. ap. Cl. p. 287. Jambolana. Rumph. Amb. l. 1. c. 37. t. 42. Prunus Indica, fructu nigro, olivæ magnitudine. Burm. Zeyl. p. 197.

† Sp. 2. JAMBOLIFERA ODORATA. α Rau ton.

Differ. ſpec. Jamb. *foliis* ovatis, baſi obliquè truncatis: *corymbo* terminali, diſtichè ordinato.

Hab; & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis, caule ſimplici, rectiſſimo: *ramis* brachiatis. *Folia* ſubovata, baſi obliquè truncata, integerrima, craſſa, glabra, inferius albicantia, punctata, odorem cumini exhalantia. *Flos* terminalis: *corymbis* racemoſis, diſtichis: *pedunculis*, calyce, & corollâ integrè albis. *Cal.* 4-fidus, *corolla* 4-petala, *ſtamina* 8. *Bacca* ſupera, ovata, parva, alba, 1-ſperma, punctata, glabra.

Habitat in hortis Cochinchinæ.

Uſus. Folia, cum tenera ſint, & odora, nec guſtui injucunda, immiſcentur ſæpe acetariis.

Obſerv. Ob ſimilem cumini odorem dubitaret aliquis, àn eſſet Myrtus Cumini Lin. ſp. 6., ſive Jamboſa Ceramica Rumphii? (l. 1. c. 36. t. 41.) ſed in noſtrâ præter alia, quæ hîc notantur, ſtamina inveniuntur ſemper 8. Nonne potius Folium Inſtinctus? Rumph. Amb. l. 5. cap. 47. pag. 202.

† Sp. 3. JAMBOLIFERA REZINOSA. α Sắn Cây.

Differ. ſpec. Jamb. *foliis* oblongis: *pedunculis* lateralibus.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus: *corticè* reziноſo, tenaciſſimo. *Folia* ovato-oblonga, integerrima. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, axillaribus. *Calyx* 4-dentatus. *Corolla* 4-petala, campanulata. *Bacca* ſubrotunda, parva, nigra, 4-locularis. Stamina 8. Stylus 1.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Uſus. Decocto craſſo radicis imbuunt piſcatores ſua retia, & funes, ut rezinâ indurati humiditatem repellant, ac diutius a putredine ſerventur immunes.

Obſerv. Suſpicor eſſe Tenarium Maiorem negligenter deſcriptum a Rumphio. Amb. l. 5. c. 38. t. 122.

† GE-

† GENUS VIII. GELA.

Deſcriptio. Naturalis.

Cal. Perianthium 4 - partitum , inferum , breviſſimum : laciniis ſubrotundis.
Cor. Petala 4 , linearia , patentia.
Stam. Filamenta 8 , ſubulata , planiuſcula , exerta , corollæ æqualia. Antheræ ſubrotundæ , nutantes.
Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus filamentis brevior. Stigma acutiuſculum , leviter 2 - fidum.
Peric. Drupa ſubrotunda , parva , glabra.
Sem. Nucula ſubrotunda , 1 - locularis.

Nom. (γέλα ſplendor ſolis) ex foliorum nitore.

Char. Gener. *Cal.* 4 - partitus , inferus. *Cor.* petala 4 , linearia. *Drupa* ſubrotunda , 1 - ſperma.

† Sp. 1. GELA LANCEOLATA. α Cây Bái bái.
Differ. ſpec. Gel. *foliis* lanceolatis , oppoſitis : *corymbo* racemoſo.
Hab. *Arbuſcula* 5 - pedalis : *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , margine recurva , glabra , nitida , oppoſita , odora. *Flos* , corymboſo-racemoſus , luteo-viridis , axillaris.
Habitat agreſtis in Cochinchina.

GENUS IX. ALLOPHYLLUS.

Char. Gener. *Cal.* 4 - phyllus : foliolis orbiculatis , oppoſitis minoribus. *Petala* 4 , calyce minora. *Germen* didymum. *Stigma* 4 - fidum. Lin. ſy. pl. G. 511.

† Sp. 1. ALLOPHYLLUS TERNATUS. α Cây Chánh ba.
Differ. ſpec. Al. *foliis* ternatis , ſerratis : *racemis* longis , terminalibus.
Hab ; & notæ. *Arbuſcula* 5 - pedalis , ramis patentibus. *Folia* ternata , inæqualiter ſerrata , magna : *petiolo* communi longo. *Flos* parvus , albus , racemis longis , terminalibus : *calyce* 4 - phyllo , rotundo : *petalis* 4 , minimis , piloſis : *nectario* glandulis 4. *Stylus* 2 - fidus. Germen didymum : maturum non vidi. *Stamina* 8.
Habitat ad ripas fluminum in Cochinchinâ.
Virtus. Cataplaſma foliorum prodeſt in contuſionibus , & dislocationibus.

† GE-

† GENUS X. DIMOCARPUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - fidum, inferum, patens, piloſum: laciniis rotundatis.

Cor. Rotata, petala 5, oblonga, piloſa, calyci ſubæqualia.

Stam. Filamenta 8, ſubulata, corollâ breviora, receptaculo inſidentia: nectario corollæ lenticulari, crenato conſtricta. Antheræ 2 - loculares, ſubrotundæ.

Piſt. Germen 2 - lobum, piloſiſſimum. Stylus craſſus, 2 - fidus, æqualis ſtaminibus. Stigmata, oblonga, reflexa.

Peric. Baccæ 2, 1 - loculares, ſubrotundæ, pulpoſæ.

Semi. 1 - nitidum, magnum.

Nom. (Δίδυμος geminus: Κάρπος fructus) ob plantæ fructum, gemellum.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus, inferus. *Cor.* petala 5, oblonga. *Baccæ* 2, monoſpermæ.

† Sp. 1. DIMOCARPUS LICHI. β Ly chi. α Cây Zải.
Differ. ſpec. Dim. *foliis* pinnatis: *baccis* cordatis, ſquamoſis.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-quadrijuga: *foliolis* lanceolatis, glabris, ſubintegerrimis, ſubtus glaucis. *Flos* pallidus, terminalis, racemis oblongis, laxis. *Bacca* pollicaris, cordiformis: *cortice* ſquamoſo, tenui, diurnuſculo, hinc fuſco-rubro, inde viridi: pulpâ albâ, dulci, ſub-acidâ, ſapidiſſimâ: *ſemine* fuſco, nitido, æquali, ſubovato, magno. Deſcriptio præcedens Generis huic ſpeciei imprimis convenit.

Colitur abundantiſſimè in provinciis Auſtralibus imperii Chinenſis, & in Borealibus regni Cochinchinæ; ſicut enim a magno frigore abhorret, ita magnos calores non ſuſtinet. Ut Imperator Sinenſis quotannis hoc delicioſo fructu potiatur, coguntur ejus ſubditi inſano labore, & expenſis has arbores, cum primum florent, ex Cantone Pekinum conducere per flumina: ita opportunum tempus metientes, ut eò pervenientes fructus maturi habeantur, quod in Pekinenſi climate non obtinetur.

Li-chi. Du Halde, Navarrete, & alii ſcriptores hiſtoriæ Chinenſis.

† Sp. 2. DIMOCARPUS LONGAN. β Lûm yèn. α Cây Nhỏn: Laong nhản.
Differ. ſpec. Dim. *foliis* pinnatis: *baccis* globoſis, ſub-lævibus.
Hab; & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ligno* duriſſimo: *ramis* paten-

tentibus. *Folia* impari-pinnata, nunc oppoſita, nunc alterna, lanceolata, glabra, ſub-integerrima, ſubtus flaveſcentia. *Flos* terminalis, pallidus, racemis vaſtis: *filamentis* breviſſimis, 8, ſæpe 9, 10: *corollâ* patente, ſubrotatâ: *antheris* oblongis. *Bacca* globoſa, 2-nata, parva, ſemipollicaris, ſub-lævis, pallidè rufa: pulpâ dulciſſimâ, eduli: ſemine globoſo, fuſco, nitido, a pulpâ libero.
Habitat culta in Chinâ, & Cochinchinâ.
Longan. Apud eoſdem Hiſtoriographos rerum Sinenſium.

† Sp. 3. DIMOCARPUS CRINITA. *α* Cây Chôm chôm.
Differ. ſpec. Dim. *baccis* ſub-ovatis, crinitis: *pulpâ* ſemini coalitâ.
Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* expanſis. *Folia* imparipinnata, inordinata: *foliolis* lanceolatis, glabris, fuſco-viridibus. *Flos* terminalis, racemis coarctatis. *Bacca* ſubrotunda pollicaris, integrè rubra, villis plurimis, longis, coloratis circumdata, 2-nata: *ſemine* longiuſculo, tenaciter adhærente pulpæ albæ acerbo-dulci, eduli.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Javæ.
Rampoſtan. Bont. Jav. L. 6. C. 23. f. 109. fig. ibi.

† Sp. 4. DIMOCARPUS INFORMIS. *α* Nhỏn. Cát dec.
Differ. ſpec. Dim. fructu tuberculoſo, irregulari.
Hab; & notæ. *Arbor* agreſtis, mediocris, *ramis* patentibus. *Folia*, & flores fere ut ſecundæ ſpeciei: *racemis* terminalibus, pauci floris. *Germen*, & fructus gemini. *Baccæ* carnoſæ, ſolidæ, in æquales, tuberculis multis circumdatæ, quaſi ex multis aggregatæ, acerbæ, inedules, eandem irregularitatem continuò ſervantes. Lignum omnium ſpecierum optimum, grave, durum, fuſco-rubrum.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XI. EYSTATHES.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum, foliolis ovatis, concavis.
Cor. Petala 5, ovata, patentia, calyci æqualia.
Stam. Filamenta 8, ſubulata, erecta, receptaculo inhærentia. Antheræ ovatæ, 2-loculares, ſtantes.
Piſt. Germen ſubrotundum, piloſum. Stylus filiformis, ſubæqualis ſtaminibus. Stigma obtuſum, emarginatum.
Peric. Bacca globoſa, carnoſa, 1-locularis, 4-ſperma.
Sem. Ovata, compreſſa.

Nom.

Nom. (Εὐςαθὴς ſtabilis) ab arboris ligno duratione firmo, & ſtabili.

Char. Gen. *Cal.* 5 - phyllus, inferus. *Cor.* petala 5 - ovata. *Bacca* 1 - locularis, 4 - ſperma.

† Sp. 1. EYSTATHES SYLVESTRIS. α Cay Thm.
Differ. ſpec. Eyſt. *foliis* oblongis, alternis: *racemis* ſubſimplicibus.
Hab. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata; integerrima, glabra, venoſa, alterna. *Flos* albus, racemis oblongis, ſubſimplicibus, ſubterminalibus. *Bacca* glabra, corticoſa, intus carnoſa, mediocris, non edulis.
Habitat in altis montibus Cochinchinæ.
Uſus. Lignum ſubrubrum, æquale, vaſtum, firmum, ad ædificandum aptum.

† *GENUS XII. SCUTULA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium truncatum, patens, ſcutiforme, carnoſum, coloratum, exterius læve; intrinſecus 8 cellulis diſtinctum.
Cor. Petala 5, ſubrotunda, acuminata, conniventia, margini Calycis inſidentia.
Stam. Filamenta 8, ſubulata, inflexa, calyci infra marginem inſerta, corollæ ſubæqualia. Antheræ oblongæ, curvatæ, flexu convexo cellulis calycis incubantes.
Piſt. Germen nullum a calyce diſtinctum. Stylus filiformis, ſubæqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca calycina, 8 - locularis, 1 - ſperma, formata ex ipſo calyce incraſſato, priſtinam formam ſcutellæ ſervante.
Sem. Solitaria, compreſſiuſcula.
Nom. Scutula ex figurâ baccæ parvum ſcutum, ſive ſcutellam deſignantis.

Char. Gen. Cal. *baccatus*, integer. *Cor.* Petala 5. *Bacca* 8 - locularis.

† Sp. 1. SCUTULA SCUTELLATA. α Cay Rm.
Differ. ſpec. Scut. *pedunculis* polyfloris: *baccis* compreſſis.
Hab. *Arbor* parva, 8 - pedalis, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita, margine tumida. *Flos* lateralis, pedunculis ſolitariis, polyfloris. *Corolla*, *ſtamina*, *piſtillum*, *bacca* omnia coloris violacei.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 2. SCUTUDA UMBELLATA. *a* Cay Mắc com.
Differ. ſpec. Scut. *floribus* umbellatis : *baccis* ſubrotundis.
Hab ; & notæ. *Arbuſcula* 4 - pedalis , ramoſiſſima. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , craſſa , oppoſita , glabra ; ſeſſilia. *Flos* parvus , terminalis , verſicolor , albo , & cæruleo maculatus , umbellis , ſeu potius Cymis magnis : *pedunculo* communi longo , partialibus brevibus. *Calyx* truncatus , baccatus , 8 - locularis. *Corolla* ſæpius 4 - petala , calyci inſerta. *Filamenta* 8 : *antheris* curvatis , cæruleis.
Habitat in dumetis Cochinchinæ.
Virt : baccarum. Adſtringens , Corroborans , Myrti æmula.

GENUS XIII. DAPHNE.

Char. Gen. *Cal.* 0. *Cor.* 4 - fida , Calycina , marceſcens , *ſtamina* includens. *Bacca* 1 - ſperma. Lin. Sy. pl. G. 526.

† Sp. 1. DAPHNE TRIFLORA. *a* U ſi ſeng.
Differ. ſpec. Daph. *floribus* ſeſſilibus , axillaribus , congeſtis : *Calycibus* 3 - floris : *foliis* lanceolatis , ſparſis.
Hab ; & notæ. *Arbuſcula* 3 - pedalis : *caule* ſimplici , *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata , integerrima , glabra , ſparſa , petiolis brevibus. *Flos* flaveſcens , axillaris , congeſtus , ſeſſilis. *Calyx* communis 3 - phyllus , 3 - florus : proprius nullus. *Corolla* tubuloſa , 4 - 5 - fida : *ſtaminibus* 8 tubo incluſis. *Bacca* , 1 - ſperma.
Habitat ſuburbia Cantonienſia Sinarum.

† Sp. 2. DAPHNE CANNABINA. *a* Cây Deó niet.
Differ. ſpec. Daph. *Umbellis* terminalibus : *foliis* lanceolatis , oppoſitis.
Hab. & notæ. *Arbor* 10 - pedalis : *ramis* aſcendentibus : *cortice* Cannabino , tenaciſſimo. *Folia* ovato-lanceolata , integerrima , glabra , oppoſita. *Flos* luteus , umbellis ſub-terminalibus. *Cal.* nullus. *Corolla* hippocrateriformis , tubo longo , limbo parvo , 4 - fido , laciniis ovatis. Filamenta 8 , brevia , bino ordine intra tubum : *antheris* oblongis. *Germen* oblongum , ſuperum. *Stylus* craſſus , breviſſimus : *ſtigmate* rotundo. *Bacca* ovata , 1 - ſperma , rubra , parva.
Habitat ſylvas Cochinchinæ.
Virt. Corticis , & radicis. Cathartica , Deobſtruens , Sialagoga , Prodeſt in hydrope aſcite ejus decoctum. Pituitam faucibus adhærentem diſ-

diſſolvit, atque educit. Abſque noxâ opperatur prudenter adhibita; quod de aliis Daphnes ſpeciebus dici nequit.

Uſus. Ex cortice contuſo, & macerato fit charta ſcriptoria apud indigenas optima. Intra truncum prope radicem inveniuntur ſæpe in hâc arbore fruſta lignea rezinoſa, fuſca, gravia, informia, ligno Aloe ſimilia, & ejus-odorem in igne quomodocunque imitantia.

† Sp. 3. DAPHNE INDICA. ß Lu ha ſin.

Differ. ſpec. Daph. *Capitulo* terminali: *foliis* oppoſitis, oblongo-ovatis, glabris. Lin. ſp. 9.

Hab; & notæ. *Arbuſcula* 3-pedalis: *ramis* aſcendentibus. *Folia* oblongo-ovata, ſæpius acuta, integerrima, glabra oppoſita. *Flos* albus, rubro conſperſus, Capitulo terminali, pedunculato. paucifloro. *Filamenta* plerumque 10, tubo occulta, eidem inſiſtentia bino ordine, ſuperiori 6, inferiori 4. *Bacca* 1-ſperma.

Habitat Cantone a Nankino oriunda, vulgoque audit frutex Nankinenſis.

Osbek. itin. p. 216. Burm. Ind. pag. 88.

† Sp. 4. DAPHNE ODORA. ß Nhuc môi; Nún muéi.

Differ. ſpec. Daph. *floribus* aggregatis, ſeſſilibus, terminalibus: foliis ovatis, alternis, glabris: Thunb. Japon. p. 159.

Hab; & notæ. *Arbuſcula* 3-pedalis, caule, craſſo: *ramis* multis diffuſis, ſæpe divaricatis. *Folia* oblongo-ovâta, ſubacuta, integerrima, glabra, ſubſeſſilia, ad apicem ramorum Congeſta. *Flos* Congeſtus, terminalis, ſubſeſſilis: *Calyce* nullo, Corolla infundibuli formis, 4-fida, carnoſa, parva, exterius rubra, intrinſecus alba: laciniis acutis, tubo æqualibus. *Stamina* 8, intra tubum, bino ordine. Bacca minuſcula, ovata, 1-ſperma.

Colitur ſtudiosè Cantone ſinarum: ubi magni fit ab indigenis propter odorem floris, tenuem quidem, ſed ipſis gratum.

TRI-

TRIGYNIA.

GENUS XIV. SAPINDUS.

Char Gen. *Cal.* 4. phyllus. *Petala* 4. *Capſulæ* carnoſæ, Connatæ, ventricoſæ. Lin. ſy. plant. G. 541.

Sp. 1. SAPINDUS SAPONARIA. α Cây bôn hôn.
Differ. ſpec. Sap. *foliis* impari-pinnatis : *caule* inermi. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbor* magna, *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-10-juga, inordinata : *foliolis* oblongis, acutis, ſub-falcatis, integerrimis, glabris. *Flos* albus, racemis compoſitis, magnis, terminalibus. *Calyx* 5-phyllus, *Corolla* 5-petala, calyce longior : uterque campanulatus : *ſtaminibus* 8, ſubulatis, piloſis. *Germen* 3-lobum. *Baccæ* 3, rotundæ, connatæ, glabræ, ab uno latere carinatæ, 1-ſpermæ : ſemine globoſo, nigro.
Habitat agreſtis, cultusque in Cochinchinâ.
Tournef. Inſt. p. 659. t. 440. Saponaria. Burm. Ind. p. 91. Saponaria Rarak Rumph. Amb. l. 2. c. 51. p. 134.
Uſus. Baccæ leviter contuſæ, & aquâ maceratæ præſtant ſaponem optimum ad lintea, & veſtes lavandas, ac dealbandas : nec obſtat, quod de vi corroſiva notentur; hæc enim ſimiliter invenitur in quolibet abſtergente, quando imprudenter tractatur.

† Sp. 2. SAPINDUS ABRRUPTUS. β Mu hôan xú.
Differ. ſpec. ſap. *foliis* abruptè pinnatis, integerrimis : *caule* inermi.
Hab; & notæ. *Arbor* magna : *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* abruptè pinnata : *foliolis* lanceolatis, integerrimis, glabris. *Flos* pallidus, racemis magnis, ſubterminalibus : *calyce*, & *corollâ* æqualibus, campanulatis 4-phyllis. *Stylus* 1, 3-ſulcatus : *ſtigmatibus* tribus. *Baccæ* 3, connatæ, ſub-globoſæ, 1-ſpermæ, ruſæ.
Habitat Cantone Sinarum.
Uſus : detergens, idem, qui præcedentis ſpeciei.
Obſerv. Hanc plantam obſervavi recentem Cantone, ubi naſcitur : nullatenus vero invêni caulem ſpinoſum, aut foliola laciniata, quæ propria ſunt ſpecierum 2, & 4 Linnæi. Unde ſtatuendum putavi, vel plantam noſtram eſſe diverſam, vel notas illas non eſſe conſtantes.

GE-

GENUS XV. CARDIOSPERMUM.

Char. Gen. *Cal.* 4 - phyllus. *Petala* 4. *Nectarium* 4 - phyllum, inæquale. *Capſ.* 3, connatæ, inflatæ. Lin. ſy. pl. G. 540.

Sp. 1. CARDIOSPERMUM HALICACABUM. α Cây tam phoung.
Differ. ſpec. Card. foliis lævibus. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, volubilis, ſtriatus, inermis, tenuis, longus, ramoſus. *Folia* lato-lanceolata, ſinuato-inciſa, glabra, 2 - ternata. *Flos* axillaris, ſolitarius, parvus, albus, pedunculis longis: *calyce*, & corollâ 4 - phyllis. *Capſula* triplex, membranacea, inflata, 3 - gona, in unum coalita: *ſeminibus* ſolitariis, globoſis, nigris, ab baſim excreſcentiâ albâ, 3 - lobâ notatis. *Stamina* ſemper 8.
Habitat incultum in Cochinchinâ.
Piſum veſicariium, fructu nigro, albâ maculâ notato. Bauh. Pin. p. 343. Halicacabus peregrinus. Rumph. Amb. l. 10. c. 44. pag. 61. t. 24. f. 2. Hæc autem figura Rumphiana non ſatis cohæret cum noſtris tum caule, tum pedunculis polyfloris.

Sp. 2. CARDIOSPERMUM CORINDUM. β . . .
Differ. ſpec. Card. *foliis* ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, tenuis, longus, ſtriatus; ſcandens cirrhis ſolitariis, lateralibus. *Folia* 2 - ternata, pubeſcentia, acuta, inciſa, parva. *Flos* lateralis, albus, pedunculis ſub-trifloris, ſolitariis: *calyce* patulo, 4 - phyllo, foliolis alternis maioribus. Pericarpium *capſula* 3 - locularis, 3 - gona, membranacea, inflata: *ſeminibus* ſolitariis, nigris, globoſis, cicatrice cordatâ notatis.
Habitat incultum in ſuburbiis Cantonienſibus Sinarum.

GENUS XVI. COCCOLOBA.

Char. Gen. *Cal.* 5 - partitus, coloratus. *Cor.* o. *Bacca* calycina, 1 - ſperma. Lin. ſy. pl. G. 538.

† Sp. 1. COCCOLOBA ASIATICA. α Cây Muông chuong.
Differ. ſpec. Coc. *ſcandens*: *foliis* oblongo-ovatis, venoſis: *racemis* terminalibus.
Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſcandens, ramoſus. *Folia* oblongo-ovata, ſub-acuminata, integerrima, coriacea, venoſa, alterna. *Flos* albus, racemis laxis, terminalibus. *Calyx* campanulatus, albus, 5 - partitus, laciniis oblongis, concavis. *Cor.* nulla. *Stamina* 8. *Sty-*

Stylus ſemitrifidus, calyci ſubæqualis: *ſtigmatibus* 3, ſubrotundis. *Bacca* ſubrotunda, 5-loba, ex 5 laciniis calycis coaleſcens, ſubnigra, pellucida, parva: *ſemine* 1, triquetro, acuminato.
Habitat in ſepibus, ac dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. COCCOLOBA CYMOSA. α Muông chuong chum.
Hab; & notæ. *Caulis*, & *folia* ut præcedentis. *Flos* cymis ſeſſilibus, vel, ſi velis, congeſtus, multus, axillaris, & terminalis. *Calyx*, *ſtamina*, *piſtilum*, *bacca* ut præcedentis.
Habitat ſimiliter in ſepibus Cochinchinæ.

GENUS XVII. POLYGONUM.

Char. Gen. *Cal.* 0. *Cor.* 5. partita, calycina. *Semen* 1, angulatum. Lin. ſy. pl. G. 537.

Sp. 1. POLYGONUM HYDROPIPER. α Rau ram nhà tloi. β Xüei leia.
Differ. ſpec. Pol. *floribus* hexandris, ſemidigynis: *foliis* lanceolatis: *ſtipulis* ſub-muticis. Lin. ſp. 8.
Hab; & notæ. *Planta* aquatica, caule 2-pedali, ſuberecto, ſubſimpliciſſimo, tereti, inæquali. *Folia* lanceolata, integerrima, ſubſeſſilia, pallidè viridia, margine piloſa: *ſtipulis* longis, ſubmuticis. *Stamina* 6. *Stylus* 2-fidus. *Spicæ* ſubterminales, congeſtæ, 3-4, rubeſcentes, teretes, reflexæ. *Semen* 1, angulatum.
Habitat in paludibus, & infra ripas fluminum, in Cochinchinâ, & Chinâ: ubi ex illo formantur ſepes ad olera aquatica continenda.
Virtus. Acris, ſtimulans, urens.
Perſicaria urens, ſive Hydropiper. Bauh. Pin. pag. 101. n. 2. Perſicaria, florum ſtaminibus ſenis, ſtylo bifido. H. Clif. pag. 46.

Sp. 2. POLYGONUM PERSICARIA. α . . .
Differ. ſpec. Pol. *floribus* hexandris, digynis: *ſpicis* ovato oblongis: *foliis* lanceolatis: *ſtipulis* Ciliatis. Lin. ſp. 9.
Hab; & notæ. *Caulis* 2-pedalis, multiplex, diffuſus, procumbens. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, alterna, glabra, magna, maculâ fuſcâ in medio notata: *ſtipulis* ciliatis. *Flos* ſpicis oblongis, parvis. *Stamina* ſæpius 6. Stylus duplex.
Habitat incultum in hortis, & pratis humidis Cochinchinæ.
Perſicaria Mitis maculoſa, & non maculoſa. Bauh. Pin. p. 101. n. 1.

Sp.

Sp. 3. POLYGONUM BARBATUM. Leào Xi: Hung hoang Xeng.
Differ. ſpec. Pol. *floribus* hexandris, trigynis : *ſtipulis* truncatis, ſetaceo-ciliatis : *foliis* lanceolatis. Lin. ſp. 10.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, rubeſcens, ſub-quadragonus, 1-pedalis, multiplex, erectus : *ſtipulis* truncatis, ciliatis, pilis longis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* rubro-viridis, *ſpicis* ſimplicibus, ablongis, ſub-terminalibus, ſub-ſolitariis. *Stamina* 6. Stylus 3-fidus. *Cor.* 5-partita. *Semina* triquetra, fuſca, nitida.
Habitat in Chinâ, Cantone, & alibi.
Gmel. ſibir. 3. pag. 52. Burm. Ind. pag. 89. Thunb. Jap. pag. 165.

† Sp. 4. POLYGONUM TINCTORIUM. Hö lâm.
Differ. ſpec. Pol. *floribus* hexandris, ſemitrigynis : *ſpicis* ramoſis : *foliis* craſſis, ovatis : *ſtipulis* membranaceis.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, teres, 2-pedalis, multiplex, ſub-erectus : *ſtipulis* membranaceis, vaginantibus. *Folia* ovata, integerrima, glabra, craſſa, ſuccoſa, alterna, latè viridia. *Flos* ruberrimus, ſpicis longis, ramoſis, ſubterminalibus. *Corolla* 5-partita connivens. *Stamina* 6. Stylus ſemitrifidus.
Habitat Cantone Sinarum.
Uſ. Ad tingendas telas pulchro colore cæruleo, aut viridi. In eundem finem coluntur in Japoniâ Polygonum Chinenſe, Barbatum, & Aviculare, teſte Thunbergio, quem uſum apud Sinenſes non audivi : & certè iſtorum folia colore differunt à Tinctorio Chinenſi.

Sp. 5. POLYGONUM AVICULARE. α. Vien ſúc.
Differ. ſp. Pol. *floribus* octandris, trigynis, axillaribus : *foliis* lanceolatis : *caule* procumbente herbaceo. Lin. ſp. 14.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, multiplex, procumbens, ramoſus, diffuſus : *radice* ſimplici, articulato-nodoſa. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, minuſcula, alterna. *Flos* axillaris, rubeſcens, ſubſolitarius. *Corolla* 5-partita. *Stamina* 8. *ſtyli* 3. *ſemen* triquetrum, nudum.
Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.
Thunb. Jap. p. 166. Gmel. Sibir. 3. p. 40. n. 32.

Sp. 6. POLYGONUM CHINENSE. Fö thán mû.
Differ. ſpec. Pol. *floribus* octandris, trigynis : *pedunculis* ſcabris : *foliis* ovatis : *bracteis* cordatis. Lin. ſp. 19.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſuberectus 3-pedalis, teres, debilis : *ſtipulis* lanceolatis, glabris, vaginantibus. *Folia* ovata, acuminata, ſubcordata, alterna, glabra, margine rubentia, ſub-criſpata.

pata. *Flos* terminalis, albus, racemis ſubdiviſis, expanſis. *Corolla* 5-partita. Stamina 8. ſtyli 3. *ſemen* 1.

Habitat prope Cantonem Sinarum.

Burm. Ind. p. 90. t. 30. f. 3. Thunb. Jap. p. 166.

Sp. 7. POLYGONUM PERFOLIATUM. α Rau Soúng chua deel: Bim bim gai.

Differ. ſpec. Pol. *foliis* triangularibus: *caule* aculeato: *ſtipulis* perfoliato-folioſis, patentibus, ſubrotundis. Lin. ſp. 22.

Hab; & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, acirrhus, angulatus, 15 pedalis, ramoſus, aculeatus, *aculeis* multis, inverſis: queis etiam armantur petioli, & pedunculi. *Stipulæ* perfoliatæ, ſubrotundæ, planæ, integerrimæ. *Folia* triangularia, integerrima, glabra, coſtis, & margine aculeatis: *petiolis* longis, alternis. *Flos* albicans, in aliis cæruleus: *ſpicis* ſimplicibus, ſolitariis, brevibus, terminalibus. *Cal.* 0. *Corolla* membranacea, campanulata, 5-partita, laciniis ovatis. *Filamenta* 8, ſubulata, tenuiſſima; medio tubo corollæ inhærentia: *antheris* ſubrotundis, minimis. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* filiformis, 3-fidus, corollæ æqualis: *ſtigmatibus* 3, craſſiuſculis. *Semen* 1, ſubrotundum, nigrum, nitidum, corollâ permanente fotum.

Habitat in ſepibus Cochinchinæ.

Burm. Ind. p. 90. t. 31. f. 2. Thub. Jap. p. 168.

Obſerv. Eſt ibi varietas habitu ſimili, flore cæruleo, quæ ſimul gaudet calyce, & corollâ, ambobus 5 fidis, corollâ autem carnoſâ, ſubclauſâ.

Virtus. Incidens, Abſtergens, Emolliens. Cataplaſma tumores reſolvit: lavatio ſcabiem mundat. Præterea uſus eſt æconomicus frequens, & mechanicus ad emolliendum ebur, & oſſa, ut ſic aptiora reddantur ad imprimendas varias formas, & retinendos varios colores.

Sp. 8. POLYGONUM TATARICUM. β Tam cô mac.

Differ. ſpec. Pol. *foliis* cordato-ſagittatis: *caule* inermi, erecto: *ſeminibus* ſub-dentatis. Lin. ſp. 23.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, inermis. *Folia* cordato-ſagittata, integerrima, glabra, pauca, alterna, petiolis longis. *Flos* albus, *pedunculis* polyfloris, axillaribus, & terminalibus: *involucris* communibus, oblongis, curvis. *Calyx* proprius nullus. *Corolla* campanulata, 5-partita. *Stamina* 8. ſtyli 3. ſemen 1, triquetrum, rubrum. Non obſervavi, an eſſet dentatum.

Helxine, caule erecto, inermi, foliis cordato-ſagitatis, ſeminum angulis dentatis. Hort. Cliff. p. 151. Fagopyrum erectum, fructu aſpero. Amman. Ruth. p. 168. n. 142.

Ha-

Habitat Cantone Sinarum.

† Sp. 9. POLYGONUM CILIATUM. ...

Differ. ſpec. Pol. *floribus* octandris, trigynis: *ſtipulis* ſtriatis, obtuſis, ciliatis: *ſpicis* breviſſimis.

Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, ſimplex, 4-gonus, erectus, tenuis, ſeſquipedalis: *ſtipulis* ciliatis, obtuſis, ſtriatis, amplexicaulibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, alterna, ſubſeſſilia. *Flos* terminalis, dilutè ruber: *ſpicis* breviſſimis. *Cor.* campanulata, 5-fida. *Stamina* 8. *ſtyli* 3. *ſemen* 1, triquetrum nudum.

Habitat Cantone Sinarum.

† Sp. 10. POLYGONUM ODORATUM. *Rau Ram.*

Differ. ſpec. Pol. *floribus* octandris, trigynis: *ſpicis* longis, terminalibus: *radice* repente.

Hab; & notæ. Caulis herbaceus, 1-pedalis, ſub-erectus, geniculatus, ſimplex: *radice* repentè: *ſtipulis* obtuſis, ciliatis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna, ſubſeſſilia: odore acuto, grato: ſapore ardenti, piperato. Flos minutus, ruber: *ſpicis* terminalibus, longis, ſtrictis. *Cal.* nullus. *Corolla* infundibuliformis, 5-partita. *Filamenta* 8, corollâ breviora: *antheris* incumbentibus. *Styli* 3, filiformes, longitudine corollæ: *ſtigmatibus* globoſis, minimis. *Semen* 1, ſub-trigonum, utrinque acuminatum, corollâ marceſcente fotum.

Colitur in toto Regno Cochinchinæ: amat loca humida.

Uſus. Planta iſta dat optimum Condimentum carni, & piſcibus, præcipuè aſſis.

TETRAGYNIA.

† GENUS XVIII. PYTHAGOREA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium Campanulatum, 7-8-phyllum: foliolis linearibus, hirſutis, coloratis.

Cor. Campanulata, petala 7-8, lanceolata, concava, hirſuta, calyci longitudine æqualia.

Stam. Filamenta 8, ſubulata, corollâ longiora. Antheræ ſubrotundæ, didymæ.

Piſt. Germen medium inter calycem, & corollam, ſubovatum, piloſum. Styli 4, ſubulati, reflexi, breviores ſtaminibus. Stigmata acuta.

Peric. Capſula ovata, 4-locularis, polyſperma.
Sem. ſubrotunda.
Nom. Ab antiquo Botanico Pythagorâ: cujus opera a Theophraſto, & Plinio ſæpe laudantur.

Char. Gen. *Cal.* 7-8-phyllus, inferus. *Cor.* 7-8-petala, ſupera. *Capſula* 4-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. PYTHAGOREA COCHINCHINENSIS. α Xuong cá tiá nhỏ lá.
Differ. ſpec. Pyt. *foliis* lanceolatis, ferratis: *racemis* axillaribus.
Hab. *Arbor* parva, ramoſiſſima. *Folia* ovato-lanceolata, ferrata, glabra, ſubſeſſilia: nervis longitudinalibus ad apicem rubris. *Flos* albus, axillaris, racemis longis, ſubſimplicibus, *pedunculis* partialibus brevibus.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† GENUS XIX. HYDROGETON.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus.
Cor. Infera; petala 4, ſubrotunda, inflexa: ungue tenui, brevi, incurvo.
Stam. Filamenta nulla. Antheræ 8, ovatæ, receptaculo affixæ.
Piſt. Germina 4, ovata. Stylus nullus. Stigmata 4, oblonga, erecta.
Peric. Folliculi 4, ovati, 1-ſpermi.
Sem. ejuſdem formæ ovatæ.

Nom. (Ὕδρος aqua: γειτων proximus) Planta aquatica.

Char. Gen. *Cal.* 0. *Corolla* petala 4 ſubrotunda, unguiculata. *Folliculi* 4, 1-ſpermi.

† Sp. 1. HYDROGETON HETEROPHYLLUM. α Raong hai thứ lá.
Differ. ſpec. Hyd. *foliis* inferioribus ſubulato-linearibus, ſummis ovatis, acuminatis.
Hab. *Caulis* procumbens, longus, ramoſus, aquis innatans. *Folia* inferiora ſubulato-linearia, ſuperiora ovata, apice acuta, omnia integerrima, glabra. *Flos* viridis, parvus; ſpicis oblongis, coarctatis, terminalibus, nudis.
Habitat in fluviis, & paludibus Cochinchinæ.
Obſerv. Hæc planta ſolo numero ſtaminum a Patamogetone differt; quare, ſi melius videtur in unum Genus conjungi, non repugnabo;

bo: maximè, quia Claſſes Octandria, & Tetrandia quodammodo affines ſunt. Pericarpium aperiri in valvas non vidi; ideo potius folliculos, aut baccas eſſe exiſtimavi: nuda ſemina non licuit vocare, quæ laxo putamine includuntur. Vide ſupra Spathium. Genere 32. Hexandriæ Tetragyniæ.

CLAS-

CLASSIS IX.
ENNEANDRIA.
MONOGYNIA.

† 1. CALODIUM. *Cal.* 3-fidus, inferus. *Cor.* 3-fida, baccata. *Filam.* ſquamulâ ſuffulta. *Bacca* 1-ſperma.

2. ANACARDIUM. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Cor.* 5-petala, reflexa. *Stamina* uno caſtrato. *Nux* receptaculo carnoſo.

3. LAURUS. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, Calycina, infera. *Bacca* 1-ſperma. Neſtarii glandulæ biſetæ.

TRIGYNIA.

4. RHEUM. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, infera. *Semen* 1, triquetrum.

MO-

MONOGYNIA.

GENUS I. CALODIUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 3 - fidum, patens, inferum, minimum, perſiſtens: foliolis acutis.

Cor. Monopetala: tubo ovato, carnoſo: limbo 3 - partito, patente.

Stam. Filamenta 9, brevia, planiuſcula: horum 3 medio trium laciniarum corollæ impoſita, ſquamulis ſingulis, acutiuſculis ſuffulta: tria alia baſi ſciſſurarum inſidentia, ſquamulis totidem defenſa: tria reliqua minora, tubo infra ſciſſuras ſine ſquamis nec glandulis adnata. Antheræ totidem, 2 - loculares, acutæ, erectæ.

Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus o. Stigma ſubacutum.

Peric. Bacca ovata, pertuſa, ſubcarnoſa, 1 - ſperma: formata ex ipſâmet corollâ germen laxè amplectente: in matureſcentiâ, limbo ſæpius deciduo, truncata.

Sem. 1, ſubrotundum, læve, molliculum, quod antea germen.

Nom. (Καλώδιον funiculus) ex habitu plantæ funiculari.

Char. Gen. *Cal.* 3 - fidus. *Cor.* 3 - fida. *Filamenta* ſquamis ſuffulta. *Bacca* corollina, 1 - ſperma.

† Sp. 1. CALODIUM COCHINCHINENSE. α To haong Xanh.

Differ. ſpec. Calod. *caule* filiformi, intricato: *foliis* ſubnullis: *floribus* ſparſis.

Hab. Caulis filiformis, tenuis, ſubangulatus, longiſſimus, intricatus, obſcuro-viridis, inermis, ramoſus. *Folia* nulla, niſi ſquamas parvas, paucas, ſparſas folia dicas. *Radix* e terrâ ſurgens nulla: fortaſſe paraſitica, minima, repens per caules, & ramos aliarum plantarum, quibus innectitur. *Flos*, & *fructus* luteo-virides, ſparſi, ſeſſiles. *Corolla* a *Calyce* differt formâ, colore, & magnitudine.

Habitat ubique in ſylvis Cochinchinæ: puto, quod etiam in Chinâ quamvis ibi non viderim.

Conſuta. Rombut putri. Rumph. Amb. l. 9. c. 91. tab. 184. f. 4.

Obſerv. Ex habitu judicare licet eandem eſſe cum Caſſyta Linnæi: ſed hujus Character in ſyſtemate plantarum, ſicut etiam integra deſcriptio in Generibus plantarum adeo a noſtra differunt pericarpio, corollâ, & nectario, ut integram deſcriptionem dare juxta propria obſervata ſuperuacaneum non ſit.

GE-

GENUS II. ANACARDIUM.

Char. Gen. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5, reflexa. *Antheræ* 9: decimo caſtrato. *Nux* reniformis ſupra receptaculum carnoſum. Lin. ſy. pl. G. 546.

Sp. 1. ANACARDIUM OCCIDENTALE. γ Cajú.

Differ. ſpec. Anac. *foliis* ovatis, ſparſis: *racemis* laxis, terminalibus.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: trunco brevi, turtuoſo: *ramis* multis, longis, expanſis, reclinatis. *Folia* ſub-ovata, integerrima, plana, glabra, petiolata, ſparſa, nervis coſtalibus parallelis. *Flos* ruber, racemis magnis; laxis, terminalibus. *Calyx* foliola 5, lanceolata, ſuberecta, infera. *Corolla* calyce longior, petala 5, lanceolata, reflexa. *Filamenta* 10, corollâ breviora; omnia in tubum brevem baſi coalita, longitudine inæqualia: *antheris* totidem, ſubrotundis. Additur aliquando (non ſemper) undecimum filamentum ſine antherâ, alteri ex decem uſque ad medium connatum, ſuperius liberum, ſubulatum, brevius. *Stylus* longior ſtaminibus, brevior corollâ: *ſtigmate* obtuſo, 4 - lobo. *Pericarpium* nux reniformis, lævis, 1 - locularis, nucleo ſimili: inſidens *receptaculo* carnoſo, pyriformi, magno, eduli, nitido, hinc flavo, inde rubro, odoro, dulci, aſtringente.

Habiat in orâ Orientali Africæ. Vidi quoque in Malabaria, & in Benghalâ, ſed ibi florem non examinavi.

Caſſuivum. Rumph. Amb. l. 1. c. 59. tab. 69. Acoſta. Arom. cap. 24 de Cajus, ap. Cluſ. Exot. p. 273. Fructum naturali magnitudine, & formâ optimè repræſentat Tournef. Inſt. tab. 435.

Obſerv. Cum planta iſta Africana vix aliquâ parte habitus differat ab Americanâ, ex quâ omnes originem duxiſſe ſatis probatur, illas ſpecie diſtinguere non placet: at numerus ſtaminum, & eorum concretio, ſi alibi comprobetur, Monadelphiæ Decandriæ adjudicari poſtulat.

Uſus. Fructus edules ſunt, ſucculenti, & mediocriter ſapidi: nimis calidi habentur, adeoque in ſcabiem, & flegmones ſæpe erumpunt. Spiritus vini ex illis paratus idem vitium habet: valet autem egregiè ad quælibet fomenta calida applicanda, quorum virtutem exaltat, cum ſit valde penetrans, & efficax. Nux, ſi torreatur, fit ſapida, & eſculenta.

GENUS III. LAURUS.

Char. Gen. *Cal.* o. *Corolla* calycina, 6-partita. *Nectarium* glandulis tribus, biſetis, germen cingentibus. *Filamenta* interiora glandulifera. *Drupa* 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 545.

Sp. 1. LAURUS CINNAMOMUM. α Cây Quê. β Kúéi Xú.
Differ. ſpec. Laur. *foliis* trinerviis, ovato-oblongis, nervis verſus apicem evaneſcentibus. Lin. ſp. 1.
Hab; & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, 3-pollicaria, utrinque ſubacuta, integerrima, plana, 3-nervia, nervis ad apicem evaneſcentibus, ſubvenoſa, glabra, pallidè viridia, petiolata, ſparſa. *Flos* pedunculis polyfloris, longis, lateralibus, & terminalibus, hermaphroditus, albus: *corollâ* 6-partitâ: *ſtaminibus* 9, horum tribus interioribus 2-glanduloſis. *Bacca* parva, ovata, nigricans, nitida, oleoſa: *Semine* 1, ejuſdem formæ.
Habitat agreſtis in altis montibus Cochinchinæ, ad Occidentem, verſus Laoſios: ubi quæcunque invenitur arbor truncatur, & excorticatur. Rami craſſiſſimi dant vile Cinnamomum, quod plerumque abjicitur, quia longi itineris expenſæ pretium ſuperant. Tenuior cortex, a ſupremis ramis avulſus, Zeylanico craſſitie æqualis, odore, & ſapore acerrimus non magni æſtimatur, eoque utuntur indigenæ ad condiendos cibos. At mediorum ramorum cortex, lineam fere craſſus, optimum, & pretioſum præbet Cinnamomum; quo utuntur in Medicinâ, & multo altiori pretio venditur, quam Zeylanicum, præcipuè, quod in Tunkino naſcitur, & raró invenitur. Hujus oleum per deſtillationem abundantius extrahitur: color eſt rubro-fuſcus, acritudo minus acuta, ſapor multo dulcior Cinnamomo Zeylanico.
Canella. Garc. Arom. l. 1. c. 15. Acoſta. l. Arom. cap. 8. pag. 262. apud Cluſium. Cinnamomum foliis latis, ovatis, frugiferum. Burm. Zeyl. p. 62. t. 27. Canella Cuurdo. Piſ. Mant. p. 165. fig. ibi. Hæ autem figuræ non ſatis cum Cochinchinenſi cohærent; nam in Burmanno folia videntur ovata: in Piſone nervis terminantibus.
Virtus. Calefaciens, Cordialis, Corroborans. Expertus ſum admodum proficere in diabéte ſenili, ex debilitate, & frigore ortâ.

Sp. 2. LAURUS CAMPHORA. β Lûm nào hiềm. α Laong nao.
Differ. ſpec. Laur. *foliis* tripli-nerviis, lanceolato-ovatis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolato-ovata, 3-nervia, integerrima, glabra, pleraque alterna, oppoſita

 aliqua,

aliqua, petiolata, tergo ablicantia. *Flos* albus, pedunculis ſimplicibus, longis, lateralibus. *Bacca* parva, ovata, 1-ſperma, rubro-fuſca.

Habitat frequens, & inculta non minus in Chinâ, quam in Japoniâ. Laurus Camphorifera. Kæmpf. Amæn. p. 770. t. 771. Thunb. Japon. p. 172. Ibi legi poteſt modus extrahendi Camphoram per ſublimationem in Japoniâ: quæ methodus fere eadem apud Sinas.

Uſus. Optimum eſt lignum ad formandas ciſtas, aut quælibet ſcrinia, non quidem pulchritudine, ſed duratioue; nam coſſi, & formicæ albæ in Indiis adeo infeſtæ tales ciſtas, & in eis contenta non audent attingere, odore Camphoræ prœterritæ, & fugatæ.

Virtus Medica. Reſolvens, Antiſeptica, Nervina, Sudorifera, Anthelminthica. Valet in inflamationibus, Rheumatiſmo, Hyſteriâ, Ophtalmiâ, Surditate, Odontalgiâ, Maniâ. Medicamentum certè heroicum, cum ſcitè tractatur.

Obſerv. Camphoram de Bornéo, ſive de Barus efficaciorem virtutem, vel a Sinenſi diverſam habere non judico utrâque ſæpiſſime uſus: quamvis illa in Sinis, & Japoniâ centuplo carius vendatur. Omnia rara pretioſa, nec ſemper ex vero merito! An ex eâdem plantâ proveniant, decidere non præſumo, cum Borneana arbor mihi non occurrerit. Conſulatur ingenuus Author Wilhelmus Marſden in hiſtoriâ Samatrenſi, Anglicè editâ Londini, an. 1784 pag. 120: qui citat Valentinum utriuſque arboris folia exhibentem in hiſtoriâ ſimplicium, pag. 488. tab. 7.

† Sp. 3. LAURUS CARYOPHYLLUS. *a* Qúê rành.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* trinerviis, alternis, oppoſitisque: *corymbis* racemoſis, terminalibus: ramis brachiatis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* brachiatis, ſub-patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, 3-nervia: nervis terminantibus, glabra, ſeſquipollicaria, supernè obſcuro-viridia, infernè glauca, petiolata, alterna, oppoſitaque, odorifera, duriuſcula. *Flos* albus, parvus, corymboſo-racemoſus, terminalis. *Cal.* o. *Corolla* petala 6, ovato-lanceolata, patentia. *Stamina* 9, quorum 3 interiora 2-glanduloſa, planiuſcula. *Nectarium* glanduloſum. *Stylus* longior ſtaminibus: ſtigmate obtuſo. *Bacca* ovata, parva, fuſco rubra, 1-ſperma. *Cortex*, & *radix* rubro-fuſca; odorem, & ſaporem Caryophyllorum Amboinenſium imitatur.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Ab hâc non longè recedit Laurus Culilaban (Lin. ſp. 2.), quæ eâdem cum cortice Caryophylloide Rumph. Amb. l. 2. c. 22. t. 14 Idem quoque videtur eſſe Cinnamomum perpetuò florens, folio tenuiore, acuto. Burm. Zeyl. p. 63. t. 28. Ubi hic Author citat alios, quam-

quamvis de diverſis plantis agentes, ſcilicet de Lauro Caſſia, & de Lauro Myrrhâ (de quâ nos infra) quæ omnino diverſæ ſpecies ſunt, & ibi confunduntur. Ad noſtram proprius accedere videtur Caſſia Caryophyllata Piſonis. Mant. pag. 169. quæ ſapore, & odore Caryophyllos refert, & a Luſitanis vocatur Caryophyllus Maranhonius, ex nomine provinciæ Braſiliæ, unde exportatur. Florem hujus ipſe non vidi.

Uſus in condimentis frequens. Virtus Medica Calefaciens, Corroborans, Stomachica. Cortex iſte multo oleoſior eſt, quam Cinnamomum; ſiquidem ex duabus libris extraxi olei eſſentialis fere duas uncias, initio ſub-flavi, poſtea rubeſcentis, odore Caryophyllorum, ſed minus grato.

† Sp. 4. LAURUS MYRRHA. α Ô duroc: Deaũ dáng. β Ū yõ.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* 3-nerviis, ovatis, acumine longo: floribus congeſtis, ſeſſilibus, axillaribus.

Hab; & notæ. *Arbor* parva, 5-pedalis, ramoſiſſima, trunco inermi, tortuoſo. *Folia* ovata, acumine longo, craſſo, integerrima, 3-nervia; nervis terminantibus, glabra, alterna, ſuperius obſcurè viridia, inferius pallida, petiolata. *Flos* albus, axillaris, glomeratus, ſeſſilis. *Calyx* communis 4-phyllus, foliolis, ſubrotundis, concavis, binis exterioribus minoribus, piloſis: continens 5 floſculos pedunculatos. *Perianthium* proprium nullum. Corolla propria petala 6, ovata, concava, ſubæqualia. *Filamenta* 9, planiuſcula, corollâ breviora: 3 interiora bi-glanduloſa: antheris compreſſis, obtuſis. *Germen* ovatum, ſuperum: *ſtylus* brevis. *Stigma* obtuſum. *Pericarpium* Bacca ovata, ſuccoſa, glabra, rubra, parva, 1-ſperma. *Radix* arbuſti lignoſa, craſſa, verticalis, polyſida, fuſca, oleoſa. Tota planta amariſſima, ſapore, & odore Myrrhæ Officinalis prædita.

Habitat frequens in dumetis Cochinchinæ.

Canella Zeylanica, Sylveſtris, odore, & ſapore Myrrhæ, floribus verticillatis. Herman. Muſ. Zeyl. pag. 26. Caſſia Cinnamomea; Myrrhæ odore, folio trinervio, ſubtus cæſio. Pluk. Alm. pag. 89.

Virtus, præcipuè radicis. Calefaciens, Diuretica, Emmenagoga, Antiputridinoſa, Anthelminthica. Ex baccis exprimitur oleum rubrum, plantæ odore, & ſapore præditum, quo utuntur indiginæ contra ſcabiem, vulnera, puſtulas, & ulcera putrida, vermeſque, & inſeſecta vel in illis, vel in quâcunque parte corporis nata. Eſtne vera planta Myrrhæ Officinalis, antea non ſatis cognita?

† Sp. 5. LAURUS POLYADELPHA. α Miéng ſanh, bàng lá.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* obſoletè trinerviis, lanceolatis: *floribus* polyadelphis, axillaribns.

Hab; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, obſoletè 3-nervia plana, coriacea, venoſa, petiolata, alterna, obſcurè viridia. *Flos* albo-ruber, corymbis racemoſis, axillaribus. *Calyx* monophyllus, cyathiaformis, coloratus, 6-partitus, laciniis oblongis, erectis. *Corolla* nulla, niſi calycem dicas. *Nectarium* glandulis 6, pedunculatis. *Stamina* 9, inæqualia, quorum tria appendiculata: omnia in tres faſciculos colligata. *Antheræ* oblongæ, planiuſculæ, truncatæ, nec longitudinaliter dehiſcentes, ſed per 4 foramina pollen emittentes. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus. *Stigma* obtuſum. *Pericarpium* bacca ſubrotunda, carnoſa, minima, 1-ſperma.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

† Sp. 6. LAURUS CURVIFOLIA. α Miéng ſanh caong lá.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* obſoletè trinerviis, oblongis, incurvis: racemis parvis, ſubterminalibus.

Hab.; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, acuminata, integerrima, obſoletè trinervia, venoſa, pallida, odora, dura, nitida, incurva, reflexa, alterna. *Flos* albus, racemis parvis, laxis ſubterminalibus. *Calyx* monophyllus, carnoſus, lobatus, acutè 6-fidus, inferus, perſiſtens. *Cor.* nulla, niſi calycem dicas. *Stamina* 9, plana, ſuperius dilatata: ibique illorum quodlibet e 4 foraminibus emittens 4 filamenta tenuiſſima, antherulis totidem, oblongis, 2-locularibus. Nectarium glanduliferum. Bacca oblongo-ovata, nigra, 1-ſperma.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

Obſerv. Hæc, & præcedens ſpecies magnam affinitatem habent cum Ocotea Guianenſi. Aubl. Guian. p. 780. tab. 310.

† Sp. 7. LAURUS CUBEBA. α Cây Mang tang. β ...

Differ. ſpec. Laur. *foliis* enerviis, aveniis, lanceolatis: *floribus* congeſtis, pedunculatis.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, ramoſiſſima: *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, enervia, plana, nitida, 2-pollicaria, alterna, petiolata. *Flos* albus, pedunculis monofloris, congeſtis, lateralibus. *Calyx* communis, 4-phyllus: foliolis ſubrotundis, concavis, coloratis, deciduis: continens 5 floſculos. *Perianthium* proprium nullum. *Corolla* partialis petala 6, ſubrotunda, patentia, inæqualia, limbo præmorſo. *Nectarium* glandulis 6, ſeſſilibus, oblongis, reflexis. *Filamenta* 9, breviſſima, quorum 6 ad 6 petala declinata, 3 interiora erecta, ſi bene memini, abſque glandulis, queis filamentorum brevitas locum non dabat. *Antheræ* totidem, quarum 6 compreſſæ, ſubquadratæ: loculis 4,

olli-

obliquis. *Germen* ſubrotundum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſimplex. *Bacca* globoſa, nigra, pedunculata, minima: ſemine globoſo.

Habitat culta, nec rara in agris, & hortis Cochinchinæ: puto, quod etiam in Chinâ.

Virtus: baccarum, corticis etiam, ſed debilior. Corroborans, Cephalica, Stomachica, Carminativa. Ejus decoctum prodeſt in Vertigine, affectionibus Hyſtericis, Paralyſi, Melancoliâ, Memoriæ imbecillitate. Utuntur indigenæ fructibus recentibus ad condiendos piſces. Odor fragrans. Sapor aromaticus, ſubfervidus, ſalivam elliciens. Magnitudo, forma, & color Piperis Nigri: pedunculo ſemper annectitur tenui, longiuſculo, unde haud inepte Piper caudatum diceretur.

Obſerv. Cum iſtius fructus forma, magnitudo, qualitas, virtus eædem omnino ſint, quæ prædicantur de Cubebâ, pronus eram ad aſſerendum arborem, ex quâ prodit, vulgarem eſſe Cubebam: ſed obſtant plerique Authores cum Garciâ l. 1. Arom. c. 23. dicentes Cubebam plantam eſſe ſcandentem, ac proinde fruticoſam, quamvis characteres proprios nullus exponat, præter Linnæum Juniorem, qui illos a Recentioribus acceperat, traditque in Suplemento plantarum, pag. 90, veramque eſſe ſpeciem Piperis decidit.

Sp. 8. LAURUS INDICA. α Bài loi đen.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* venoſis, lanceolatis, perennantibus; planis: *ramis* cicraticibus tuberculatis: *floribus* racemoſis. Lin. ſp. 7.

Hab; & notæ. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, enervia, venoſa, plana, glabra, 4-pollicaria, nitidè virentia, ſparſa, petiolata. *Flos* viridi-pallidus: racemis brevibus, ſubdiviſis, terminalibus. *Calyx* 6-phyllus, inferus, perſiſtens: foliolis ovato-oblongis, patentibus, tribus alternis minoribus. *Corolla* nulla. *Filamenta* 9, inæqualia, plana, calyci ſubæqualia. *Antheræ* totidem compreſſæ, 4-loculares: *loculis* obliquis in eodem plano ſitis. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* ſimplex. *Bacca* globoſa, parva, fuſca, 1-ſperma.

Thunb. Jap. pag. 173. Machilus? Rumph. Amb. l. 4. c. 37. tab. 42.

Habitat frequenter in ſylvis montanis Cochinchinæ.

Uſus. Lignum hujus arboris ſubflavum, nec ponderoſum, bonum eſt ad ædificia, & melius adhuc ad utenſilia domeſtica formanda.

Sp. 9. LAURUS PILOSA. α Bài loi loung: Bài loi Vàng.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* enerviis, oblongis, piloſis: *racemis* amplis, terminalibus.

Hab; & notæ. *Arbor* magna: ramis patentibus. *Folia* ovato-oblonga,

ga, acuminatâ, integerrima, piloſa, enervia, ſparſa, petiolata, 5 - pollicaria. *Flos* polygamus, luteo-viridis, uterque racemis vaſtis, ſubterminalibus. Hermaphroditi calyx campanulato-patens, 6-fidus, laciniis acutis. *Corolla* nulla. *Filamenta* 9, ſubulata, calyce breviora, piloſiſſima: *antheris* oblongis, 2-locularibus, incumbentibus. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* craſſus, calyci æqualis. *Stigma* 2-fidum, reflexum. *Bacca* globoſa, coriacea, parva, 1-ſperma.

Maſculi in diſtinctâ plantâ *Calyx* 6-phyllus: foliolis ovatis, concavis, lanuginoſis. *Cor.* nulla. *Filamenta* 9, brevia, piloſa: *antheris* planis, 4-locularibus.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

Uſus. Lignum flavum, longæ durationis, ad ædificandum, vel tornandum facile, & pulchrum eſt.

Sp. 10. LAURUS SASSAFRAS. α Cây Yàng dee. β Hoâm Chêm.

Differ. ſpec. Laur. *foliis* integris, trilobisque. Lin. ſp. 12.

Hab; & noſtr. *Arbor* magna, trunco recto: *ramis* in vertice patentibus: *ligno* levi, cinereo, odorato: *cortice* exteriori tenui, flaveſcente; interiori craſſo, fuſco: *radice* polyfidâ, craſſa, horizontali. *Folia* juniora ovato-oblonga, acuminata, integerrima, glabra, enervia, alterna, petiolata, pallidè viridia, magna: ſeniora 3-loba. Vidi parvam arborem Saſſafras foliis omnibus integris: an vero in ſenio 3-loba emiſerit, decidere non valeo. Florentem non vidi, dubiusque manſi, ſitne diverſa ſpecies? Flores audivi eſſe flavos; pedunculis longis: baccas ovatas, 1-ſpermas, cæruleo-fuſcas.

Habitat in ſylvis Gochinchinæ, ad Boream, prope Tunkinum.

Cornus mas, ſivè Saſſafras, Laurinis foliis indiviſis. Pluk. Amalth. pag. 66. Anhuyba Saſſafras. Piſo. Hiſt. Nat. Ind. l. 4. p. 145. fig. p. 146.

Uſus. Lignum eſt valde idoneum ad formandas arcas, quæ naturali arboris odore, quæcunque inſecta, & vermes arcent, ne contenta ab illis corrumpantur.

Virtus Medica. Diaphoretica, Sudorifica, Purificans, Diuretica. Decoctum multum valet in Rheumatiſmo, & doloribus vagis: fitque efficacius, adjunctis ligno Ebeno, Smilace Chinâ, & Illicio Aniſato. Uſus ſum frequenter radice cum ejus cortice, quæ oleo maximè abundat. Ex libris 4, abſque digeſtione deſtillatis, facillimâ operâ obtinui uncias 5 olei eſſentialis, ponderoſi, flavi, nitidiſſimi, acris, fragrantis, quod poſt 30 annos eaſdem qualitates integras ſervat.

Obſervatio. In omnibus ſpeciebus Lauri in Indiâ a me obſervatis, inveni ſemper flores hermaphroditos, baccas, non drupas, folia ubique

que perennantia. Hoc ultimum commune eſt omnibus ferè arboribus in Zonâ Torridâ, ubi raræ inveniuntur, quæ foliis annuis ſpolientur, ſicut in Europâ.

TRIGYNIA.

GENUS IV. RHEUM.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, perſiſtens. *Sem.* 1. triquetrum. Lin. ſy. pl. G. 549.

Sp. 1. RHEUM PALMATUM. β **Tá hoâm.** α **Dại hoàng.**
Differ. ſpec. Rh. *foliis* palmatis, acuminatis. Lin. ſp. 3.
Hab; & notæ. *Planta* perennis, acaulis. *Folia* magna, palmata, ſemipartita, lobis, & angulis acutis, 5-7, inæqualibus, inordinate repandis, ſub-ſcabris: *petiolis* erectis, teretibus, ſeſquipedalibus, craſſis: *ſtipulis* radicalibus, conicis, magnis, erectis, pallidis, margine rubris. *Scapus* teres, nudus, foliis longior: *ſpicâ* unicâ, ſimplici, erectâ: *foliis* floralibus binis, oppoſitis, parvis, ovato-lanceolatis, integerrimis. *Flos* luteus: *calyce* nullo: *corollâ* 6-fidâ, perſiſtente: *ſtaminibus* 9: *ſemine* 1, triquetro. *Radix* ſubrotunda, carnoſa, magna, fuſco-lutea, baſi ſæpe polyſidâ.
Habitat in provinciis Borealibus imperii Chinenſis, intra, & extra celebrem murum.
Acta Angl. 1765. pag. 292. t. 12. Berg. Mat. Med. p. 346.
Virtus: radicis. Purgans, Tonica, ſubaſtringens, Antacida. Prodeſt in Dyſenteria, Ictero, Phthiſi, Leucorrhoeâ, Febribus lentis, Catarrho antiquo. Externè in Odontalgiâ, excoriationibus, puſtulis, inflamationibus levioribus. Medici Sinenſes qualitate frigidâ præditum cenſent: & ad acuendam ejus virtutem ſæpe nitrum adjungunt. Utuntur ſæpius in decoctis, nec inefficaciter.

Sp. 2. RHEUM BARBARUM. β **Tá hoâm: Tay hoang.** α **Dại hoàng.**
Differ. ſpec. Rh. *foliis* ſubvilloſis: *petiolis* æqualibus. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Planta* perennis: *caule* 3-pedali, ſimpliciſſimo, tereti, craſſo, ſtriato, erecto: *radice* oblongâ, carnoſâ, magnâ fuſco-luteâ. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, ſubvilloſa, alterna: *petiolis* longis, æqualibus, craſſis. *Flos* pallidus, ſpicâ terminali, longâ.
Habitat in multis locis imperii Chinenſis: colitur etiam a curioſis in Cochinchinâ.
Rhabarbarum folio longiori hirſuto, criſpo, florum thirſo longiori, & tenuiori. Amman. Ruth. pag. 7. n. 9.

Virt.

Virt. Ferè eadem, quæ præcedentis.

Obſerv. Dum Cantone Sinarum reſiderem, Medicus Sinenſis a me rogatus detulit recentem plantam, quam Rheum Barbarum dicebat, huic omnino habitu ſimilem: ſed cum flores examinaviſſem, in omnibus numeravi ſtamina 6, corollas vero 3-fidas: adeoque erat planta media inter Rumicem, cui corolla 3-petala, & ſtamina 6, ac Rheum, cui corolla 6-fida, & ſtamina 9 debentur. Radix, cujus vim non probavi, erat carnoſa, oblonga, lutea, Rhei Barbari ſimilis, ſicut etiam folia.

CLAS.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores polypetali, irregulares, inferi.*

1. ANAGYRIS.	*Cor.* papilonacea: *vexillo* brevi, recto: *Carina* alis longiore: *Legumen.*
2. POINCIANA.	*Cor.* petalo ſummo maiore. *Legumen* compreſſum.
3. CÆSALPINIA.	*Cor.* petalo infimo pulchriore. *Legumen* rhombeum: *ſeminibus* rhombeis.
4. TOLUIFERA.	*Cor.* petalo infimo maiore. *Cal.* campanulatus. *Bacca* 1-ſperma.
5. CASSIA.	*Cor.* inæqualis. *Antheræ* roſtratæ. *Legumen* iſthmis interceptum.
6. GUILANDINA.	*Cor.* ſubæqualis, calyci inſidens. *Legum.* rhombeum. *Semina* oſſea.
† 7. BARYXYLUM.	*Cor.* ſubæqualis, plicato-criſpa. *Cal.* 5-phyllus, reflexus. *Leg.* rectum, polyſpermum.
† 8. ALOEXYLUM.	*Cor.* inæqualis. *Cal.* 4-phyllus: infimo duplo longiore. *Leg.* falcatum, 1-ſpermum.

** *Flores polypetali, æquales.*

9. CYNOMETRA.	*Cal.* 1-phyllus: laciniis oppoſitis maioribus. *Leg.* 1-ſpermum, carnoſum.
10. MELIA.	*Nectarium* tubuloſum, 10-dentatum. *Drupa* nucleo 5-loculari.
11. RUTA.	*Germen* punctis 10 melliferis. *Capſ.* 5-fida, 5-locularis, polyſperma.
12. TRIBULUS.	*Piſtilli* ſtylus nullus. *Capſ.* 5, connexæ, polyſpermæ.
13. CHALCAS.	*Cor.* petala 5, campanulata, patentia. *Bacca* 1-locularis, 2-ſperma.

14. LIMONIA. *Cor.* petala 5, carnoſa. *Bacca*, loculis 1-ſpermis.

† 15. QUINARIA. *Cor.* petala 5, reflexa. *Cal.* 5-fidus. *Bacca* 5-locularis, 1-ſperma.

† 16. AULACIA. *Cor.* petala 5, ſulcata. *Cal.* 5-dentatus. *Bacca* 5-locularis, 2-ſperma.

17. MELASTOMA. *Cor.* petala 5, calyci inſidentia. *Antheræ* refractæ. *Bacca* 5-locularis, calyce veſtita.

18. QUISQUALIS. *Cor.* petala 5, calyci filiformi inſidentia. *Drupa* 5-gona.

† 19. CUBOSPERMNM. *Cor.* petala 6, emarginata. *Capſ.* 5-locularis: *ſeminibus* cubicis.

*** *Flores monopetali, æquales.*

† 20. ACOSTA. *Cor.* 5-fida, urceolata. *Cal.* 5-dentatus. *Bacca* 5-locularis, calycina.

† 21. ENKIANTHUS. *Cor.* 5-fida. *Cal.* communis: proprius 5-phyllus, inferus. *Bacca* 5-locularis, polyſperma.

† 22. CYRTA. *Cor.* 5-partita, campanulata. *Cal.* 5-dentatus, inferus. *Drupa* curva.

**** *Flores incompleti, inferi.*

† 23. ANOMA. *Cor.* 10-partita, irregularis. *Cal.* 0. *Siliqua* 1-locularis, longa.

† 24. OPHISPERMUM. *Cor.* 0. *Cal.* 6-partitus. *Capſ.* 2-locularis. *Semina* alata.

DIGYNIA.

25. SAXIFRAGA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

26. DIANTHUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus, baſi ſquamoſus. *Capſ.* 1-locularis, oblonga.

TRI-

TRIGYNIA.

† 27. BEMBIX. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* 3 - partitus, inferus: *Bacca* ovata: 3 - locularis?

† 28. AUBLETIA. *Cor.* o. *Cal.* 5 - partitus, inferus. *Bacca* lentiformis, 3 - locularis, 1 - ſperma.

TETRAGYNIA.

† 29. THYSANUS. *Cor.* 5 - petala, infera. *Drupæ* 4 gibboſæ à alâ polyfidâ.

PENTAGYNIA.

30. CERASTIUM. *Capſ.* 1 - locularis. *Petala* 2 - fida. *Cal.* 5 - phyllus.

31. OXALIS. *Capſ.* 1 - locularis, angulata. *Cor.* baſi ſubcohærens.

† 32. HEDONA. *Capſ.* 1 - locularis angulata: ſeminibus reniformibus. *Cal.* 1 - phyllus, ventricoſus.

33. COTYLEDON. *Capſulæ* 5 ad nectaria. *Cor.* 1 - petala.

34. SEDUM. *Capſulæ* 5 ad nectaria. *Cor.* 5 - petala.

35. AVERRHOA. *Pomum* 5 - loculare. *Cal.* 5 - phyllus.

MONOGYNIA.

GENUS I. ANAGYRIS.

Char. Gener. *Vexillum*, *alæ*que carinâ breviores in corollâ papilonaceâ. *Legumen*. Lin. ſy. pl. G. 552.

Sp. 1. ANAGYRIS FŒTIDA. β. Pi ,pái. Lin. ſp. 1.
Differ. ſpec. An. *foliis* pinnatis, *foliolis* lanceolato-ovatis: *racemis* laxis, terminalibus: *leguminibus* teretibus.
Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, 8-pedalis: *ligno* duro, fœtido: *ramis* demiſſis. *Folia* impari-pinnata, multijuga: *foliolis* lanceolato-ovatis, integerrimis, glabris, ſimiliter olentibus. *Flos* albus paniculis terminalibus. *Cal.* cyathiformis, 5-fidus, laciniis rotundatis, brevis. *Corolla* vexillum alis æquale: carina longior: *petala* omnia unguiculata. *Stamina* 10, diſtincta, aſcendentia. *Legumen* ſub-teres, polyſpermum.
Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.
Bauh. Pin. pag. 391. n. 1. Milléri, & Royeni Synonima a Linnæo citata, cum flores habeant laterales, a noſtrâ diſcrepant. An diverſa ſpecies judicanda?

† Sp. 2. ANAGYRIS INODORA. α. Cây Bay.
Differ. ſpec. An. *foliis* pinnatis: *florum* calycibus inflatis, coloratis. *Leguminibus* compreſſis, rectis: *racemis* terminalibus, oblongis.
Hab., & notæ. *Frutex* erectus, arbori mediocri æqualis: *ramis* demiſſis, ſæpe ſcandentibus. *Folia* impari-pinnata: *foliolis* oblongis, acuminatis, glabris, inodoris. *Flos* albus, racemis oblongis, terminalibus. *Calyx* 5-dentatus, inflato-flaccidus, coloratus, brevis. *Corollæ* carina longior vexillo, & alis. *Filamenta* 10, diſtincta. *Legumen* rectum, compreſſum, polyſpermum.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS II. POINCIANA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5: ſummo maiore. *Stam.* longa, omnia fæcunda. *Legumen*. Lin. ſy. pl. G. 558.

Sp. 1. POINCIANA BIJUGA. γ . . .
Differ. ſpec. Poinc. *aculeis* ſolitariis: *foliolis* emarginatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6-pedalis, ſuberectus: *ramis* paucis, diffuſis: *aculeis* ſolitariis, aliquando binis, ternisve. *Folia* abru-

abruptè, & inordinatè pinnata, multijuga: *foliolis* ovatis, integerrimis, glabris, ſæpe emarginatis. *Flos* colore aureo, rubroque variatus, *racemis* ſimplicibus, terminalibus: *calyce* 5-phyllo, inæquali: *corollâ* 5-petalâ, ſummo maiore: *ſtaminibus* 10, longis: *legumine* ſublignoſo, acuminato, compreſſo, polyſpermo: ſeminibus oſſeis, ſubrotundis.

Habitat agreſtis in orâ Africæ Orientali.

Criſta pavonis. Rumph. l. 6. c. 24. tab. 20.

Sp. 2. POINCIANA PULCHERRIMA. α Hoa phung. β

Differ. ſpec. Poinc. aculeis geminis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, 10 pedes altus: *ramis* longis, diffuſis, debilibus: *aculeis* brevibus, plerumque geminis. *Folia* 2-pinnata, multijuga, ovato-oblonga, obtuſa, glabra. *Flos* aureus, coccineo maculatus, pedunculis longis, *racemis* ſimplicibus, terminalibus. *Calyx* luteus, patens, 5-phyllus: *foliolis* 4 ovato-oblongis, planis, æqualibus, quinto longiore, incurvo, inflexo. *Corolla* petala 5, patentia, unguiculata, turbinata, margine criſpato-dentata: ſummo maiore. *Stamina* longiſſima, inæqualia, receptaculo arcto inſidentia: *antheris* ovatis nutantibus. *Stylus* longior ſtaminibus: *ſtigmate* craſſiuſculo. *Legumen* compreſſum, ſub-rhombeum, roſtratum, lignoſum: *ſeminibus* 6 circiter, compreſſis, ſubrotundis, oſſeis.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, multiſque Indiæ locis.

Frutex pavoninus, ſive Criſta pavonis. Breyn. Cent. 61. t. 22. Criſta pavonis flore elegantiſſimo, variegato. Burm. Zeyl. pag. 79. Poinciana flore pulcherrimo. Tourn. Inſt. pag. 619. tab. 391.

Obſerv. Non videtur hæc a præcedenti ſpecie ſatis diſtincta; cum in utrâque ſimilis flos, & folia multijuga: quod autem hæc ſint, vel non emarginata, aculeique ſolitarii, vel gemini, non ſatis conſtanter procedit, prout etiam apud Rumphium videri poteſt.

Sp. 3. POINCIANA ELATA. α Cây Luc.

Differ. ſpec. Poinc. *Caule* inermi. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, inermis, *ramis* patentibus. *Folia* impari-bipinnata: *foliolis* oppoſitis, ovato-oblongis, multijugis, glabris. *Flos* dilutè ruber, *racemis* ſubdiviſis, terminalibus. *Cal.* 5-fidus, patens. *Corollæ* petala 5, unguiculata, conniventia, ſupremum maius, reliqua quatuor ſubæqualia. *Stamina* 10, ſubulata, longa, aſcendentia, diſtincta, inæqualia: *antheris* omnibus fertilibus, nutantibus. *Stylus* ſubæqualis ſtaminibus: *ſtigmate* 2-fido. *Legumen* oblongum, acuminatum, compreſſum: ſeminibus ſubrotundis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Forsk.

Forsk. Arab. pag. 86. Poinciana foliis duplicato-pinnatis, foliolis oppoſitis, oblongis, caule inermi. Hort. Cliff. pag. 158.

GENUS III. CÆSALPINIA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus: laciniâ infimâ maiore. *Petala* 5: infimo pulchriore. *Legumen*. Lin. ſy. pl. G. 559.

Sp. 1. CÆSALPINIA SAPPAN. α Cây Vang: Tô mouc β Sū ſim mŏ.

Differ. ſpec. Cæſ. *Caule* aculeato: *foliolis* oblongis, inæquilateralibus, emarginatis. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Arbor* procera, mediocriter craſſa: *aculeis* brevibus, ſparſis, plurimis: ligni medullâ rubrâ, gravi, duriſſimâ: *ramis* longis, aſcendentibus. *Folia* impari-bipinnata, 12 - juga: *foliolis* minuſculis, oblongo-ovatis, emarginatis, glabris, ſeſſilibus, baſi obliquè truncatis. *Flos* flavus, ſuavè olens: *racemis* laxis, terminalibus. *Cal.* 5 - partitus, laciniâ inferiori maiori. *Corolla* petala 5, inæqualia, patentia, concava, ſubrotunda, unguiculata: infimo lineis rubris radiato: *ſtamina* 10, filiformia, corollâ longiora. *Legumen* rhombeum, oblongo-turbinatum, compreſſum, lignoſum, fuſcum, glabrum: *roſtro* ſubulato, longo, recurvo. *Semina* 3, turbinato-oblonga, cornea.

Habitat in altis montibus Cochinchinæ: indeque a mercatoribus Sinenſibus abundè exportatur.

Lignum Sappan. Rhumpb. Amb. l. 6. cap. 25. tab. 21. Tſiam pangam. Rheed. Malab. part. 6. p. 3. t. 2. Acacia maior, tinctoria, Zeylanica. Burm. Zeyl. pag. 3.

Uſus ligni: ad tingendum colore rubro, aut purpureo, pulchro quidem, ſed inconſtante.

Virtus Medica. Attenuans, Reſolvens, Emmenagoga. Decoctum ligni probatur efficax ad diſſolvendum ſanguinem coagulatum ex contuſionibus, vel cauſâ internâ. Item ad promovenda lochia, & menſes, & leniendum dolorem inde ortum: in quem finem Medicis indigenis frequenter uſuvenit.

GENUS IV. TOLUIFERA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - dentatus, campanulatus. *Petala* 5: infimo maximo, obcordato. *Stylus* nullus. Lin. ſy. pl. G. 566.

† Sp. 1. TOLUIFERA COCHINCHINENSIS. α Cây Cam rựu.

Differ. ſpec. Tol. *foliis* ovatis, integerrimis: *pedunculis* polyfloris, lateralibus, & terminalibus.

Hab.,

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis: *caule* erecto, ramoſiſſimo, inermi. *Folia* ovata, obtuſa, acuta aliqua, integerrima, obſcurè viridia, nitida, alterna, ſubpetiolata, 3 pollices longa, citrum olentia. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, axillaribus, & terminalibus. *Calyx* 5-dentatus, campanulatus, brevis. *Corolla* petala 5, oblonga, conniventia, ſubæqualia, infimo maiore, nec obcordato. *Bacca* rotunda, albo-rubra, glabra, ſuccoſa, parva, 1-ſperma, ſub-diaphana, pulpâ reſinoſo-tenaci, ſapore, & odore gratis. *Semina* rotunda: non raro inveniuntur 2 unico loculo, & tunc quidem hemiſphærica. *Stamina* 10, brevia. *Stigma* lenticulare, ſeſſile, perſiſtens. In totâ plantâ invenitur vis aromatica, ſuavis, dulcis. Eſtne verum Balſamum Tolutanum, ſeu Carthagenæ? Videatur Pomet. Dict. des Drog. tom. 2. l. 1. pag. 59. f. 25: & ſiqui alii hujus plantæ characteres clariùs expreſſere.

Habitat inculta in locis planis Cochinchinæ.

Virtus. Calefaciens, Reſolvens, Stomachica. Utuntur indigenæ radice, & baccis, non balſamo, quod non ſolent extrahere.

GENUS V. CASSIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Antheræ* ſupernæ 3 ſteriles: infimæ 3 roſtratæ. *Legumen*. Lin. ſy. pl. G. 557.

Sp. 1. CASSIA TORA. α Dâu muông.

Differ. ſpec. Caſ. *foliis* trijugis, obovatis: exterioribus maioribus: glandulâ ſubulatâ inter inferiora. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus 2-pedalis, erectus, ramoſiſſimus, *ramis* diffuſis. *Folia* abruptè pinnata, 3-juga: *foliolis* obovatis, ſeſſilibus, utrinque lanuginoſis, exterioribus maioribus. *Flos* aureus, axillaris, binatus: *calyce* 5-phyllo, inæquali, patente: *corollâ* 5-petalâ, unguiculatâ, expanſâ, inæquali, ſummo emarginato. *Filamenta* 10, inæqualia: *antheris* apice perforatis, tribus ſterilibus, tribus roſtratis. *Stigma* ſeſſile, emarginatum. *Legumen* ſub-tetragonum, ſub-rectum, longum: ſeminibus ſub-teretibus, oblique truncatis.

Habitat inculta ubique in Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 179. Senna Orientalis hexaphylla, Tala Zeylonenſium. Herm. Lugdb. pag. 557.

Sp. 2. CASSIA OBTUSIFOLIA. α Dâu ma. β Tsào kit lâm.

Differ. ſpec. Caſ. *foliis* trijugis, ovatis, obtuſiuſculis. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, multiplex, ſemipoſtratus, ſulcatus, durus, fœtidus, ramoſus. *Folia* abruptè pinnata, tri-

trijuga: foliolis ovalibus, acumine brevi. *Flos* luteus, axillaris, pedunculis paucifloris. *Legumen* rectum, obtuſum, teres, longum: *ſeminibus* multis orbiculatis, longitudini leguminis verticalibus. *Stamina* plerumque numerantur 9, inæqualia.
Habitat prope vias in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 95. Gallinaria rotundifolia. Rumph. Amb. l. 8. c. 68. tab. 97. f. 2.

Sp. 3. CASSIA FISTULA. α Thi Xiem.
Differ. ſpec. Caſ. *foliis* 5-jugis, ovatis, acuminatis, glabris: *petiolis* eglandulatis. Lin. ſp. 12.
Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ramis* patentiſſimis. *Folia* abruptè pinnata, 4-6-juga: *foliolis* ovatis, acuminatis, glabris, maiuſculis, petiolatis, inordinatè pinnatis. *Flos* nitidè flavus: *racemis* longis, reclinatis, lateralibus, pedunculis propriis longis, pendulis. *Cal.* 5-phyllus, ſub-æqualis. *Cor.* petala 5, inæqualia: *ſtaminibus* 10, quorum 3 multo longiora. *Fructus* legumen 1-pedale, teres, digitum craſſum, fuſcum, rectum, obtuſum: intus cellulis tranſverſis, pulpâ dulci, nigricante plenis.
Habitat in Cochinchinâ ad Auſtrum, prope Cambodiam.
Rumph. Amb. l. 2. c. 30. tab. 21. Caſſia ſolutiva. Garc. Arom. l. 1. cap. 29.
Virtus. Purgans, Demulcens. In Cochinchinâ, & in pleriſque Aſiæ locis vix ullius eſt uſus; cum habeant alia medicamenta flegmagoga magis efficacia, & minus nauſeoſa.

Sp. 4. CASSIA SOPHERA. β Xỷ tſi táu: Kiuě mim tsù. α Thảo kủyet minh.
Differ. ſpec. Caſ. *foliis* decem-jugis, lanceolatis: glandulâ baſeos oblongâ. Lin. ſp. 23.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, teres, ramoſus. *Folia* abruptè pinnata, ſub-decem-juga: *pinnis* lanceolatis, glabris, ſub-ſeſſilibus. *Flos* flavus, racemo erecto terminali. *Stamina*, & *petala* inæqualia: iſta ſub-unguiculata. *Legumen* rectum, tenue, longum: ſeminibus ſub-teretibus.
Habitat in Sinarum locis Auſtralibus. Vidi etiam in Africâ foliis, & floribus ſimilem, ſed caule fuſco-rubro, ſubtetragono differentem.
Gallinaria acutifolia. Rhumph. Amb. l. 8. c. 68. tab. 97. f. 1. Senna vigintifolia, ſiliquis teretibus. Burm. Zeyl. p. 213. t. 98.

Sp. 5. CASSIA PROCUMBENS. α Cây me dất. β . . .
Differ. ſpec. Caſ. *foliis* multijugis, eglandulatis: *caule* procumbente. Lin. ſp. 31.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſeſquipedalis, multiplex, diffuſus, undique in terram pronus, flexuoſus. *Folia* impari-pinnata, plurimi-juga: *foliolis* ovato-oblongis, piloſis, imbricatis, minimis. *Flos* luteus, axillaris, ſolitarius. *Legumen* oblongum, rectum, compreſſum.

Habitat in Cochinchinâ per agros, & colles diſperſa. Obſervata a me fuit in Chinâ pariter, & in Africâ, ubique conſtans, & ſui ſimilis.

Thunb. Japon. pag. 179. Burm. Ind. pag. 98.

GENUS VI. GUILANDINA.

Char. Gener. *Cal.* 1-phyllus, hippocrateriformis. *Petala* calycis collo inſerta, ſub-æqualia. *Legumen.* Lin. ſy. pl. G. 560.

Sp. 1. GUILANDINA BONDUCELLA. β Nâm siē lác.

Differ. ſpec. Guil. aculeata, pinnis oblongo-ovatis: *foliolis* aculeis geminis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, teres, rectus, crus craſſus: *ramis* longè ſcandentibus, vel procumbentibus: aculeis multis reflexis, ſparſis. *Folia* 2-pinnata, 10-juga, ſine impari: *foliolis* oblongo-ovatis, acuminatis, glabris, integerrimis, aculeis binis ad baſim. *Flos* luteus, hermaphroditus, monogynus, *racemo* oblongo, terminali. *Legumen* 3-pollicare, latum, compreſſum, echinatum: *ſeminibus* 6-7, oblongo-ovatis, cinereis, nitidis, duriſſimis. *Stamina* 10, libera.

Habitat in ſylvis, prope Cantonem Sinarum.

Globuli maiores. Rhumph. Amb. l. 7. c. 50. tab. 49. f. 1.

Acacia, qui lobus echinatus Cluſii, oculus Cati Luſitanis. Burm. Zeyl. pag. 4.

Virtus: foliorum. Deobſtruens, Emmenagoga: ſapore amaro. Radix adſtringens, valet contra Dyſenteriam. Nuclei ſunt Emetici: horum oleum externè valet contrà Convulſiones, & Paralyſim.

Sp. 2. GUILANDINA GEMINA. α Cây Maôc meô.

Differ. ſpec. Guil. aculeata, *foliis* pinnatis: *calyce* 5-phyllo: *fructu* gemino.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, magnus, ſuberectus: *ramis* multis ſcandentibus: *aculeis* multis, recurvis, ſparſis. *Folia* ſimpliciter pinnata, ſine impari: *pinnis* ovatis, obtuſis, integerrimis, glabris, aculeo ſolitario ad baſim. *Flos* flavus, racemis compoſitis, laxis, terminalibus. *Calyx* inferus, 5-phyllus: foliolis oblongis, obtuſis, lanatis, campanulato-patentibus, deciduis, ſub-æqualibus. *Corolla* petala 5, calyce vix longiora, ejuſdem formæ cum

 illo,

illo, illique inſerta. *Nectarium* glandulis 4, ovatis. *Filamenta* 10, ſubulata, piloſa, æqualia, corolla breviora, calyci inſidentia: *antheris* ſaggittatis, ſtantibus. *Germina* 2, longiuſcula. *Styli* totidem, craſſi, ſtaminibus longiores. *Stigmata* obtuſa. *Pericarpium* Legumina 2, ſub-ovata, compreſſa, echinata, monolocularia, polyſperma: ſeminibus 2-3, ſubrotundis, nitidis, cinereis, duriſſimis: nucleo amygdalaceo, oleoſo, ſubrotundo.

Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ, Guilandinæ Bonduc ſimilior, quam Bonducellæ.

Virtus eadem, quæ præcedentis.

† GENUS VII. BARYXYLUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5-phyllum: foliolis ovato-oblongis, reflexis, æqualibus, deciduis.

Cor. Petala 5, ſubrotunda, plicato-rugoſa, patentia, ſubæqualia, calyce ſub-longiora: unguibus brevibus, carnoſis, piloſis, receptaculo inſertis.

Stam. Filamenta 10, ſubulata, inæqualia, corollâ breviora, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ, 4-loculares, nutantes.

Piſt. Germen oblongum, compreſſum. Stylus filiformis, ſtaminibus longior. Stigma horizontaliter oblongum, concavum.

Peric. Legumen craſſum, obtuſum, ſubteres, ſubcurvum, glabrum, polyſpermum.

Sem. Sub-rotundo-angulata, 8 circiter.

Nom. (Βαρὺς gravis: ξύλον lignum) Hujus arboris lignum graviſſimum, duriſſimum a multis ferreum dicitur.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, reflexus. *Cor.* 5-petala, ſubæqualis, plicato-criſpa. *Legumen* polyſpermum.

† Sp. 1. BARYXYLUM RUFUM. α Cây Lim vàng. β. Tiě li. mŭ.

Differ. ſpec. Bar. *foliis* pinnatis, pauci-jugis: *racemis* terminalibus.

Hab. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus inermibus: *ligno* gravi, duriſſimo, fuſco-rufo. *Folia* pinnata pauci-juga: *foliolis* parvis, oblongis, obtuſis, integerrimis, glabris. *Flos* luteus, racemis laxis, terminalibus.

Habitat in altis montibus Cochinchinæ ad Boream ſitis.

Uſus. Hoc lignum rectum, & firmum optimum eſt ad pontium ſublicas, vel columnas ingentia pondera laturas.

Metro-

Metroſideros Amboinenſis ? Rumph. Amb. l. 4. c. 7. tab. 10.

† GENUS VIII. ALOEXYLUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis acutis, piloſis, deciduis, infimo falcato, incurvo, ſub-duplo longiore.
Cor. Petala 5, inæqualia, calyce longiora.
Stam. Filamenta 10. Antheræ ?
Piſt. Germen longiuſculum, curvum, compreſſum. Stylus filiformis. Stigma ?
Peric. Legumen lignoſum, læve, falcatum, 1-ſpermum.
Sem. 1, oblongum, curvum, arillatum.

Nom. Ἀλοέξυλον (Aloexylon) idem eſt ac lignum Aloe, quod ab aliis Agallochum nominatur.

Char. Gener. *Cal.* foliola 4, acuta: infimum duplo longius. *Cor.* Petala 5, inæqualia. *Legumen* curvum: *ſemine* 1, arillato.

† Sp. 1. ALOEXYLUM AGALLOCHUM. α Cây Dèó bàu. β Chin hiâm: Näu hiam.

Differ. ſpec. Aloe. *foliis* lanceolatis, alternis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus.

Hab. *Arbor* magna: *trunco*, & *ramis* erectis, altiſſimis: *cortice* canabino, fuſco, glabro, nec craſſo. *Folia* lanceolata, 8 polyces longa, integerrima, plana, glabra, ſubcoriacea, alterna, petiolata. *Flos* terminalis, pedunculis polyfloris.

Habitat in altiſſimis montibus Cochinchinæ prope magnum flumen Lavum, quod inter hoc regnum, & Laoſios interfluit.

Obſerv. Quamvis hæc arbor a me ſedulò quæſita fuerit, ſemel tantum florentem ramum obtinui, recentem quidem, ſed ob diſtantiam itineris floribus contuſis, & laceris: ita ut nec petalorum formam, nec antheras, & ſtigma ſatis diſtinctè obſervare datum fuerit. Lignum arboris eſt album, & inodorum. Aroma illud fit ex morbo, quo, obſtructis nutritionis, & exhalationis viis, oleoſæ particulæ ſtagnant, & in rezinam craſſeſcunt in interiori arboris trunco, & ramis: quo fit, ut color, odor, & aliæ ligni qualitates mutentur, ac tandem, increſcente malo, arbor pereat: ex quâ truncatâ, & fiſſâ pretioſa illa fruſta aromatica extrahuntur. Nulla pars arboris lacteſcens, aut venenata eſt. Omnes veri Aloes ligni ſpecies ex hâc arbore procedunt; etiam pretioſiſſima, quæ dici ſolet Calambac,

 quæ

quæque in ſolis montibus Champávæ, ad Cochinchinam pertinentibus, circa decimum tertium gradum latitudinis Borealis ſitis invenitur. Inferiores ſpecies (ſeu potius varietates) non ita raræ ſunt, & ex diverſis locis habentur, aliquando in ſegmentis triginta libras, aut amplius ponderantibus. Dantur alia ligna odorata, quæ ab imperitis vocantur Agallochum, & Aloe lignum: ſunt autem valdè diverſa, & in diverſis plantis gignuntur.

Agollochum. Rumph. Amb. l. 2. c. 11. t. 10. Garc. Arom. l. 1. c. 16. Berg. Mat. Med. pag. 961. Inter multos Authores, qui de Agallocho ſcripſerunt, tres iſti plura veritati conſona dixerunt, non omnia; ſiquidem ex relatu aliorum, quorum fortaſſe nullus verum Aleoxylum flore, & fructu gravidum viderat. Figura Rumphiana circa folia non longè aberrat: ſed fructus prorſus diſcrepantes, & flores nullos repræſentat.

Uſus. Ligni hujus ſuffimenta inter omnia maximè æſtimantur apud nationes Orientales. Ex arboris cortice fit vulgaris charta, in quâ Cochinchinenſes ſcribunt, ſicut in Japoniâ fit ex cortice Mori.

Virtus Medica. Excitans, Corroborans, Cephalica, Cardiaca. Suffitus valet contra Vertiginem, & Paralyſim. Pulvis cohibet vomitum, & fluxus ventris, præcipuè Lientericos, quod non propriè aſtringendo, sed corroborando agit.

GENUS IX. CYNOMETRA.

Char. Gener. *Cal.* 4-phyllus. *Antheræ* apice 2-fidæ. *Legum.* carnoſum, lunatum, 1-ſpermum. Lin. ſy. pl. G. 562.

Sp. 1. CYNOMETRA PINNATA. α Cây Rang.

Differ. ſpec. Cyn. *foliis* impari-pinnatis: *racemis* terminalibus.

Hab. & notæ. *Arbor* magna, *ramis* aſcendentibus. *Folia* impari-pinnata: *foliolis* lanceolatis, integerrimis, glabris, oppoſitis. *Flos* racemis terminalibus: *calyce* 5-partito, ſub-æquali: *corollâ* 5-petalâ: *ſtaminibus* 10. *Legumen* lunatum, luteum, carnoſiſſimum, 1-ſpermum, acuminatum, tuberculis nullis: *ſemine* oblongo-ovato, rubro.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS X. MELIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Nectarium* cylindraceum, ore *Antheras* gerens. *Drupa* nucleo 5-loculari. Lin. ſy. pl. G. 576.

Sp. 1. MELIA AZEDARACH. α Cây Sầu đâu ; Xuyen luyẹn. β Xún liẹn.
Differ. ſpec. Mel. *foliis* bipinnatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* patentibus. *Folia* imparibipinnata, multijuga : *foliolis* parvis, ovatis, acuminatis, crenatis, glabris. *Flos* parvus, albo, rubro, & cæruleo verſicolor : *paniculis* magnis, ſparſis, ſub-terminalibus. *Calyx* 5-dentatus. *Petala* 5, oblonga, patentia : *nectario* cylindrico, petalis longiore, ore 10-dentato. *Stamina* 10, minima, apici nectarii inſerta. *Drupa* ſubrotunda, ſupera, flava, parva : nuculâ obtusè 5-gonâ, 5-loculari. Tota planta amariſſima.
Habitat inculta, cultaque in Cochinchinâ.
Thunb. Jap. pag. 180. Azedaracha ſempervirens, & florens. Tourn. Inſt. pag. 616 tab. 387. Azedarach. Burm. Zeyl. pag. 40.
Virtus. Incidens, Deobſtruens, Anthelminthica. Internè cautè utenda; quia nimiâ doſi vertiginem, & convulſiones affert. Sinenſes Medici druparum carne corticosâ imprimis utuntur ad necandos vermes, cujus ſuſpectam vim ut mitiorem reddant, in vino diu coctam, & exſiccatam, iterum in aquâ coquunt, decoctumque infirmis miniſtrant abſque noxæ periculo. Externè tam folia, quam radix valent contra ſcabiem, pruritum ferinum, & lepram. Eadem folia minutim inciſa, & ſuper antiqua ulcera crebrò impoſita, irritis omnibus aliis remediis, ſæpe ſanârunt.

GENUS XI. RUTA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* concava. *Receptaculum* punctis melliferis decem cinctum. *Capſ.* lobata. Lin. ſy. pl. G. 565.

Sp. 1. RUTA CHALEPENSIS. α Kửu li hương. β Sảo tháo.
Differ. ſpec. Rut. *foliis* ſupra decompoſitis : *petalis* ciliatis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, teres, albicans, ramoſiſſimus. *Folia* ſupra decompoſita, oblongo-ovata, minuſcula, cinerea, glabra, gravè olentia. *Flos* luteus, paniculâ terminali : *calyce* 4-partito, laciniis acutis, patentibus. *Corolla* petala 4, ovata, concava, ciliata. *Nectarium* poris 10. *Stamina* & *Capſula* 4-loba, ſcabra, 4-locularis, polyſperma.
Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.
Ruta Chalepenſis, anguſti-folia, petalis villis ſcatentibus. Moris. hiſt. 2. pag. 508. tab. 35. f. 8. Tourn. Inſt. pag. 257. tab. 133.
Virtus. Reſolvens, Pellens, Sudorifica, Alexiteria, Emmenagoga. Prodeſt in Hyſteriâ, Epilepſiâ, Contagio, Suppreſſione menſium.

GE-

GENUS XII. TRIBULUS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5, patentia. *Stylus* 0. *Capſ.* 5, gibbæ, ſpinoſæ, polyſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 580.

Sp. 1. TRIBULUS TERRESTRIS. α Gai ma Vuong: Bach tât lê. β Cië ſt tsû.

Differ. ſpec. Trib. *foliolis* ſex-jugatis, ſub-æqualibus: *ſeminibus* quadri-cornibus. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2 - pedalis, teres, procumbens, multiplex, undequaque diffuſus, rubeſcens. *Folia* pinnata, 5 - 6 - juga: *foliolis* ovatis, integerrimis, piloſis, cinereis, parvis, ſubæqualibus. *Flos* flavus, axillaris, ſolitarius, pedunculo longo. *Calyx* 5 - partitus. *Corolla* 5 - petala, expanſa. *Stamina* 10. *Stigma* ſeſſile, 5-partitum, laciniis oblongis, deorſum appreſſis. *Capſulæ* 5, oſſeæ, 4 - cornes, polyſpermæ.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ ad maris litora. Vidi etiam in orâ Coromandelliâ, prope Pondechery.

Tribulus Terreſtris Indiæ Orientalis, foliis viciæ ſub-rotundis, & villoſis. Tourn. Inſt. pag. 266. t. 141. Tribulus Terreſtris. Matth. in Dioſc. l. 4. c. 14. fig. ibi. Tribulus Terreſtris, Zeylanicus. Burm. Zeyl. pag. 226. t. 106. f. 1.

Obſerv. Quamvis in iſtâ plantâ foliola ſint lanuginoſa, nec ſemper ſex-juga, judicavi tamen aſſociandam eſſe potius Terreſtri, quam Lanuginoſo Tribulo, quia fructum ejus ſemper quadricornem invêni.

Virtus: ſeminum. Aſtringens. Prodeſt in Hæmorrhagiâ narium, Dyſenteriâ, & aliis ſanguinis profluviis. Gargariſma valet in flacciditate gengivarum, ulceribus, & inflamationibus oris, & gutturis.

GENUS XIII. CHALCAS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Cör.* campanulata, petalis unguiculatis. *Stigma* capitato-verrucoſum. Lin. ſy. pl. G. 569.

Sp. 1. CHALCAS PANICULATA. α Cây Nguyệt qúi. β Caõ li yông. Lin. ſp. 1.

Differ. ſpec. Ch. *foliis* ovatis, acutis: *baccis* biſpermis.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *trunco* erecto, diametro 10 - pollicari: *cortice* albicante, tenui: *ramis* multis, patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, undulata, glabra, nitida, alternatim pinnata, ſub-ſeptem-juga cum impari. *Flos* albus, odorifer, panicu-

niculis terminalibus, parvis, plurimis. *Cal.* inferus, acutè 5-fidus, brevis, erectus, perſiſtens. *Petala* 5, ſub-campanulata, ovato-oblonga, unguiculata, patentiſſima, reflexa. *Filamenta* 10, ſubulata, planiuſcula, quorum 5 alterna breviora: *antheris* ſub-rotundis. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus longioribus. *Stigma* obtuſum, emarginatum. *Bacca* oblongo-conica, ſuccoſa, rubra, 1-locularis, 2-ſperma. *Semina* ſub-rotunda, lanugi-noſa.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ: colitur etiam frequenter ob florum fragrantiam, gratam quidem, & intenſam, ſed non gratiſſimam. Arbor foliolis parvis, & denſiſſimis aſpectum, & umbram præbet amœnam. In Cochinchinâ ſemper eſt arbor, nunquam frutex, ſicut in Amboinâ, & Javâ.

Burm. Ind. pag. 104. Camunium. Rumph. Amb. l. 7. c. 15. t. 17.

† Sp. 2. CHALCAS JAPONENSIS. α Nguyệt quới tàu.

Differ. ſpec. Ch. *foliis* ovatis, obtuſis: *baccis* monoſpermis.

Hab., & notæ. *Arbor* parva, 8-pedalis, *ramis* patentibus. *Folia* oblongo-ovalia, obtuſa, integerrima, plana, impari-pinnata, 6-8-juga. *Flos* albus, odorus, pedunculis polyfloris, terminalibus: *corollâ* 5-petalâ, campanulatâ: *ſtaminibus* 10, alternis longioribus. *Bacca* rubra, ovata, apice acuta, 1-ſperma.

Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ.

Camunium Japonicum. Rumph. Amb. l. 7. pag. 29. t. 18. f. 2.

GENUS XIV. LIMONIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-locularis. *Semina* ſolitaria. Lin. ſy. pl. G. 582.

Sp. 1. LIMONIA MONOPHYLLA. α Cây Cam dǎng. β Sào peng. tàu.

Differ. ſpec. Lim. *foliis* ſimplicibus: *ſpinis* ſolitariis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 4-pedalis: *ramis* tortuoſis, diffuſis: *aculeis* axillaribus, longis, rectis, ſolitariis. *Folia* ovata, emarginata, ſub-crenata, glabra, ſub-ſeſſilia, alterna, odora. *Flos* albus, ſeſſilis, congeſtus, axillaris. *Bacca* nigra, dulcis, aquoſa, edulis, parva. *Calyx* inferus, 5-fidus, erectus, perſiſtens. *Corolla* petala 5, ovato-oblonga, carnoſa, concava, æqualia, ſub-patentia, calyce longiora. *Filamenta* 10, brevia, in medio dilatata: horum 5 alterna breviora. *Antheræ* omnes ſub-rotundæ. *Germen* ſub-rotundum. *Stylus* craſſus, brevior ſtaminibus. *Stigma* ovatum, emarginatum. *Bacca* ſub-rotunda, 2-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* hinc planis, inde convexo-ovatis.

Habitat

Habitat in dumetis Cochinchinæ, & Chinæ. A Sinenſibus ſolet etiam vocari Xïc.may lic, lingua Cantonienſi.

Limones pumili, Zeylanici, ſylveſtres. Burm. Zeyl. pag. 143. tab. 65. fig. 1.

Virtus: radicis. Calefaciens, Reſolvens, Excitans. Vinum ex ejus infuſione prodeſt in convulſionibus doloroſis, præcipuè crurum.

‡ GENUS XV. QUINARIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, breve, ſub-erectum, inferum: foliolis acutis.

Cor. Petala 5, lanceolata, æqualia, incurva, reflexa.

Stam. Filamenta 10, ſubulata, erecta: quorum 5 corollæ ſubæqualia, quinque alia alterna breviora: omnia receptaculo inſidentia. Antheræ ovatæ, compreſſæ.

Piſt. Germen 5-gonum, piloſum. Stylus filiformis, craſſus, brevior staminibus. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Bacca ſub-rotunda, 5-locularis, 1-ſperma.

Sem. ovato-oblonga, compreſſa.

Nom. A numero quinario partium Calycis, Corollæ, Germinis, & loculorum Baccæ.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Cor.* petala 5, lanceolata, reflexa. *Bacca* 5-locularis, 1-ſperma.

‡ Sp. 1, QUINARIA LANSIUM. Uan pi chû.

Differ. ſpec. Quin. *foliis* ovato-lanceolatis, pinnatis: *racemis* vaſtis terminalibus.

Hab. *Arbor* mediocris; *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, undulata, ſub-dentata, glabra, alternatim pinnata, multi-juga, cum impari majori. *Flos* albus, ſub-terminalis, *racemis* compoſitis, magnis, laxis. *Bacca* ſub-ovata, ſemipollicaris, edulis, pulpâ albâ, acri-dulci: *cortice* flavo, tenui, glabro, lacteſcente.

Colitur Cantone Sinarum, ubi fructus proſtant in foro venales.

Lanſium ſylveſtre. Rumph. Amb. l. 1. c. 46. tab. 55. Fructus Lance. Bont. Jav. l. 6. c. 23. fig. ibi. pag. 109.

† GENUS XVI. AULACIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - dentatum, inferum, erectum, breve.
Cor. Petala 5, oblonga, erecta, craſſa, exterius punctata, interius 4 - ſulcata.
Stam. Filamenta 10, ſubulata, quorum 5 alterna longiora corollæ æqualia. Antheræ ovatæ, 2 - loculares, ſtantes.
Piſt. Germen oblongum, piloſum. Stylus filiformis, craſſus, brevior ſtaminibus. Stigma convexum, integrum.
Peric. Bacca ovata, parva, 5 - locularis, 2 - ſperma.
Sem. ſub-ovata.

Nom. (Ἄυλαξ ſulcus) Aulacia dicitur a ſulcis, quibus petala exarantur.

Char. Gener. *Cal.* 5 - dentatus, inferus. *Cor.* petala 5, ſulcata, erecta. *Bacca* 5 - locularis, 2 - ſperma.

† Sp. 1. AULACIA FALCATA. α Cây Cham tlâu tlâng.
Differ. ſpec. Aul. *foliis* lanceolato-falcatis, alternis : *racemis* terminalibus.
Hab. *Arbor* 8 - pedalis : *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolato-falcata, ſub-crenata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* albo-viridis, terminalis : *racemis* ſub-diviſis, laxis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Virtus : foliorum. Emmenagoga. Bacca non edulis.

GENUS XVII. MELASTOMA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus, campanulatus. *Petala* 5, calyci inſerta. *Bacca* 5 - locularis, calyce obvoluta. Lin. ſy. pl. G. 589.

† Sp. 1. MELASTOMA SEPTEMNERVIA. α Cây Mua.
Differ. ſpec. Mel. *foliis* ſeptemnerviis, integerrimis, lanceolato-ovatis, hiſpidis.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6 - pedalis, erectus, teres, hiſpidus, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolato-ovata integerrima, 7 - nervia, utrinque piloſa, ſcabra, oppoſita, petiolata. *Flos* magnus, rubro- purpureus *pedunculis* polyfloris, erectis, terminalibus. *Cal.* 5 - fidus. *Corolla* petala 5, rotundata, expanſa. *Stamina* 10, fuſca,

ça, refracta, caudâ longâ demiſſâ. *Bacca* calycina, ovata, hiſpida, exſucca, 5 - locularis, polyſperma: *ſeminibus* plurimis, ovatis, minimis: pulpâ nullâ.

Habitat in Cochinchinâ, ubique obvia per colles, & agros minus cultos.

Obſerv. Fragarius Niger (Rumph. Amb. l. 6. c. 78. t. 72.) qui a Linnæo Melaſtoma Malabathrica dicitur, vix a noſtrâ differt præterquam nervorum numero. Eſt etiam noſtræ valde affinis Melaſtoma Grandiflora Aubleti (Guian. pag. 414. tab. 160.) quæ ſeptem-nervia eſt, diſcrepat vero foliorum baſi cordatâ, ac ſtaminibus inæqualibus.

Virtus. Aſtringens. Folia, Baccæ, & Radix apud indigenas in uſu ſunt ad cohibendos fluxus ventris, & uteri.

Sp. 2. MELASTOMA DODECANDRA. β Pĕ giĕ hòng. α Cây mua thấp.

Differ. ſpec. Mel. *foliis* 5 - nerviis, integerrimis, glabris: floribus dodecandris.

Hab., & notæ. *Frutex* puſillus, 10 pollices altus, erectus, lævis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, 5 - nervia, oppoſita. *Flos* coloris roſei, pedunculis paucifloris, terminalibus. *Stamina* 12, quorum 6 refracta, caudata: 6 alia interiora erecta, mutica, omnia fertilia. *Bacca* ſub-rotunda, laciniis calycis coronata, 5 - locularis, polyſperma.

Habitat inculta in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum.

Obſerv. A Mel. Lævigatâ, & Diſcolore (Lin. ſp. 9, & 10.) magis differt ſtaminibus; quam foliis.

GENUS XVIII. QUISQUALIS.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus, filiformis. *Petala* 5. *Drupa* 5 - angularis. Lin. ſy. pl. G. 587.

Sp. 1. QUISQUALIS INDICA. α Cây Thun: Sử cuốn tử. β Xí kiūn tsu.

Differ. ſpec. Quiſq. ſcandens: *foliis* ovatis, oppoſitis: *corymbis* terminalibus.

Hab. & notæ. *Frutex* magnus, inermis: *caule* craſſo, ſub-erecto: *ramis* ſcandentibus. *Folia* ovata, apice acuta, integerrima, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* albo-ruber: *corymbis* terminalibus, *bracteis* parvis, folii-formibus, floribus intermixtis. *Calycis* tubus filiformis, longiſſimus: *limbus* brevis, patulus, 5 - dentatus. *Petala* 5, oblongo-ovata, plana, æqualia, patentia, margini calycis inſerta. *Filamenta* 10, brevia, bino ordine intra tubum calycis inſidentia: *antheris* oblongis, incumbentibus. *Germen* oblongum, 5-go-

5-gonum. *Stylus* filiformis, ſublongior ſtaminibus. *Stigma* concavum, integrum. *Drupa* oblonga, utrinque attenuata, acutè 5-gona, pollicem longa: nuce oblongâ, criſpâ, 1-loculari.

Habitat prope ſepes, & ripas fluminum in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum.

Rumph. Amb. l. 7. c. 38. tab. 38. Burm. Ind. pag. 104. tab. 28. f. 2. & tab. 35. f. 2.

Obſerv. Hæc planta ſemper eſt ejuſdem ſpeciei, quamvis habitu aliquantulum differat ſecundum diverſa loca, & tempora: quod diligenter obſervavit acuratiſſimus Rumphius loco ſupra citato.

Virtus. Aſtringens, Roborans, Anthelminthica, Nephritica. Nuclei præcipuè commendantur, quotidiano uſu probati contra Vermes, & Rachitem puerorum: unde illis vernaculum nomen Fructus Vermium.

† GENUS XIX. CUBOSPERMUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium ſuperum, hippocrateriforme, 5-fidum: laciniis lanceolatis, perſiſtens.

Cor. Petala 6, ovata, obtuſa, emarginata, patentia.

Stam. Filamenta 10, ſubulata, quorum 5 alterna breviora: omnia erecta, corollâ breviora.

Piſt. Germen cylindraceum, inferum. Stylus filiformis, longior ſtaminibus. Stigma ſub-rotundum, 5-crenatum.

Peric. Capſula cylindrica, 5-valvis, 5-locularis, polyſperma.

Sem. Multa, ſub-cubica.

Nom. Cuboſpermum propter ſemina cubica.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Cor.* petala 6, emarginata. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. CUBOSPERMUM PALUSTRE. α Rau jùa.

Differ. ſpec. Cub. *Caule* repente: *foliis* oblongis: *pedunculis* ſolitariis.

Hab. *Herba* paluſtris: *caule* longo, tereti, craſſo, repente. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, glabra, alterna. *Flos* albus, baſi luteus: *pedunculis* ſolitariis, longis, teretibus, 1-floris.

Habitat in locis aquoſis Cochinchinæ.

† GENUS XX. ACOSTA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium ſub-rotundum, 5-dentatum, coloratum, villoſum.
Cor. Monopetala, calyce triplo longior: tubo urceolato, 5-gono, magno: limbo breviſſimo, 5-fido, patente.
Stam. Filamenta 10, calyci æqualia, piloſa, craſſa, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ, incumbentes: apicibus bifidis, ſubtilibus, longis.
Piſt. Germen ſub-rotundum, calyce clauſum. Stylus filiformis, corollæ æqualis. Stigma craſſiuſculum.
Peric. Bacca calycina, parva, globoſa, coronata, 5-locularis, polyſperma.
Sem. Plurima, ſub-rotunda, minima.
Nom. Acoſtam vocavi in memoriam Doct. Chriſtophori a Coſtâ, Indiæ Aromatum ſcriptoris.
Obſerv. Convenit cum Andromedâ numero partium; cum Ericâ antheris bifidis: baccâ calycinâ ab utrâque diſcrepat.

Char. Gener. *Cal.* ſuperus, 5-dentatus. *Cor.* urceolata, 5-fida. *Bacca* 5-locularis, polyſperma.

Sp. 1. ACOSTA SPICATA. α. Cây Men.
Differ. ſpec. Ac. *foliis* ovato-lanceolatis, oppoſitis: *ſpicis* terminalibus.
Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis: *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, leviter, & æqualiter ſerrata, craſſa, plana, glabra, oppoſita. *Flos* albus ſpicis filiformibus, erectis, terminalibus.
Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ.

† GENUS XXI. ENKIANTHUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis, 6-phyllus: foliolis ſub-rotundis, concavis, acuminatis, coloratis.
Cor. Communis, petala 8, oblonga, plana, patentia: continens 5 floſculos pedunculatos, pedunculis longis, reflexis.
Periant. Proprium 5-phyllum, corolatum, parvum, perſiſtens: foliolis acutis.
Cor. Propria 1-petala, campanulata: tubo amplo: limbo brevi, 5-fido, laciniis rotundatis.

Stam.

Stam. Filamenta 10, ſubulata, baſi tumida, piloſa, fundo corollæ inſiſtentia, hujus limbo breviora.
Piſt. Germen 5-gonum, ſuperum. Stylus craſſus, æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex, coloratum, nitidum.
Peric. Bacca ovato-oblonga, 5-gona, 5-locularis, polyſperma.
Sem. Oblonga, parva.

Nom. (Ἔγκυος prægnans: ἄνθος flos) Enkianthum vocavi plantam; cujus flores aliis floribus gravidi ſunt.

Char. Gener. *Cal.* communis: *proprius* 5-phyllus, inferus. *Corolla* campanulata 5-fida. *Fructus* 5-locularis, polyſpermus.

† Sp. 1. ENKIANTHUS QUINQUEFLORA. ♄ Tſiàu tſung hôa.
Differ. ſpec. Enk. *Calycibus* 5-floris: *caule* arboreo.
Hab. *Arbor* mediocris: *cortice* lævi: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, acuminata, integerrima, glabra, congeſta. *Flos* ſolitarius, pulchrè ruber, fimbriâ albâ ad apicem terminatus, floſculos quinque intus continens.
Colitur Cantone Sinarum.

† Sp. 2. ENKIANTHUS BIFLORA. ♄ Sān liéo hôa.
Differ. ſpec. Enk. *Calycibus* bifloris: *caule* fruticoſo.
Hab., & notæ. *Frutex* lignoſus, erectus, 3-pedalis: *ramis* expanſis. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, piloſa, parva, congeſta, petiolis brevibus. *Flos* coccineus, terminalis, congeſtus, ſeſſilis. *Calyx* communis 5-phyllus, coloratus: filiolis-ovatis, concavis, deciduis. *Cor.* com. o. *Floſculi* duo e communi calyce prodeuntes. *Perianthium* proprium parvum, 5-partitum: laciniis lanceolatis, piloſis, patentibus. *Corolla* 1-petala, campanulata, patens: *tubo* 5-ſulco-plicato: *limbo* 5-partito: laciniis ovatis, magnis. *Filamenta* 10, filiformia, erecta, inæqualia, corollâ ſub-breviora, receptaculo inſidentia. *Antheræ* ovatæ, incumbentes. *Germen* ſuperum, ovatum, piloſiſſimum. *Stylus* filiformis, corollâ longior. *Stigma* craſſiuſculum, 5-fidum, hians. *Bacca*? (maturam non vidi) ovata, 5-locularis, polyſperma: *ſeminibus* plurimis, ſub-rotundis minimis.
Habitat Cantone Sinarum.
Obſerv. Plantæ hujus generis ſunt mirabiles, præcipuè primæ ſpeciei, cujus flores calycibus, & corollis tam propriis, quam communibus ſimul gaudent; quod alibi me vidiſſe non recordor. Hujus rami floribus multis conſpicui, necdum in folia expanſi, ſolent a magnatibus Sinenſibus domi ſervari in multos dies in vaſis procelaneis aquâ plenis, ſpectabiles viſu, odore nullo.

† GE-

† GENUS XXII. CYRTA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium cyathiforme, 5-dentatum, inferum, perſiſtens.
Cor. Monopetala, campanulata: tubo brevi, calyci æquali: limbo 5-partito, magno, patente: laciniis lanceolatis.
Stam. Filamenta 10, brevia, baſi dilatata, corollæ fundo inſerta. Antheræ oblongæ, reflexo-curvæ, a tergo per totam longitudinem filamentis coalitæ.
Piſt. Germen ſubrotundum, acuminatum. Stylus ſubulatus, ſtaminibus, & corollâ longior. Stigma ſimplex.
Peric. Drupa oblonga, curva, utrinque attenuata, tomentoſa, 1-ſperma.
Sem. Nucula oblonga, ſulcata, apice attenuata.

Nom. (Κυρτος curvus) a Drupâ curvâ.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus, inferus. *Cor.* campanulata, 5-partita. *Drupa* curva, nuce ſulcatâ.

† Sp. 1. CYRTA AGRESTIS. α Cây Câu câu.
Differ. ſpec. Cyrt. *foliis* ovatis, alternis: *pedunculis* polyfloris, ſubterminalibus.
Hab. *Arbor* parva, 8 pedes alta: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, ſubſerrata, glabra, alterna. *Flos* albus, ſubterminalis, pedunculis polyfloris.
Habitat in dumetis Cochinchinæ.

† GENUS XXIII. ANOMA.

Deſcripto Natnralis.

Cal. o.
Cor. Monopetala, irregularis, profundè 10-partita: laciniis longitudine ſub-æqualibus, oblongis, ſub-turbinatis, partim obtuſis, partim acutis, ſuperioribus aſcendentibus.
Stam. Filamenta 10, ſubulata, quorum 5 alterna breviora, corollæ baſi inſiſtentia, corollâ breviora. Antheræ ſub-rotundæ.
Piſt. Germen lineare, ſuperum. Stylus longior ſtaminibus. Stigma ſimplex.
Peric. Siliqua longa, recta, pulpoſa, unilocularis, polyvalvis, polyſperma.

Sem.

Sem. Sub-rotunda, a valvis libera.

Nom. (Ανομος ex-lex, irregularis) a corollâ, & ſiliquâ irregularibus.

Char. Gener. *Cal.* o. *Car.* 10-partita, irregularis. *Siliqua* longa, recta.

† Sp. 1. ANOMA MORINGA. ♪ Moringa.
Differ. ſpec. An. *foliis* alternis, bipinnatis: *ſiliquis* polygonis: *ſeminibus* triquetro-alatis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* alterna, 2-pinnata cum impari, ſub-trijuga: *foliolis* ovatis, glabris, petiolatis, integerrimis, minuſculis, inferioribus ſæpe ternatis. *Flos* albus, paniculis ſparſis, ſub-terminalibus, erectis: *ſtaminibus* 10, omnibus fertilibus: *antheris* ſub-rotundis. *Siliqua* longa, rectâ, ſubulata, ſub-octogona, 3-valvis: *ſeminibus* ſub-rotundis, alis tribus membranaceis expanſis, a ſuturis valvarum independentibus, recto, & ſimplici ordine diſpoſitis. *Cor.* generis propria. *Cal.* o.
Habitat in multis Indiæ locis: in Benghalâ a me obſervata.
Moringa. Acoſta. Arom. apud Cluſ. Exot. pag. 278. c. 35. Moringa Zeylanica foliorum pinnis pinnatis, flore maiore, fructu anguloſo. Burm. Zeyl. pag. 162. tab. 75.

† Sp. 2. ANOMA MORUNGA. « Ba dậu deài.
Differ. ſpec. An. *foliis* oppoſitis, bipinnatis: *ſiliquis* trigonis: *ſeminibus* triquetro-alatis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* oppoſita, impari-bipinnata: *foliolis* ovatis, integerrimis, glabris, minimis, oppoſitis, petiolatis. *Flos* pallidus, paniculis ſub-terminalibus. *Stamina* 10, quorum 5 alterna ſterilia: 5 alia longiora: *antheris* ovatis incumbentibus. *Siliqua* ultra pedem longa, trigona, 3-valvis, aliquando 4-gona, 4-valvis, 1-locularis: *ſeminibus* triquetro-alatis, uno ordine diſpoſitis. *Corolla* generis propria. *Calyx* nullus.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ: vidi etiam Mozambici in Africâ.
Morunga: Kellor. Rumph. Amb. l. 1. c. 73. tab. 74. 75.
Uſus. In Cochinchinâ nullus. Indigenæ Amboinenſes comedunt folia, Africani flores, Malabarici teneras ſiliquas elixas.
In Medicinâ utriuſque ſpeciei radix, cortexque dicuntur externè curare morſus venenatos, artus ædemate, vel paralyſi affectos: internè vero choleram morbum, & ſcorbutum: quarum virtutum ipſemet periculum non feci: nec etiam cum aliis judico Lignum eſſe Nephriticum, niſi forte de Americanâ loquantur, quam

non

non vidi. Aſiaticam habere vim Diureticam, & Emmenagogam Cenſeo.

‡ Sp. 3. ANOMA COCHINCHINENSIS. α Ba dâu nho lá.
Differ. ſpec. An. *foliis* oppoſitis, bipinnatis: *ſiliquis* ſub-compreſſis, bivalvibus: *ſeminibus* nudis.

Hab., & notæ. *Arbor* 10-pedalis, ramis aſcendentibus. *Folia* oppoſita, impari-bipinnata: *foliola* ſub-ovata, integerrima, tomentoſa, minima. *Flos* albus paniculis ſub-terminalibus, ſparſis. *Stamina* 5 alterna ſterilia: 5 alia *antheris* ovatis, magnis: omnia aſcendentia. *Siliqua* oblonga, craſſa, ſub-compreſſa, utrique attenuata, 1-locularis, bivalvis: *ſeminibus* plurimis, ſub-rotundis, alâ nudis, inordinatis. *Corolla* generis propria. *Calyx* nullus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Omnes flores hujus generis a me in diverſis admodum locis obſervatos invêni hermaphroditos, omneſque fæcundos: quamvis in ſolâ primâ ſpecie ſtamina omnia cujuſque floris fæcunda ſint, in aliis ſpeciebus dimidia pars tantum, quinque numero. De his plantis adeo confusè loquuntur Authores, ut Linnæus incertus proprii Characteris generici, putaverit ſpeciem eſſe Guilandinæ, a quâ penitus abhorrent. Monuit itaque, ut attentè flores examinent, qui vivos obtineant. Hoc diligenter præſtiti.

† *GENUS XXIV. OPHISPERMUM.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, 6-partitum: laciniis oblongo-ovatis, ſub-erectis, æqualibus.

Nectarium lobi 10, ovati, tomentoſi, ad baſim laciniarum calycis in orbem poſiti.

Cor. 0: niſi parvos lobos Nectarii Corollam dicas.

Stam. Filamenta 10, breviſſima, inter lobos nectarii aſſurgentia, receptaculo inſiſtentia. Antheræ oblongæ, parvæ, ſtantes.

Piſt. Germen ſuperum, compreſſo-ovatum. Stylus longior ſtaminibus. Stigma 2-fidum.

Peric. Capſula lato-lanceolata, compreſſa, corticoſa, 2-locularis, 1-ſperma, apice dehiſcens.

Sem. Solitaria, ovata, acuminata: alâ longâ, ſubtereti, ſinuoſâ, lateraliter adjunctâ.

Nom. (Οφις anguis.) ab alâ ſinuoſa, anguiformi, ſeminis lateri adrepente.

Char.

Char. Gener. *Cal.* 6 - partitus, inferus. *Cor.* o. *Capſ.* 2 - locularis, 1 - ſperma : *ſeminibus* alatis.

† Sp. 1. OPHISPERMUM SINENSE. β Pĭ mŏu yong.
Differ. ſpec. Oph. *foliis* lanceolatis : *floribus* ſolitariis.
Hab. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, nitida, alterna. *Flos* terminalis, ſolitarius : *Calyce*, & *ſtaminibus* cum capſulâ perſiſtentibus.

DIGYNIA.

GENUS XV. SAXIFRAGA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* 5 - petala. *Capſ.* 2 - roſtris, 1 - locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 608.

† Sp. 1. SAXIFRAGA Chinenſis. β Hŏ ngi tsäo.
Differ. ſpec. Sax. *foliis* radicalibus, cordato-rotundis, interruptè crenatis : *paniculâ* floribus irregularibus.
Hab., & notæ. *Planta* herbacea, acaulis. *Folia* aggregata, cordata, ſub-rotunda, carnoſa, interruptè crenata, piloſa, ſubtus rubeſcentia : *petiolis* longis. *Scapus* nudus, 6 - pollicaris : *paniculâ* diffuſâ. *Corolla* alba, rotata, 5 - petala, quorum 2 exteriora duplo maiora. *Capſula* biroſtris, bilocularis, polyſperma. *Styli* 2, flore breviores.
Habitat in agris, Cantone Sinarum.
Obſ. Non obſtantibus capſulis 2 - locularibus, cætera omnia ad Saxifragam revocant; & quamvis ſarmentoſa non ſit, ad eam proximè accedit, quæ Sax. ſarmentoſa dicitur. Lin. Jun. ſup. ſy. pag. 240. Thunb. Jap. pag. 182.

GENUS XXVI. DIANTHUS.

Char. Gener. *Cal.* cylindricus, 1 - phyllus, baſi ſquamis 4. *Petala* 5, unguiculata. *Capſ.* cylindrica, 1 - locularis. Lin. ſy. pl. G. 614.

Sp. 1. DIANTHUS CARYOPHYLLUS. α Houng nhung hōa. β . . .
Differ. ſpec. Di. *floribus* ſolitariis : *ſquamis* calycinis ſub-ovatis, breviſſimis : *corollis* crenatis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 1 - pedalis, ſub-erectus. *Folia* ſubulata, craſſa, ſemi-amplexicaulia, inferiora imbricata, ſuperiora oppoſita. *Flos* plenus, ſolitarius, ruber, albusve, vix odorus :

calyce cylyndrico, 5 - dentato, baſi ſquamis 4, conicis, breviſſimis. *Petala* multa, crenata, luxuriantia, unguiculata. *Stam.* 10. *Styli* 2, reflexi. *Capſula* teres, polyſperma, 1 - locularis.

Colitur in Chinâ, unde in Cochinchinam creditur delatum.

Tunica ramis uni-& bifloris, petalis levibus, ſtipulis calycinis breviſſimis. Hall. Helv. n. 896. Dianth. Caryophyllus. Tunb. Jap. pag. 184.

Sp. 2. DIANTHUS CHINENSIS. α Cam trúoc hoa. β . .

Differ. ſpec. Di. *floribus* ſolitariis: *ſquamis* calycinis ſubulatis, patulis, tubum æquantibus: *corollis* crenatis. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſub-erectus, tenuis. *Folia* ſubulata, parva, glabra, oppoſita. *Flos* ſolitarius, ſimplex, 5 - petalus: *petalis* coccineis, margine crenato, albo: *ſquamis* calycinis ſubulatis, tubum æquantibus: aſpectu pulcher, odore nullo.

Habitat in viridariis Sinenſibus, & Cochinchinenſibus.

Burm. Ind. pag. 105.

TRIGYNIA.

† *GENUS XXVII. BEMBIX.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 3 - partitum: laciniis ovatis, concavis, erectis.

Cor. Petala 5, ovata, concava, calyce paulo longiora.

Stam. Filamenta 10, filiformia, quorum 5 alterna longiora, petalorum baſi inſiſtentia, ipſis breviora. Antheræ biloculares, ſtantes.

Piſt. Germen ovatum. Styli 3, oblongo-turbinati, biſulcati, erecti. Stigmata verticaliter compreſſa, emarginata.

Peric. Bacca ovata, parva, trilocularis?

Sem. Non obſervata.

Nom. (Βεμβιξ turbo) ab ſtylis, & foliis turbinatis.

Char. Gener. *Cal.* 3 - partitus, inferus. *Cor.* 5 - petala. *Bacca* ovata, 3 - locularis.

† Sp. 1. BEMBIX TECTORIA. α Lá tranh cuôn.

Differ. ſpec. Bemb. *foliis* cuneiformibus: *caule* ſcandente.

Hab. *Caulis* fruticoſus, lignoſus, duriſſimus, ſcandens, acirrhus, inermis, ramoſus. *Folia* cuneiformia, integerrima, glabra, plana, dura,

dura, magna, oppoſita, petiolata. *Flos* pallidus, racemis parvis, ſub-terminalibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Ad tegendas cymbas, domos, & ſimilia, quæ aeris mutationes patiuntur expoſita; namque iſtis foliis defenſa longiſſimo tempore ſervantur indemnia.

† *GENUS XXVIII. AUBLETIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, campanulatum: tubo brevi, craſſiſſimo: limbo 5-partito, laciniis triangularibus, æquilateris, patentibus, æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 10, reflexa, baſi fiſſurarum calycis per paria inſidentia: horum 5 breviſſima, 5 alia triplo longiora. Antheræ breviorum oblongæ, magnæ: longiorum parvæ, ovatæ.

Piſt. Germen compreſſum. Stylus ſub-nullus. Stigmata 3, ovata, reflexa.

Peric. Bacca orbiculata, ſubtus convexa, ſuperius plana, 3-locularis, 1-ſperma.

Sem. Sub-lenticularia.

Nom. In memoriam Clariſſimi Aubleti, qui plantis ſuis Guianenſibus Botanicam largè ditavit.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus, inferus. *Cor.* 0. *Bacca* lentiformis, 3-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. AUBLETIA RAMOSISSIMA. β An pṫt pouc.

Differ. ſpec. Aub. *foliis* ovatis, 3-nerviis, crenatis: *floribus* axillaribus.

Hab. *Arbor* mediocris, ramoſiſſima, *ramis* tortuoſis: *aculeis* ſparſis, rectis, brevibus. *Folia* ovata, 3-nervia, minutè crenata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* pedunculis polyfloris axillaribus.

Habitat Cantone Sinarum inculta.

TETRAGYNIA.

† GENUS XXIX. THYSANUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5-phyllum, coloratum, perſiſtens: foliolis lanceolatis, concavis, piloſis, patentibus.
Cor. Petala 5, campanulata, patentia, oblonga, calyci æqualia.
Stam. Filam. 10, brevia, reflexa. Antheræ ſub-rotundæ, 2-loculares, ſtantes.
Piſt. Germen tetragonum. Styli 4, filiformes, angulis 4 germinis a latere inſerti. Stigmata totidem, leviter bifida.
Peric. Drupæ 4, oblongæ, gibboſæ, apice recurvæ: cortice lanugino ſo a latere dehiſcente.
Sem. Nuclei ſolitarii, oblongo-ovati, leves, inferius involuti tunicâ carnoſâ, fimbriatâ, rubrâ, apice nudi.

Nom. (Θύσανος fimbria) ab involucro ſeminis fimbriato.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala. *Drupæ* 4, gibboſæ: *nucleo* arillato.

† Sp. 1. THYSANUS PALALA. α Deei Khê.
Differ. ſpec. Thyſ. *foliis* pinnatis: *pedunculis* polyfloris, axillaribus.
Hab. *Frutex* lignoſus, magnus, ſub-erectus, ramoſus, inermis. *Folia* pinnatiformia, 10-juga: *foliolis* oblongis, integerrimis, glabris. *Flos* lateralis, pedunculis polyfloris. *Corolla* alba. Nuclei *alâ* rubrâ. *Calyx* ſimiliter ruber.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Palala ſecunda? Rhumph. Amb. l. 2. c. 9. pag. 26. tab. 6.
Obſerv. Affinitatem habet cum Simabâ. Aubl. Guian. pag. 400. tab. 153.

PENTAGYNIA.

GENUS XXX. CERASTIUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* bifida. *Capſ.* 1-locularis, apice dehiſcens. Lin. ſy. pl. G. 637.

Sp. 1. CERASTIUM REPENS. α . . . β A kīm tsao.
Differ. ſpec. Cer. *foliis* lanceolatis: *pedunculis* ramoſis: *capſulis* ſub-rotundis. Lin. ſp. 9.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* 1-pedalis, herbaceus, perennis, tenuis, multiplex, ramoſus, procumbens, ſæpe repens. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, undulata, tomentoſa, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* albus, axillaris, & terminalis, pedunculis ſub-1-floris. *Calyx* 5-phyllus. *Petala* 5, profundè bipartita, laciniis lanceolatis. *Capſula* ſubrotunda, acuminata, 1-locularis, polyſperma, apice dehiſcens.
Habitat in pratis, & hortis Cochinchinæ: etiam Cantone Sinarum.
Ceraſtium perenne, procumbens. Hort. Cliff. pag. 174. Lychnis incana, repens. Bauh. Pin. pag. 206. n. 6.

GENUS XXXI. OXALIS.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capſula* 5-gona, angulis dehiſcens. Lin. ſy. pl. G. 634.

Sp. 1. OXALIS SENSITIVA. β Chán tsú. α Chua me lá me.
Differ. ſpec. Ox. *ſcapo* umbellifero: *foliis* pinnatis. Lin. ſp. 8.
Hab., & notæ. *Herba* annua, *caule* 6-pollicari, erecto, tereti, ſimpliciſſimo. *Folia* ad apicem congeſta, undequaque reflexa, pinnata, ſine impari, ſub-12-juga: *foliolis* oblongo-ovatis, plerumque oppoſitis, integerrimis, glabris, ſubſeſſilibus. *Flos* luteus, terminalis, umbellatus: pedunculo communi longo: *calyce* 5-phyllo: *corollâ* 5-partitâ, erectâ. *Capſula* 5-gono-ovata, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma, angulis dehiſcens. Planta viſu pulcherrima, tactum refugiens, & quaſi ſentiens retrò ſe colligens.
Habitat Cantone Sinarum, & in Cochinchinâ per hortos, & prata.
Herba ſentiens. Rumph. Amb. l. 8. c. 79. t. 104. Bont. Jav. l. 6. cap. 32. f. pag. 120. Oxis Indica, Tamarindi foliis, floribus umbellatis. Burm. Zeyl. pag. 178.

Sp. 2. OXALIS CORNICULATA. α Chua me ba chìa. β Tsŏ tſiān tsäp.
Differ. ſpec. Ox. *pedunculis* umbelliferis: *caule* ramoſo, diffuſo. Lin. ſp. 13.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, multiplex, ramoſus, teres, tenuis, diffuſus, ſæpe repens, 1-pedalis, & ultra. *Folia* ternata, ſparſa, petiolis longis: *foliolis* obcordatis, ſeſſilibus, glabris, acidis. *Flos* luteus, pedunculis polyfloris (nec umbellatis) lateralibus. *Petala* emarginata, baſi connexa. *Capſula* 5-gona, longa, hirſuta, polyſperma.
Habitat ſparſa per vias, & hortos in Cochinchinâ, & Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 187.
Oxis lutea, Indica. Rumph. Amb. l. 8. c. 64. pag. 277. Oxis flore luteo, vulgaris, minor, Zeylanica. Burm. Zeyl. pag. 179.

Vir-

Virtus : totius herbæ. Refrigerans , Antiſcorbutica.

† GENUS XXXII. HEDONA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium monophyllum , tubo 10 - gono , ſub-ventricoſo : limbo 5 - fido , laciniis acutis , erectis : baſi ſuffultum ſquamis 4 , ſubulatis , inæqualibus.

Cor. Petala 5 , unguibus longis , a baſi ad medium receptaculo elongato coalitis : limbo plano , magno , rotundato , crenato. Nectarium ad os tubi , lobis 10 , ad planum limbi reflexis.

Stam. 10 , filiformia , receptaculo inſiſtentia , ſupra os tubi calycis reclinata· Antheræ oblongæ , nutantes.

Piſt. Germen ſuperum , oblongum , 5 - gonum , ſub-turbinatum. Styli 5 , erecti , æquales ſtaminibus. Stigmata ſimplicia.

Peric. Capſula 5 - gona , oblonga , 1 - locularis , polyſperma.

Sem. Multa , ſub-reniformia.

Nom. (Ἡδονὴ jucunditas) a jucunditate , & elegantiâ floris.

Char. Gener. *Cal.* 1 - phyllus , ventricoſus. *Corollæ* nectarium 10 - lobum. *Capſula* 1 - locularis , angulata , polyſperma.

† Sp. 1. HEDONA SINENSIS. a Yú mi.

Differ. ſpec. Hed. *foliis* ovatis oppoſitis : *flore* axillari , ſolitario.

Hab. *Caulis* annuus , 1 - pedalis , ſimpliciſſimus , erectus , teres. *Folia* ovata , ſub-acuminata , integerrima , ſeſſilia , glabra , oppoſita. *Flos* axillaris , ſolitarius , ſubſeſſilis , coccineus.

Colitur ob venuſtatem Cantone Sinarum.

Obſerv. Affinitatem habet cum Diantho : a quo differt non ſolum ordine , ſed calyce angulato , ſub-ventricoſo , nectario 10 - lobo , ungulis corollæ receptaculo in longitudinem coalitis , capſulâ 5 - gonâ.

GENUS XXXIII. COTYLEDON.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* 1 - petala. *Squamæ* nectariferæ 5 , ad baſim germinis. *Capſulæ* 5. Lin. ſy. pl. G. 628.

Sp. 1. COTYLEDON LACINIATA. α Tuong ſinh tách lá.

Differ. ſpec. Cot. *foliis* laciniatis : *floribus* quadrifidis. Lin. ſp. 6.

Hab. , & notæ. *Caulis* perennis , teres , craſſus , ſub-erectus , 2 - pedalis , ramoſus , ſuccoſus : *radice* repente. *Folia* carnoſa , glabra , infe-

inferiora laciniata, magna, ſumma lanceolato-linearia, integra; parva, omnia oppoſita. *Flos* luteus, corymbis racemoſis, magnis, terminalibus: *bracteis* lanceolatis, parvis, ſeſſilibus, floribus mixtis. Limbus *corollæ*, & *calycis* 4-fidus: illius tubus 4-gonus. *Stamina* 8. *Capſulæ* 4, polyſpermæ introrſum dehiſcentes. *Squamæ* 4, ad baſim germinum.

Habitat tam culta, quam inculta in Cochinchinâ, ubi quotannis floret numero partium ſemper conſtans.

Cotyledon Afra, folio craſſo, lato, laciniato, floſculo aureo. Boerh. Lugdb. 1. pag. & tab. 288. Planta anatis. Rumph. Amb. l. 8. cap. 63. tab. 95.

Virtus. Refrigerans.

Sp. 2. COTYLEDON SERRATA. α Truong ſinh lón lá.

Differ. ſpec. Cot. *foliis* ovalibus, crenatis: *caule* ſpicato. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, erectus, teres, 3-pedalis. *Folia* ovata, ſerrata, magna, carnoſa, concava, oppoſita, petiolata. *Flos* flavus corymbo terminali, bracteis nudo. In hâc etiam ſpecie deeſt quinta pars calycis, corollæ, ſtaminum, & capſularum.

Habitat in hortis Cochinchinæ.

Cotyledon Cretica, folio oblongo fimbriato. Dill. Elth. pag. 113. tab. 95. fig. 112.

GENUS XXXIV. SEDUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Squamæ* nectariferæ 5, ad baſim germinis. *Capſ.* 5. Lin. ſy. pl. G. 629.

Sp. 1. SEDUM STELLATUM. β Chêu lá.

Differ. ſpec. Sed. *foliis* planiuſculis, angulatis: *floribus* lateralibus, ſeſſilibus, ſolitariis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, repens: *ramulis* erectis, 5 pollices longis. *Folia* ſtellato-terna, lanceolato-linearia, integerrima, planiuſcula, ſubteretia, parva, paſſeris linguæ ſimilia, unde vernaculum nomen Sinicum. *Flos* luteus, pedunculis monofloris, ſolitariis, lateralibus: *corollâ*, & *calyce* 5-phyllis, ſubæqualibus, foliolis lanceolatis, incurvis. *Capſulæ* 5, acutæ, polyſpermæ. *Squamæ* 5, nectariferæ.

Habitat Cantone Sinarum.

Hort. Cliff. pag. 176. Cotyledon Stellata. Bauh. Pin. pag. 285. n. 6.

Sp. 2. SEDUM ANACAMPSEROS. α Truong ſinh tlòn lá. β Pá tonc sin.

Differ.

Differ. ſpec. Sed. *foliis* cuneiformibus, integerrimis: *caulibus* decumbentibus: *floribus* corymboſis. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, teres, repens: *ramulis* ſub-erectis, 4 pollices longis. *Folia* ſub-cuneiformia, apice rotundata, emarginata, craſſa, ſparſa, oppoſitaque. *Flos* luteus corymbo terminali: *corollis* 5 - petalis: *capſulis* 5.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ. Hîc florentem obſervavi non illîc, quamvis non raro occurrat.

Sedum caule procumbente, foliis ovatis, integerrimis. Hall. Helv. n. 956. Telephium repens, folio diciduo. Bauh. Pin. pag. 287. n. 5.

Virtus. Refrigerans, Antiſcorbutica. In Cochinchinâ folia non decidunt.

GENUS XXXV. AVERRHOA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* 5, supernè patentia. *Pomum* 5 - gonum, 5 - loculare. Lin. ſy. pl. G. 626.

Sp. 1. AVERRHOA CARAMBOLA. α Cây Khê̂. β Yâm tao.

Differ. ſpec. Av. axillis *foliorum* fructificantibus: *pomis* oblongis, acutangulis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ramis* expanſis, comâ denſiſſimâ. *Folia* impari-pinnata, 4 - juga, ſuperiora maiora: *foliola* ovata, acuminata, integerrima, glabra, petiolata, oppoſita. *Flos* lateralis, ſparſus, racemis brevibus, ſæpius e ramis minoribus, aliquando a maioribus, aut a trunco pullulantibus. *Calyx* inferus, 5 - partitus, erectus, ruber. *Corolla* campanulata, petala 5, oblongo-ovata, minuſcula, colore albo, & purpureo variata. *Stamina* ſemper 5, corollâ breviora, angulis germinis 5 - goni defenſa, receptaculo inſidentia. *Styli* 5, ſubulati: *ſtigmatibus* obtuſis. *Pomum* ovo gallinaceo æquale, acutè 5 - gonum, 5 - loculare, polyſpermum: cortice flavo, tenui, glabro: pulpâ hyalinâ, aquoſâ, in multis dulci, in aliis acidâ, odore vix ullo. *Semina* pauca, minuſcula, oblonga, angulato-planiuſcula, fuſca.

Habitat ubique culta per totam Cochinchinam, & in provinciis Auſtralibus imperii Sinenſis: vidi etiam in Malabariâ, & in aliis Indiæ locis.

Prunum Stellatum. Rumph. Amb. l. 1. c. 30. tab. 35. Fructus Carambolas dicti. Bont. Jav. l. 6. c. 11. pag. 102. fig. ibi.

Obſerv. Flos iſtius arboris per me ſæpe obſervatus in diverſis locis nunquam inventus fuit Decander; adeoque ad Pentandriam reduci debere non dubito. Anſam errori dedit Burmanus (Zeyl. pag. 148.) addens ſynonymis variorum Authorum, quod hujus plantæ *flores*

ſint

ſint 5 - *fidi*, *calyx* 5 - *folius*, *ſtamina* 10, & *piſtilla* 3 : quæ omnia, & ſingula noſtræ obſervationi repugnant.

Uſus. Lignum arboris ad fabricandum ineptum eſt. Fructus dulces ſunt, eſculenti, & ſapidi, etiam crudi : acidi vero, aut immaturi cum aliis edulis elixantur, queis gratam aciditatem, & ſalubritatem communicant. Conditi vel ſaccharo, vel ſale, pipere, & aceto in longum tempus conſervantur. In re Medicâ Refrigerant, & ſub-adſtringunt, ardorem febrilem, ſitim, & inapetentiam cibi allevant.

Sp. 2. AVERRHOA BILIMBI. Blimbing

Differ. ſpec. Av. *Caudice* nudo, fructificante : *pomis* oblongis, obtuſangulis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* fructicoſa, 8 - pedalis : *ramis* paucis, reclinatis. *Folia* impari-pinnata, 10 - juga, & ultra : *foliolis* parvis, ovato-lanceolatis, integerrimis, glabris, petiolis brevibus, ſparſis. *Flos* rubro-purpureus, racemis oblongis, parvis, trunco adhærentibus. *Cal.* 5 - fidus. *Corolla* 5 - petala, patens. De *ſtaminibus* non omnino certus ſum, an ſint 5, ſicut clarè vidi in præcedente ſpecie. *Fructus* pomum oblongum, digitum craſſum, obtusè 5 - gonum, 5 - loculare, polyſpermum, exterius glabrum, viride, interius aquoſum, acidiſſimum.

Habitat Goæ, & in multis locis Indiæ intra, & extra Gangem.

Blimbingum teres. Rumph. l. 1. c. 31. tab. 36. Bont. Jav. l. 6. c. 42. pag. 133. fig. ibi.

Vires, & uſus idem fere, qui præcedentis Carambolæ.

Obſerv. Species a Linnæo dicta Averrhoa Acida eſt Cicca, ubi videri poteſt. Lin. Jun. (Sup. pag. 416.) hoc benè notavit.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

1. ASARUM. *Cor.* o. *Cal.* 3 - fidus, ſuperus. *Capſ.* 6 - locularis.

† 2. PTEROTUM. *Cor.* o. *Cal.* 5 - phyllus, inferus. *Conceptaculum* : *ſemine* alato.

3. PORTUCALA. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* 2 - fidus, inferus. *Capſ.* 1 - locularis, circumſciſſa.

4. WINTERANIA. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* 3 - lobus, inferus. *Bacca* 3 - locul. 2 - ſperma. Nect. antheriferum.

† 5. ADENODUS. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* 5 - phyllus inferus. *Drupa* 1 - ſperma. Nectar. glanduliferum.

† 6. STIXIS. *Cor.* 6 - petala. *Cal.* o. *Drupa* 1 - ſperma ſupera.

† 7. DIATOMA. *Cor.* 6 - 7 - petala. *Cal.* 8 - fidus. *Bacca* 1-ſperma, calycina.

8. RHIZOPHORA. *Cor.* polypetala. *Cal.* polyfidus, inferus. *Drupa* 1 - ſperma, ſolida.

TRIGYNIA.

9. EUPHORBIA. *Cor.* petala peltata. *Cal.* ventricoſus, inferus. *Capſ.* 3 - cocca.

10. RESEDA. *Cor.* petala multifida. *Cal.* partitus, inferus. *Capſ.* 3 - locularis, hians.

11. TACCA. *Cor.* petala 6, fornicata. *Cal.* 6 - fidus, ſuperus. *Bacca* 3 - locularis, ſicca, angulata.

TETRAGYNIA.

† 12. DICHROA. *Cor.* petala 5, carnoſa. *Cal.* 4 - dentatus. *Bacca* calycina 4 - locularis, polyſperma.

PEN-

PENTAGYNIA.

† 13. MILTUS. *Cor.* o. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Capſulæ* 5, 1-ſpermæ.

POLYGYNIA.

† 14. HECATONIA. *Cor.* petala 5, patentia. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Semina* plurima, nuda.

MONOGYNIA.

GENUS I. ASARUM.

Char. Gener. *Cal.* 3, ſive 4-fidus, germini inſidens. *Cor.* o. *Capſ.* coriacea, coronata. Lin. ſy. pl. G. 642.

Sp. 1. ASARUM VIRGINICUM. ß Sí sīn. α Tě rǎn.
Differ. ſpec. Aſ. *foliis* cordatis, obtuſis, glabris, petiolatis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Planta* perennis, 5-pollicaris, acaulis. *Folia* cordata, ſub-rotunda, ſub-acuta, integerrima, glabra: *petiolis* longis, ſub-erectis, teretibus, congeſtis. *Flos* ſolitarius, apetalus, pedunculis foliis brevioribus. *Calyx* capſularis, 3-4-fidus. *Capſula* oblongo-lobata, 6-locularis, polyſperma, *ſeminibus* ovatis. *Radix* repens, longa, faſciculata, linearis, albo-cinearea: odore aromatico, grato: ſapore acri, mordaci.
Habitat incultum in variis Sinarum provinciis.
Thunb. Japon. pag. 190. Aſarum Virginianum, piſtolochiæ foliis ſubrotundis, cyclaminis more maculatis. Pluk. Alm. 53. t. 78. f. 2.
Virtus: radicis. Attenuans, Deobſtruens, Emmenagoga, Sialogoga, Cephalica. Utuntur ſemper Medici indigenæ radicis decocto, quod nunquam vomitum movet, aut nauſeam.

† *GENUS II. PTEROTUM.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Petianthium 5-phyllum: foliolis ovatis, concavis, coriaceis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. Nulla.
Stam. Filamenta 15, ſubulata, plana, calyce longiora. Antheræ ſubrotundæ, 2-loculares.
Piſt. Germen ovatum, ſuperum. Stylus o. Stigma ſimplex.
Peric. Conceptaculum oblongum, acutum, coriaceum, 1-valve, a latere dehiſcens.
Sem. 1, ovato-oblongum, alatum alâ polyfidâ, baſi adnatâ, in longitudinem ſeminis extenſâ.

Nom. (Πτερωτὸς alatus) a ſemine alâ polyfidâ inſtructo.

Char.

Char. Gener. *Cal.* 5 - phyllus, inferus. *Cor.* o. *Conceptaculum* oblongum : *ſemine* 1, alato.

† Sp. 1. PTEREROTUM PROCUMBENS. α Cây truong deei.
Differ. ſpec. Pter. *foliis* lanceolatis, alternis : *racemis* axillaribus.
Hab. Frutex magnus, lignoſus, procumbens, longus : *ramis* multis, brevibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, parva, glabra, alterna. *Flos* racemis parvis, axillaribus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS III. PORTULACA.

Char. Gener. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* 2 - fidus. *Capſ.* 1 - locularis circumſciſſa, aut 3 - valvis. Lin. ſy. pl. G. 659.

Sp. 1. PORTULACA OLERACEA. α Rau Sam. β Mà chỉ hiên.
Differ. ſpec. Port. *foliis* cuneiformibus : *floribus* ſeſſilibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, aquoſus, ruber, lævis, procumbens : *ramis* diffuſis, ſæpe repentibus. *Folia* ſub-cuneiformia, oblonga, obtuſa, carnoſa ; glabra, ſeſſilia, conferta, integerrima. *Flos* luteus, ſeſſilis, ſparſus : *corollis* 5 - petalis, patentibus, apice ſub-truncatis, emarginatis. *Stamina* 10. *Capſula* 1 - locularis, horizontaliter dehiſcens : *ſeminibus* multis, rotundis, nigris, minimis.
Habitat paſſim vias, & agros in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 110. Thunb. Jap. pag. 192. Portulaca anguſtifolia, ſive ſylveſtris. Bauh. Pin. pag. 288. n. 2.
Virtus : præcipuè ſeminum in decocto. Refrigerans, Emolliens, Diuretica, Antiſcorbutica. Sinenſes imprimis utuntur ad attenuandum ſanguinem, ac diureſim promovendam. Hujus oleris frequenti uſu ante partum ſolet præcaveri ejus difficultas.

GENUS IV. WINTERANIA.

Char. Gener. *Cal.* 3 - lobus. *Petala* 5. *Antheræ* 16, adnatæ Nectario urceolato. *Bacca* 3 - locularis. *Sem.* 2. Lin. ſy. pl. G. 653.

Sp. 1. WINTERANIA CANELLA. γ . . . .
Differ. ſpec. Wint. *foliis* lanceolato-ovatis, integerrimis, ſparſis : *floribus* pedunculatis, terminalibus.
Hab., & notæ. *Arbor.* magna, *ramis* aſcendentibus : *cortice* exteriore ſcabro, rufo : interiore glabro, aromatico, ardente. *Folia* ovata, utrinque attenuata, ſub-obtuſa, integerrima, glabra, enervia

via. *Flos* albus, pedunculis paucifloris, ſimplicibusqoe aggregatis, terminalibus. *Bacca* ſupera, ſub-rotunda, ſemipollicaris, corticoſa, 6-locularis, monoſperma: *ſeminibus* ovato-angulatis. Plantam fructicantem obſervavi, non florentem.

Habitat in altis montibus inſulæ Madgaſcariæ, S. Laurentii dictæ. Lin. Jun. ſuppl. plant. pag. 247. Winteranus Cortex. Cluſ. Exot. l. 4. c. 1. Ex inſula S. Laurentii fructus magnitudine avellanæ, vel paulo maior, Caryophyllos redolens. Garc. Arom. l. 1. c. 21.

Virtus. Calefaciens, ſtomachica. Uſus œconomicus ad condiendos cibos, ſapore, & odore gratiſſimo, medio inter Caryophyllum, & Laurum. Folia recentia gratiora ſunt baccis, & cortice. Drymis Froſteri eiſdem qualitatibus prædita dicitur, nec modo florendi a noſtrâ differt: hæc tamen piſtillo unico, illa multis gaudet. Vide Lin. Jun. Suppl. plant. pag. 269.

† GENUS V. ADENODUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum: foliolis lanceolatis, reflexis, deciduis.

Cor. Petala 5, ovata, ſub-erecta, calyci æqualia, a medio ad apicem polyfida, laciniis filiformibus.

Nectarium glandulis 5, magnis, 2-lobis, procumbentibus, perſiſtentibus.

Stam. Filamenta 15, brevia, patentia, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ, quadragonæ, ſtantes: apice hiante, reflexo.

Piſt. Germen longiuſculum. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stigma acutum.

Peric. Drupa ovato-oblonga, parva, glabra, 1-ſperma.

Sem. Nucula oblonga, rugoſa.

Nom. (Α'δενώδης glanduloſus) a glandulis in flore, & fructu perſiſtentibus.

Char. Gener. *Calyx* 5-phyllus, inferus. *Cor.* petala 5, fimbriata: glandulis 2-lobis, permanentibus. *Drupa* 1-ſperma.

† Sp. 1. ADENODUS SYVESTRIS. *α* Cây Côm tláng.

Differ. ſpec. Ad. *foliis* ovato-lanceolatis, ſerratis: *ſpicis* ſub-terminalibus.

Hab. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrata, glabra, alterna. *Flos* albo, rubroque variatus, *ſpicis* ſubterminalibus.

Habitat

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS VI. STIXIS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus.
Cor. Campanulata, petala 6, oblonga, carnoſa, revoluta.
Stam. Filamenta 16, corollæ ſubæqualia, receptaculo inſidentia, exteriora breviora. Antheræ oblongæ, ſtantes.
Piſt. Germen ſuperum, ovatum, piloſum, pedicellatum. Stylus brevis, craſſus. Stigmata 3, rotunda.
Peric. Drupa ovata, carnoſa, mediocris, 1-ſperma: cortice punctato.
Sem. Nucleus oblongo-ovatus, ſolidus.

Nom. (Στίξις punctio) a punctis, quibus drupa diſtinguitur.

Char. Gener. *Cal.* 0. *Cor.* petala 6, revoluta. *Drupa* punctata, ſupera, 1-ſperma.

† Sp. 1. STIXIS SCANDENS. α Cây Câm.
Differ. ſpec. Stix. *foliis* oblongis, integerrimis, venoſis: *racemis* ſimplicibus, axillaribus.
Hab. *Frutex* magnus, ſcandens, acirrhus, inermis, ramoſus, longiſſimus. *Folia* oblonga, acuminata, integerrima, venoſa, dura, alterna. *Flos* purpureo, & viridi variatus: *racemis* ſimplicibus, longis, axillaribus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Atunus. (Rumph. Amb. l. 1. c. 56. tab. 66.) ejuſdem generis videtur eſſe.

† GENUS VII. DIATOMA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium baccatum, campanulatum, patens, ſemi-8-fidum, laciniis acutis.
Cor. Petala 6-7, ſub-rotunda, inciſa, patentia, calyce longiora: unguibus filiformibus elevata.
Nectarium annulare, carnoſum, polycrenatum.
Stam. Filamenta 16, ſubulata, corollæ ſubæqualia, receptaculo inſerta. Antheræ ſub-rotundæ.
Piſt. Germen ſub-rotundum, calyce clauſum. Stylus filiformis, craſ-

ſus,

ſus, æqualis ſtaminibus. Stigma 4-5-fidum: laciniis ovatis, ſulcatis, horizontaliter patentibus.
Peric. Bacca rotunda, parva, coronata, 1-ſperma.
Sem. Sub-rotundum.

Nom. (Διατομὴ inciſura) a petalis corollæ inciſis.

Char. Gener. *Cal.* baccatus, 8-fidus. *Cor.* 6-7-petala inciſa. *Bacca* rotunda, 1-ſperma.

Sp. 1. DIATOMA BRACHIATA. α Cây mà.
Differ. ſpec. Diat. *ramis* brachiatis: *foliis* ovatis, oppoſitis: *racemis* brevibus, ſubterminalibus.
Hab. *Arbor* magna: *ramis* brachiatis, expanſis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* parvus, croceus, *racemis* ſub-diviſis, brevibus, ſub-terminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS VIII. RHIZOPHORA.

Char. Gener. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita. *Sem.* 1, longiſſimum, baſi carnoſum. Lin. ſy. pl. G. 646.

Sp. 1. RHIZOPHORA CASEOLARIS. α Cây Bần tlòn tlái.
Differ. ſpec. Rhiz. *foliis* ovatis, obtuſis: *floribus* ſolitariis: *fructibus* orbiculatis, depreſſis, mucronatis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *trunco* brevi, tortuoſo: *ramis* longis, diffuſis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, ſubſeſſilia, oppoſita. *Flos* ruber, ſolitarius, ſparſus. *Cal.* inferus, perſiſtens, in floreſcentiâ campanulatus, in matureſcentiâ rotatus, 6-partitus, laciniis conicis, craſſis, planis. *Corolla* petala 6, linearia, calyci inſidentia, citò decidua, calyci ſubæqualia. *Filamenta* 100 circiter, ſubulata, calyci affixa, ipſo longiora. *Antheræ* reniformes, 3-loculares, nutantes. *Germen* ſub-rotundum, planiuſculum. *Stylus* longior ſtaminibus. *Stigma* lenticulare, emarginatum. *Drupa* ſphæroidea, mucronata, ſeſquipolicaris, glabra, 1-ſperma. *Nucleus* ejuſdem formæ, ſolidus, durus, in multas laminas craſſas verticaliter ſeparabilis.
Habitat propè ripas fluminum in Cochinchinâ. Eadem in litore Africæ Orientalis viſa eſt ſtaturâ inferior, foliis nonnullis emarginatis, flore, & fructu conveniens.
Burm. Ind. pag. 108. Mangium Caſeolare. Rumph. Amb. l. 4. c. 61. tab. 74.

Sp. 2.

† Sp. 2. RHIZOPHORA SEXANGULA. α Cây Bần dai tlái.

Differ. ſpec. Rhiz. *foliis* ovato-lanceolatis, oppoſitis: *fructibus* ſexangulatis: *petalis* 10: *ſtaminibus* 20.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* tortuoſis, patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, plana, glabra, oppoſita. *Flos* ruber, ſub-terminalis, ſolitarius: *calyce* campanulato, eâdem formâ perſiſtente, magno, 10-partito, laciniis, acutis, patentibus. *Corolla* petala 10, oblonga, emarginata, ciliata, calyci ſubæqualia. *Filamenta* 20, capillaria, calyci inſiſtentia, ipſo longiora: antheris oblongis, ſtantibus. *Germen* oblongum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus, æqualis ſtaminibus: *ſtigmate* obtuſo. *Drupa* oblonga, priſmatica, æqualiter hexagona, recta, obtuſa: *cortice* coriaceo, glabro: nudeo lignoſo, tereti, ſimpliciſſimo.

Habitat prope ripas fluminum in Cochinchinâ.

Sp. 3. RHIZOPHORA GYMNORHIZA. α Cây Dè.

Differ. ſpec. Rhiz. *foliis* ovato-lanceolatis, integerrimis: *radicibus* ſuperterraneis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *trunco* alto, recto: *cortice* craſſo, fiſſo, fuſco-rubo: *radicibus* multis, magnis, arcuatis, ſupra cœnum aquâ marinâ perfluum elevatis, patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, ſparſa, ſæpe ad apicem congeſta, petiolata. *Flos* ruber, ſolitarius, ſparſus: *calyce* 10-13-partito, laciniis ſubulatis, erectis. *Cor.* 10-13-petala, calyci ſubæqualis, petalis linearibus, citò deciduis. *Stamina* numero duplicia, 20-26, petalis, & laciniis calycis correſpondentia. *Drupa* longa, ſub-teres; ſubulata: *nucleo* tereti, recente molliuſculo, ſeneſcente ſub-corneo.

Habitat ingentes tractus litorum ad Auſtrum Cochinchinæ, & Cambodiæ. Etiam frequenter occurrit in freto Malacenci.

Burm. Ind. pag. 108. Mangium Celſum. Rumph. Amb. l. 4. c. 58. tab. 68.

Uſus. Cortex iſtius arboris utiliſſimus eſt ad tingendas telas colore rufo, vel caſtaneo: qui facilè in nigrum mutatur, ſi alternis vicibus immergantur telæ cœno fuſco aquâ diluto, ad ſolemque exſiccatæ laventur, & iterum decocto corticis imbuantur, donec optatus color habeatur nigerrimus ſimul, & conſtans. Nullus Rhizophoræ fructus in Cochinchinâ eſt edulis. Fructus non minus indureſcit, quam Palmæ Arecæ: nec iſte meliori jure vocabitur Drupa, quam ille; cum ambo tam cortice, quam nucleo (ſi formam excipias) conveniant.

Obſerv. Omnes Rhizophoræ ſpecies, quas obſervavi, 20, aut plura nu-

numerant ſtamina, ſemperque calyci inſiſtentia; adeoque videtur genus Rhizophora ad Icoſandriam pertinere.

TRIGYNIA.

GENUS IX. EUPHORBIA.

Char. Gener. *Cor.* 4-5-petala, calyci inſidens. *Cal.* 1-phyllus, ventricoſus. *Capſ.* 3-cocca. Lin. ſy. pl. G. 665.

Sp. 1. EUPHORBIA ANTIQUORUM. α Cây Xuong raong: Thanh long.
Differ. ſpec. Euph. *aculeata*, ſub-nuda, triangularis, articulata: *ramis* patentibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Planta* fruticoſa 8-pedalis, *caule* triangulari, aculeato, articulato, ſuccoſo, cinereo-viridi, glabro: *ramis* patentibus: *foliis* nullis. *Flos* luteus, parvus, ſeſſilis, terminalis, ſolitarius.
Habitat in ſepibus Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 110. Eſula Indica. Bont. Jav. l. 6. c. 57. fig. ibi, pag. 153.

† Sp. 2. EUPHORBIA EDULIS. α Xuong raong lá.
Differ. ſpec. Euph. *aculeata*, folioſa, 5-angularis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus: *floribus* apetalis.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6-pedalis, 5-angularis, aculeis geminatis: *ramis* aſcendentibus. *Folia* multa, ſparſa, ſub-cuneiformia, apice rotundata, 3-pollicaria, integerrima, carnoſa, glabra. *Corolla* nulla. *Calyx* 1-phyllus, carnoſus, ventricoſus, interius ruber, exterius viridis. *Stamina* brevia, 40 circiter. *Capſula* 3-cocca.
Habitat culta in hortis Cochinchinæ, puto, quod etiam agreſtis.
Uſus. Folia elixa cum aliis oleribus comedunt ſæpe indigenæ abſque noxâ.

Sp. 3. EUPHORBIA NEREIFOLIA. α Xuong raong rao.
Differ. ſpec. Euph. *aculeata* ſeminuda: *angulis* obliquè tuberculatis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, aculeateus, 4-5-angularis, *ramis* longis, diffuſis, inarticulatis: tuberculis multis per angulos diſpoſitis. *Folia* caulina rara, ad apicem ſparſa, oblonga, craſſa, parva. *Flos* luteo-viridis, ſolitarius, ſparſus, ſub-terminalis.
Habitat ſepes Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 111. Ligularia. Rumph. Amb. l. 6. c. 45. tab. 40.

Virtus.

Virtus. Emetica, Purgans, acris, nec tuta. Uſus frequens apud indigenas ad ducendas ſepes, ſpinis horridas.

Sp. 4. EUPHORBIA TIRUCALLI. α Cây San hô Xanh.
Differ. ſpec. Euph. *inermis* ſeminuda, fruticoſa, filiformis, erecta: *ramis* patulis, determinatè confertis. Lin. ſp. 10.
Hab., & notæ. *Frutex* magnus, erectus, arboreſcens, 10-pedalis: *ramis* inermibus, patentibus: *ramulis* filiformibus, dichotomis, confertisque. *Folia* rara, minuſcula, oblonga, craſſa, ſparſa. *Flos* luteus, parvus, 5-petalus: *pedunculis* monofloris, congeſtis, ſubterminalibus.
Habitat inter ſepes in Cochinchinâ, uti & in Malabariâ.
Tithymalus arboreſcens, caule aphyllo. Pluk. Phyt. tab. 319. fig. 6.
Oſſifraga lactea. Rumph. Amb. Auct. cap. 80. tab. 29.
Virtus. Cauſtica. Humor lacteſcens ex totâ plantâ oculos, ſi tangat, excæcat.

GENUS X. RESEDA.

Char. Gener. *Cal.* 1-phyllus, partitus. *Petala* laciniata. *Capſ.* 1-locularis, ore dehiſcens. Lin. ſy. pl. G. 664.

† Sp. 1. RESEDA COCHINCHINENSIS. α Hoa phân.
Differ. ſpec. Reſ. *foliis* 5-nerviis: *floribus* trigynis: *calycibus* 5-partitis: *pedunculis* ſubdiviſis.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, multiplex, 8-pollicaris, erectus, tenuis. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, 5-nervia, glabra, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* luteus, terminalis, pedunculis ſubdiviſis. *Calyx* 5-partitus. *Corolla* rotata, petala 5, ſubæqualia, rotundata, laciniata. *Stamina* 18 circiter. *Styli* 3. *Capſ.* 3-valvis, 1-locularis, polyſperma, apice dehiſcens.
Habitat in agris Cochinchinæ.

† Sp. 2. RESEDA CHINENSIS. β Thin Ki hoam.
Differ. ſpec. Reſ. *foliis* lato-lanceolatis, integris, glabris: *floribus* ſolitariis, trigynis: *ſtaminibus* Icoſandris: *calycibus* 5-partitis.
Hab, & notæ. *Caulis* annuus, 10-pollicaris, quadragonus, multiplex, ſub-erectus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, glabra ſeſſilia, oppoſita. *Flos* luteus, pedunculis monofloris ſolitariis. *Calyx* 5-partitus. *Corolla* petala 5, inæqualia. *Stamina* 30 circiter. *Styli* tres. *Capſula* 1-locularis, polyſperma, apice dehiſcens.
Habitat ſuburbia Contonienſia in Sinis.
Uſus. Hanc, & præcedentem ſpeciem æmulas inveni Luteolæ, ad tingendas telas colore flavo, aut viridi utiles.

Sp. 3. RESEDA ODORATA. β . . .
Differ. ſpec. Reſ. *foliis* integris, trilobisque: *calycibus* florem æquantibus. Lin. ſp. 12.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis: *ramis* longis, debilibus, aſcendentibus. *Folia* integra, 3-lobaque, lanceolata, glabra, reflexa, alterna. *Flos* albus, ſpicis oblongis, terminalibus. *Calyx* 6-phyllus, patulus, foliolis linearibus, inæqualibus. *Corolla* petala 4-5, laciniata, inæqualia, inferius minimum. *Stamina* 16 circiter. *Styli* 3. *Capſula* 1-locularis, tricornis, ore dehiſcens, ſeminibus ovatis, compreſſis. *Flos* ſuaveolens.
Obſervavi Cantone Sinarum ab Europâ Oriundam.

GENUS XI. TACCA.

Char. Gener. *Flos* ſuperus. *Cor.* 6-petala, fornicata. *Cal.* 6-phyllus. *Bacca* ſicca, angulata, 3-locularis. Lin. Jun. ſuppl. pl. pag. 37.

Sp. 1. TACCA PINNATIFIDA. α Cây Nưa. β . . .
Differ. ſpec. Tac. *caule* ſimpliciſſimo: *foliis* pinnatifidis: *umbellâ* terminali.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, craſſus, erectus, teres, ſcaber, rubeſcens, ſimpliciſſimus. *Folia* magna, expanſa, plerumque tria numero, laciniato-pinnata, laciniis acutis, glabris, inæqualibus. *Flos* ſub-viridis, pedunculo erecto, terminali, in umbellam floriferam, ſub-rotundam diviſo. *Calyx* 6-phyllus. *Corolla* 6-petala. *Bacca* infera, ſub-ovata, 6-gona, 3-locularis: *ſeminibus* ovatis. *Stamina* plerumque 12, ſub-ſeſſilia.
Habitat frequens in Cochinchinâ culta in hortis, & agris: etiam in Chinâ.
Lin. Jun. ſup. pl. pag. 251. Tacca ſativa. Rumph. Amb. I. 8. c. 89. tab. 112.
Uſus. Radix hujus plantæ eſt tuber, pugnum craſſum, ſub-rotundum, edule. Petioli, & caules diu elixati deponunt acrimoniam, & ſimiliter cibo apti redduntur.

TE-

TETRAGYNIA.

† *GENUS XII. DICHROA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium monophyllum : tubo ſub-globoſo : limbo brevi, 4-dentato, patente.
Cor. Petala 5, ovato-lanceolata, craſſa, patentia, calyce longiora.
Stam. Filamenta 15, filiformia, inæqualia, omnia corollâ breviora. Antheræ ſub-ovatæ, planiuſculæ, biloculares, ſtantes.
Piſt. Germen ſub-rotundum, calyce clauſum. Styli 4, craſſi, filamentis ſubæquales. Stigmata ovata, emarginata.
Peric. Bacca calycina, ſub-rotunda, 4-locularis, polyſperma.
Sem. Multa, ſub-rotunda.

Nom. (Δὶς bis, Χρόα color) a duplici colore, quo flos hinc, inde diſtinguitur.

Char. Gener. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* petala 5 lanceolata. *Bacca* calycina, 4-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. DICHROA FEBRIFUGA. α Cây Thuong ſon. β Châm Chān.
Differ. ſpec. Dic. *foliis* lanceolatis, oppoſitis : *corymbis* terminalibus.
Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, caule recto, 9 pedes alto : *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, glabra, ſub-ſerrata, palmari longitudine, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* terminalis, *corymbis* racemoſis. *Corolla* exterius alba, intus cærulea, ſicut etiam ſtamina.
Habitat loca montana in Cochinchinâ, & Chinâ.
Virtus : foliorum, & radicis. Febrifuga. Febres tertianas, & quartanas pertinaces, ac diuturnas fæliciter expellit. Solet excitare vomitum, ſi cruda aſſumatur : ſi vero cum vino diu, & lento igne coquatur ad conſumptionem liquoris, tunc per ſedem tantummodo purgat, & obſtructiones aperit. Imprimis utuntur indigenæ foliorum decocto, quod adjunctâ Glycyrrhizâ mitius operatur. Senibus, & debilibus minus tuta.

PEN-

PENTAGYNIA.

† *GENUS XIII. MILTUS.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5-phyllum: foliolis ovatis, concavis, rugoſis, coloratis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. Nulla. Nectarium nullum.
Stam. Filamenta 12, fundo calycis affixa, ipſo breviora. Antheræ ovatæ, didymæ, ſtantes.
Piſt. Germen ſub-rotundum, ſulcatum. Stylus o. Stigmata 5, linearia, deorſum flexa.
Peric. Capſulæ 5, connatæ, ovatæ, ſcabræ, 1-ſpermæ.
Sem. Ovata, nitida.

Nom. (Μίλτος minium) ex colore ruberrimo totius plantæ.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Cor.* o. *Capſ.* 5, monoſpermæ.

† Sp. 1. MILTUS AFRICANA. ♄ . . . .
Differ. ſpec. Milt. *caule* poſtrato: *foliis* congeſtis, oblongis: *floribus* congeſtis, lateralibus.
Hab. *Caulis* fruticoſus, multiplex, tenuis, poſtratus, glaber, inermis, 4 pedes longus. *Folia* oblonga, integerrima, obtuſa, craſſa, glabra, minuſcula ſub-ſeſſilia, oppoſita, congeſtaque. *Florum* pedunculi ſimplices, congeſti, laterales. *Caules*, *flores*, *folia* omnia ruberrima.
Habitat in locis aridis inſulæ Mozambicci in Africâ.
Obſerv. Genus hoc, & Glinus. (Lin. ſy. pl. G. 666.) haud multum inter ſe diſtant.

POLYGYNIA.

† *GENUS XIV. HECATONIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, 5-phyllum: foliolis ovatis, concavis, coloratis, reflexis.
Cor. Petala 5, ovata, ſtriata, plana, patentia, calyci ſubæqualia.
Stam.

Stam. Filamenta 18, filiformia, erecta, inæqualia, corollâ breviora, baſim receptaculi elongati circunſtantia. Antheræ ovatæ, 2-loculares, ſtantes.

Piſt. Germina lenticularia, 100 circiter, eidem receptaculo in columnam elevato circumpoſita. Stylus o. Stigma puncta ſingula exerta ad apicem ſinguli germinis.

Pericarp. Nullum.

Sem. Lenticularia, totidem, quot germina, eidem receptaculo cylindraceo affixa.

Nom. (Ἑκατόν centum) quia centena germina ex quolibet flore producuntur, Hecatoniam nominavi.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Petala* 5. *Sem.* plurima, nuda.

† Sp. 1. HECATONIA PALUSTRIS. β Chú lién.

Differ. ſpec. Hec. *foliis* cuneiformibus, glabris: *Germinibus* in cylindrum collectis.

Hab. *Herba* annua: *caule* 1-pedali, ſub-erecto, craſſo, tubulato, lævi, ramoſo. *Folia* 3-nata, cuneiformia, inciſa, glabra, petiolata. *Flos* luteus, parvus: *pedunculis* monofloris, ſolitariis, ſub-terminalibus. *Fructus* cylindraceus, ex receptaculo ſeminibus tecto, in longum extenſo.

Habitat in locis humidis prope Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. HECATONIA PILOSA. β Kháo tsào.

Differ. ſpec. Hec. *foliis* lanceolatis, piloſis: *germinibus* in globum collectis.

Hab. *Caulis* annuus, piloſus, erectus, 8-pollicaris, ramoſus. *Folia* 3-nata, lanceolata, piloſa, ſerrata, aliqua bifida. *Flos* luteus, ſub-terminalis: *pedunculis* monofloris, ſolitariis. *Germina*, & *ſemina* acuminata, in capitulum globoſum diſpoſita.

Habitat prope Cantonem Sinarum.

CLAS-

CLASSIS XII.
ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

1. CACTUS.	*Cal.* ſuperus, 1-phyllus. *Cor.* multifida. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.
2. EUGENIA.	*Cal.* ſuperus, 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* 1-ſperma.
† 3. OPA.	*Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-ſperma.
4. PSIDIUM.	*Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.
5. MYRTUS.	*Cal.* ſuperus, ſub-5-fidus. *Cor.* ſub-5-petala. *Bacca* 2-3-locularis.
6. PUNICA.	*Cal.* ſuperus 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* 10-loculare, polyſpermum.
† 7. DRUPATRIS.	*Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 4-petala. *Drupa*: nuce 3-loculari.
† 8. DECADIA.	*Cal.* inferus, 3-phyllus. *Cor.* 10-petala. *Drupa*: nuce 3-loculari.
9. AMYGDALUS.	*Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa*: nuce foraminoſâ.
10. PRUNUS.	*Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa*: nuce integrâ.
† 11. PHOBEROS.	*Cal.* inferus, 10-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 4-ſperma.
† 12. DODECADIA.	*Cal.* inferus, 12-fidus. *Cor.* 12-fida. *Bacca*-locularis, polyſperma.

DIGYNIA.

13. CRATÆGUS.	*Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 2-ſperma.

PEN-

PENTAGYNIA.

14. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma.

15. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* 5-loculare, polyſpermum.

16. SPIRÆA. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Capſulæ* plures, congeſtæ.

POLYGYNIA.

17. ROSA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* calycina, polyſperma.

18. RUBUS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* compoſita.

19. FRAGARIA. *Cal.* 10-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Receptaculum* ſeminum baccatum.

20. POTENTILLA. *Cal.* 10-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Semina* plurima, mutica.

MONOGYNIA.

GENUS I. CACTUS.

Char. Gener. *Cal.* 1 - phyllus, ſuperus, imbricatus. *Cor.* multiplex. *Bacca* 1 - locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 668.

Sp. 1. CACTUS FICUS INDICA. α Cây Luỏi roìng.

Differ. ſpec. Cac. articulato-prolifer: *articulis* ovato-oblongis: *ſpinis* ſetaceis. Lin. ſp. 19.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, 6 - pedalis: *caule*, *ramis*, *foliis* nullis, præter articulos folii-formes, aliis ſimilibus impoſitos, in altum elevatos. *Articuli* 6 - pollicares, oblongo-ovati, compreſſi, carnoſi, ſemipollicem craſſi, glabri, conſiti *ſpinis* duriuſculis, confertis. *Flos* flavo-ruber, terminalis, ſolitarius, ſeſſilis, multus, ſupremo margini articuli inſidens. *Calyx* 1 - phyllus, oblongus, teres, truncatus, carnoſus, ſcaber. *Corolla* petala multa, turbinata, brevia, inæqualia. *Filamenta* numeroſa, brevia, calyci inſerta. *Bacca* calycina, 2 - polycaris, polyſperma.

Habitat in Cochinchinâ. Vidi etiam in Benghalâ, & in aliis Indiæ locis.

Thunb. Japon. pag. 198. Ficus Indicá. Matth. in Dioſc. l. 1. c. 145. pag. 235. fig. 3.

GENUS II. EUGENIA.

Char. Gener. *Cal.* 4 - partitus, ſuperus. *Petala* 4. *Drupa* 1 - ſperma; quadrangularis. Lin. ſy. pl. G. 671.

Sp. 1. EUGENIA MALACCENSIS. α Daò huong taù. β . . . .

Differ. ſpec. Eug. *foliis* integerrimis: *pedunculis* ramoſis Lateralibus. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, obſcurè viridia, nitida, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* pallidus, *pedunculis* polyfloris, lateralibus: *calyce* 4 - partito: *corollâ* 4 - petalâ: *ſtaminibus* Icoſandris. *Bacca* ſubrotunda, ſæpius obtusè 4 - gona, aliquando ovata, ſeſquipollicaris, 1 - ſperma, carnoſa, penitus dulcis, roſæ odorem ſpirans, parum ſuccoſa: pelliculâ tenui, nitidâ, flaveſcente: *ſemine* plerumque unico, magno, ſub-rotundo, molliuſculo, nutante, non oſſeo, aut corneo.

Habitat

Habitat culta Malaccæ, Macai Sinarum, & in multis Indiæ locis.
Jamboſa Roſacea. Rumph. Amb. l. 1. c. 32. pag. 123. tab. 37.
Jambos Malaccencis, fructu aureo, roſam ſpirante. Burm. Zeyl. pag. 124.
Uſus. Fructus guſtui, odoratui, & viſui placens, nec minus ſaluber.

Sp. 2. EUGENIA JAMBOS. α Cây Deò Annam.
Differ. ſpec. Eug. *foliis* integerrimis: *pedunculis* ramoſis, terminalibus. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, obſcurè viridia, glabra, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* viridi-luteus, *pedunculis* ramoſis, terminalibus: *calyce* ſupero, 4-fido, laciniis obtuſis, concavis: *petalis* 4, concavis, ſub-rotundis: *ſtaminibus* Icoſandris, longis, rubris. *Bacca* pyriformis, 2-pollicaris, hinc alba, inde rubra, carnoſo-ſuccoſa, acridulcis, inodóra: *ſemine* 1, magno, molliuſculo, ſub-rotundo, nutante.
Habitat in Cochinchinâ, & in multis Indiæ locis.
Prunus Malabarica, fructu umbilicato, pyriformi, Jambos dicta. Ray. hiſt. part. 2. pag. 1478. Jamboſa ſylveſtris alb. Rumph. Amb. l. 1. c. 35. tab. 39. Sed fructus melius exprimitur tab. 38. f. 4.
Uſus. Bacca ſapore acido minus placet, quam præcedentis ſpeciei.

Sp. 3. EUGENIA ACUTANGULA. α Cây Tam lang.
Differ. ſpec. Eug. *foliis* crenatis: *pedunculis* terminalibus: *pomis* ob-longis, acutangulis. Lin. ſp. 6.
Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* lanceolata magna, ſub-crenata, glabra, ſparſa, petiolis longis. *Flos* rubeſcens, parvus, ſeſſilis, terminalis: *racemis* ſimplicibus, longiſſimis, pendulis, ſæpe bipedalibus. *Calyx* campanulatus, ſuperus, 4-fidus, laciniis ſub-rotundis, perſiſtentibus. *Petala* 4, parva, ſub-rotunda, concava, conniventia. *Filamenta* numeroſa, filiformia, longiſſima calyci inhærentia: *antheris* ſub-rotundis. *Germen* turbinato-rotundum. *Stylus* ſubulatus, longior ſtaminibus. *Stigma* ſimplex. *Bacca* oblonga, 3-pollicaris, utrinque ſub-acuta, 4-gona angulis acutis, exſucca, corticoſa, ſub-rugoſa, flavo-fuſca, 1-ſperma: *ſemine* magno, ovato, farinulento, glabro.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 114. Butonica Terreſtris, rubra. Rumph. Amb. l. 5. c. 30. tab. 115. Ubi notandum nec fructum, nec flores ſatis cohærere com noſtris obſervatis.
Uſus. Semina amariſſima, ſi in lixivio calcis, vel cinerum macerentur, amaritiem deponunt: ſicque eſculentia redduntur, indigenis non ingrata, & valdè nutrientia.

† Sp. 4. EUGENIA NERVOSA. α Cây Sòi.

Differ. ſpec. Eug. *foliis* integerrimis : *floribus* congeſtis, terminalibus : Baccis globoſis, nervoſis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra. *Flos* albus; pedunculis 1-floris, congeſtis, terminalibus. *Cal.* ſuperus, 4-partitus, magnus : laciniis, obtuſis, concavis. *Petala* 4, ſub-rotunda, concava, parva, citò decidua. *Filamenta* linearia, pluſquam 100, calyci inſerta, petalis triplo longiora, in capitulum globoſum latè expanſa : *antheris* parvis, nutantibus. *Stylus* ſubulatus, longior ſtaminibus : *ſtigmate* acuto. *Bacca* globoſa, 1-pollicaris, nervoſa, glabra, corticoſa fuſco-rubra, 1-ſperma : *ſemine* globoſo, in multa fruſta angulata, ſubæqualia facilè ſeparabili.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 5. EUGENIA CORTICOSA. α Cây Tlâm bội.

Differ. ſpec. Eug. *foliis* ovatis, acuminatis : *racemis*, corymboſis : *filamentis* breviſſimis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna : *ramis* patentibus : *cortice* craſſo, fiſſo, ſub-aromatico. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, glabra, ſub-oppoſita. *Flos* albo-ruber, parvus, multus, ſub-terminalis, racemis corymboſis. *Calyx* ſuperus, cyathiformis, ſub-truncatus. *Corolla* petala 4, parva, ſub-rotunda, clauſa. *Filamenta* 20, ſubulata, corollâ breviora, *calyci* propè marginem inſidentia : *antheris* ſub-rotundis, minimis. *Bacca* minuta, 3-linearis, ſub-turbinata, glabra, nigricans, 1-ſperma : *ſemine* ſub-rotundo, molliuſculo. Ergo non Drupa, ſicut nec præcedentes.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Virtus : corticis. Incidens, Deobſtruens, Diaphoretica. Sapor ſub-ardens, amareſcens.

† *GENUS III. OPA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, campanulatum, ſuperum : limbo brevi; 5-fido, laciniis rotundatis.

Cor. Petala 5, ſub-rotunda, concava, conniventia, ori tubi calycini inſerta, limbo parum longiora, citò decidua.

Stam. Filamenta plurima, capillaria, interiori vertici tubi calycis inſiſtentia corollâ duplo longiora. Antheræ ovatæ, 2-loculares, nutantes.

Piſt.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus ſubulatus æqualis ſtaminibus. Stigma acutum.

Periç. Bacca ſub-rotunda, calycina, truncato-pertuſa, 1 - ſperma.

Sem. Sub-rotundum.

Nom. (Ὀπὴ foramen) a foramine baccæ pertuſæ.

Char. Gener. *Cal.* ſuperus, 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala. *Bacca* pertuſa, 1 - ſperma.

† Sp. 1. OPA ODORATA. α Cây Nỏ.

Differ. ſpec. Op. *ramis* brachiatis: *foliis* lanceolatis, oppoſitis: *corymbis* terminalibus.

Hab. *Arbuſcula* 5 - pedalis: *ramis* brachiatis, patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, nitida, odorata, oppoſita. *Flos* albus, corymbis racemoſis, terminalibus.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. OPA METROSIDEROS. α Cây Boung Vàng.

Differ. ſpec. Op. *foliis* ovatis, ſerrata, ſparſis: *racemis* ſub-terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* ovata, acuta, inæqualiter ſerrata, plana, nitida, dura, ſparſa, oppoſitaque. *Flos* albus, racemis oblongis, ſubterminalibus. *Calyx* baccatus, campanulato-patens, 5 - fidus, laciniis acutis, deciduis. *Petala* 5, ovata, intus piloſa, calyce longiora. *Filamenta* 20, ſubulata, corollâ parùm longiora, calyci Inſidentia. *Antheræ* cordatæ, nutantes. *Germen* turbinatum. *Stylus* bipartitus, piloſus, ſtaminibus æqualis. *Stigmata* ſimplicia. *Bacca* parva, calycina, ſub-rotunda, umbelicata, exſucca, 1 - ſperma: *ſemine* ſub-rotundo.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Metroſideros vera? Rhumph. Amb. l. 4. c. 6. tab. 7.

Uſus. Lignum iſtius arboris eſt grave, duriſſimum, conſtans, fuſco-rubrum, optimum ad ædificandum.

GENUS IV. PSIDIUM.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* 1 - locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 670.

Sp. 1. PSIDIUM PYRIFERUM. α Cây Ổi. β . . .

Differ. ſpec. Pſid. *foliis* lineatis, obtuſiuſculis, *unifloris*. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *trunco*, & *ramis* tortuoſis, ſub-

aſſur-

aſſurgentibus : *cortice* tenui, lævi, albido. *Folia* ovata, prorſus obtuſa, integerrima, coſtis multis tranſverſalibus, parallelis, glabra, ſub-rugoſa, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* albus, axillaris, ſolitarius, *pedunculis* craſſis, breviſſimis. *Cal.* baccatus, 5-fidus. *Corolla* petala 5, ovata, patentia. *Stamina* plurima, calyci inſiſtentia. *Bacca* 2-pollicaris, plerumque ovata, aliquando ſub-rotunda, rarò pyriformis : pelliculâ exteriore lævi, pallidâ : intus carnoſa, alba, vel rubra : *ſeminibus* plurimis, nidulantibus.

Habitat in Cochinchinâ, & in Chinâ Auſtrali : culta quidem in maiorem arborem excreſcit : ſylvatica ubique minor, & incompoſita.

Cujavus Domeſtica. Rumph. Amb. l. 1. c. 41 tab. 47. Guajavos, fructu pallido, dulci. Burm. Zeyl. pag. 112.

Sp. 2. **PSIDIUM POMIFERUM.** α Ổi rùng nhỏ. β . . .

Differ. ſpec. Pſid. *foliis* lineatis, acuminatis : *pedunculis* 3-floris. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Frutex* 4-pedalis, tortuoſus, erectus, lignoſus, ramoſiſſimus. *Folia* lanceolata, integerrima, parva, rugoſa, ſcabra, ſeſſilia, oppoſita, coſtis parallelis, obliquis. *Flos* albus, parvus, ſparſus, pedunculis longiuſculis, 1-3-floris. *Calyx*, *corolla*, *ſtamina* ſicut præcedentis. *Bacca* pollicaris, vel minor, ſubgloboſa, lævis, pallida, intus alba, vel rubra, 1-locularis, polyſperma.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Cujavus Agreſtis Rumph. Amb. l. 1. c. 42. t. 48. Pluk. Phyt. tab. 193. fig. 4.

Uſus. Utriuſque ſpeciei fructus edules ſunt : viles tamen, nec ſapore, aut odore admodum grati. Radix, & tenera folia ſunt adſtringentia, proſuntque ad cohibendos fluxus ventris, & roborandum ſtomachum.

† Sp. 3. **PSIDIUM CANINUM.** β Pĭ hōa.

Differ. ſpec. Pſid. *foliis* ſub-ſerratis, utrinque tomentoſis : *pedunculis* polyfloris axillaribus, & terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 2-pedalis, ramoſiſſima, diffuſa. *Folia* ovata, ſub-acuta, ſub-ſerrata, venoſa, utrinque tomentoſa, alterna, petiolis brevibus. *Flos* albus, racemulis oblongis, axillaribus, & terminalibus. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Stamina* plurima, calyci inſidentia. *Bacca* 3-linearis, ovata, coronata, monolocularis, polyſperma. Dicitur Canina, eo quod ad illam accedentes canes delectantur, & tripudiant, ſicut feles ad Valerianam.

Habitat agreſte prope Cantonem Sinarum.

Sp. 4.

† Sp. 4. PSIDIUM NIGRUM. α Cây Nen.
Differ. ſpec. Pſid. *foliis* leviter ſerratis, glabris: *pedunculis* terminalibus, ramoſis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* tortuoſis, patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, leviter ſerrata, utrinque, glabra, ſparſa, nervis, aut coſtis nullis, obſcurè viridia, nitida. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, terminalibus. *Bacca* nigra, minima, rotunda, coronata, 1-locularis, polyſperma. *Calyx*, *corolla*, *ſtamina* generis propria. Semina nidulantia.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 5. PSIDIUM RUBRUM. α. Cây Trâm.
Differ. ſpec. Pſid. *foliis* oblongis, integerrimis: *floribus* ſeſſilibus; congeſtis, axillaribus.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, glabra, oppoſita, *petiolis* brevibus. *Flos* albus, multus, ſeſſilis, congeſtus, axillaris. *Calyx* tubuloſus, oblongus, 4-dentatus, ſuperus. *Corolla* petala, 4, parva, inæqualia. *Stamina* plurima, calyci inſidentia. *Bacca* calycina, oblonga, rubra, 1-locularis, polyſperma, coronata, edulis, acridulcis, parva.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Obſerv. A Pſidio ablegandam non judico; quamvis deficiente 5 parte Calycis, & Corollæ ab illo diſſideat.

GENUS V. MYRTUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Petala* 5. *Bacca* 2, ſive 3-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 672.

† Sp. 1. MYRTUS CANESCENS. α Cây Sim nhà.
Differ. ſpec. Myrt. *floribus* ſolitariis, ſparſis: *foliis* ovatis, 3-nerviis, tomentoſis: *petiolis* cauli connatis.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 6-pedalis, multiplex, glaber, albidus, lævis: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, ſub-acuta, integerrima, 3-nervia ſubtus tomentoſa, incana, oppoſita: *petiolis* cauli connatis. *Flos* purpuraſcens, ſolitarius, ſparſus: *calyce* baccato, magno, 5-fido laciniis rotundatis, patentibus, inæqualibus: involucro 2-phyllo, minori ſubſtrato. *Petala* 5, ſub-rotunda, patentia, calyce longiora. *Stamina* plurima, calyci inſerta, corollæ ſubæqualia. *Bacca* ovata, coronata, tomentoſa, purpureo-nigra, 3-locularis, polyſperma: pulpâ ſuccoſa, nigreſcente, ſtiptico-dulci, eſculenta: ſeminibus minuſculis, ſub-rotundis, multis.
Habi-

Habitat loca inculta ubique in Cochinchinâ.

Arbor foliis rotundis, ſubtus incanis, trinerviis, floſculis parvis ad foliorum exortum. Herm. Muſ. Zeyl. pag. 31. Burm. Zeyl. pag. 29.

Sp. 2. MYRTUS TRIINERVIA. α Sim rûng lón.

Differ. ſpec. Myrt. *racemis* longis, ſub-terminalibus: *foliis* ovatis, acuminatis, 3-nerviis, glabris.

Hab., & notæ. *Arbor* 12 pedes alta: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, 3-nervia, utrinque glabra, petiolata, oppoſita. *Flos* albus, ſub-terminalis, racemis longis. *Calyx* baccatus, 4-fidus. *Corolla* 4-petala. *Stamina* plurima, calyci inſidentia. *Bacca* ſub-rotunda, coronata, fuſca, glabra, 1-locularis, polyſperma, *ſeminibus* paucis, inæqualibus, angulatis.

Habitat dumeta Cochinchinæ.

Virtus: corticis, foliorum, fructuum. Exſicans, Aſtringens. Convenit in fluxibus immodicis ventris, uteri, &c. Decoctum baccarum cum gummi Lacca valde prodeſt in ulceribus, & laxitate gengivarum. Cortex, & folia ſunt etiam vulneraria. Baccæ ſunt edules, & vix ſemipollicem diametro æquant.

Sp. 3. MYRTUS ZEYLANICA? Sim rûng nhỏ.

Differ. ſpec. Myrt. *pedunculis* multifloris: *foliis* ovatis, ſub-petiolis. Lin. ſp. 10.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 6-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* ovata, ſub-acuminata, ſub-ſerrata, glabra, alterna, petiolis brevibus. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, ſub-terminalibus: *calyce* baccato, albo, 4-fido: *corollâ* 4-petalâ. *Stamina* capillaria, 100 circiter, calyci inſidentia. *Bacca* candida, parva, ſub-rotunda, 1-locularis, polyſperma. *Semina* 8 circiter.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Myrtus Zeylanica fructu niveo, molli, aromatico, dulci, odore citri. Herm. Muſ. Zeyl. pag. 65. Burm. Ind. pag. 115.

Sp. 4. MYRTUS ANDROSÆMOIDES. α Cây maóc hột.

Differ. ſpec. Myrt. *pedunculis* 3-fido-multifloris: *foliis* ſub-ovalibus, ſeſſilibus. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis, ramoſiſſima. *Folia* ſub-ovalia, ſeſſilia, oppoſita, glabra, enervia, integerrima. *Flos* terminalis, albo-ruber, pedunculis diviſis, multifloris. *Calyx* 5-dentatus, baccatus. *Petala* 5. *Stamina* multa, calyci inhærentia. *Bacca* carnoſa, ſub-rotunda, fuſco-rubra, parva, polyſperma.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Arbor foliis Ardroſæmi latioribus, plurimas baccas in ſummitate ramu-

† Sp. 5. MYRTUS CHINENSIS. β Tân quyt kiong.
Differ. ſpec. Myrt. *pedunculis* multifloris : *foliis* ovato-lanceolatis ; ſerratis , piloſis.

Hab. , & notæ. *Frutex* erectus , ſeſquipedalis : *ramis* paucis , aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata , ſerraturis brevibus , acutiſſimis , piloſa , alterna , ſub-ſeſſilia. *Flos* albus , ſub-terminalis , pedunculis , multi-floris. *Cal.* baccatus , 5 - fidus , laciniis acutis , patentibus. *Corolla* 5 - partita , laciniis ovatis , concavis , in tubum breviſſimum baſi unitis. *Filamenta* 30 circiter , filiformia , corollæ , æqualia , tubo illius inhærentia : *antheris* ſub-rotundis. *Germen* ſub-rotundum. *Stylus* filiformis , æqualis ſtaminibus. *Stigma* craſſiuſculum. *Bacca* ſub-rotunda , coronata , 2 - locularis , polyſperma : *ſeminibus* ovatis , paucis.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Improprias hujus generis exiſtimo plantas , quarum baccæ ſunt 1 - loculares ; etenim ſi Myrtus plures loculos non habeat , quo alio charactere ſatis diſtinguetur a Pſidio ? Illas tamen retinui aliorum vota expectans.

GENUS VI. PUNICA.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus , ſuperus. *Petala* 5. *Pomum* multiloculare , polyſpermum. Lin. ſy. pl. G. 673.

Sp. 1. PUNICA GRANATUM. α Cây thạch lựu, β Hồn Xẻ lieu.
Differ. ſpec. Pun. *foliis* lanceolatis : *caule* arboreo. Lin. ſp. 1.

Hab. , & notæ. *Arbor* infra mediocrem , *trunco* ſcabro , craſſo : *ramis* longis , debilibus , ſæpe reclinatis. *Folia* lanceolata , integerrima , undulata , pallido-viridia , nitida , glabra , oppoſita , parva : *petiolis* brevibus. *Flos* pulchrè coccineus , ſolitarius , pedunculis brevibus , rarò bifloris. *Calyx* carnoſus , coloratus , 5 - fidus , laciniis acutis , erectis. *Corolla* 5 - petala , ſupera , ſub-erecta. *Stamina* multa brevia , calyci inſidentia. *Stylus* 1 , brevis. *Pomum* ſub-rotundum , magnum , ſæpius 9 - loculare : acinis numeroſis , rubris , angulatis , aquoſis , dulcibus , eſculentis , 1-ſpermis : cortice craſſo , rubeſcente , calyce perſiſtente coronatum.

Habitat , & colitur in Chinâ , & Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 199. Malum Granatum. Rumph. Amb. l. 2. c. 33. tab. 24. fig. 1.

Virtus : corticis. Adſtringens. Pulpa acinorum Refrigerans , Diuretica.

Sp. 2. PUNICA NANA. α Lau Chùa thâp.

Differ. ſpec. Puni *foliis* linearibus : *caule* fruticoſo. Lin. ſp. 2.

Hab. , & notæ. *Caulis* fruticoſus , ceſpitoſus , erectus , 3 pedes altus : *ramis* plurimis aſcendentibus : aculeis multis , longis , rectis, ſolitariis , ſparſis. *Folia* lanceolato-linearia , integerrima , minuta , glabra. *Flos* coccineus. *Pomum* 1-pollicare , ſub-rotundum , acidum , pallidum , vix in alio a Granato differens præter parvitatem , & ſaporem.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ : nec diligenti culturâ amplius creſcit. Ibi etiam invenitur varietas flore albo , & alia flore luxuriante , coccineo , quæ ambæ Granato cedunt magnitudine , Nanam ſuperant.

Punica Americana nana , ſive humillima. Tournef. Inſt. pag. 636. Aubl. Guian. pag. 513.

† GENUS VII. DRUPATRIS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum , ſuperum , limbo 5 - fido , laciniis acutis.

Cor. Petala 4 , ſub-rotunda , concava , patentia , calyce ſub-longiora.

Stam. Filamenta ultra 20 , craſſa , corollâ breviora , calyci inſidentia. Antheræ 2 - lobæ , ſub-rotundæ , ſtantes.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus craſſus , ſtaminibus æqualis. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Drupa ovalis , lævis , exſucca.

Sem. Nux 3 - locularis.

Nom. Drupatris , quaſi drupa ternaria , quæ tres nucleos continet.

Char. Gener. *Cal.* 5 - fidus , ſuperus. *Cor.* 4 - petala. *Drupa* nuce 3 - loculari.

† Sp. 1. DRUPATRIS COCHINCHINENSIS. α Cây Deung.

Differ. ſpec. Drup. *foliis* oblongis , ſerratis : *ſpicis* ſub-terminalibus.

Hab. *Arbor* magna , *ramis* aſcendentibus , paucis. *Folia* ovato-oblonga , acuminata , ſerrata , glabra , magna , alterna. *Flos* albus , parvus , *ſpicis* oblongis , multis , ſub-terminalibus. *Drupa* mediocris , non edulis.

Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS VIII. DECADIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 3-phyllum, perſiſtens: foliolis ſubrotundis, piloſis, carinatis, patentibus, inæqualibus.

Cor. Petala 10, ſub-ovata, ſub-ſerrata, erecta, calyce longiora, exteriora majora.

Stam. Filamenta 30 circiter, petalis ſubæqualia, illorum baſi inſiſtentia. Antheræ 2-lobæ, ſub-rotundæ, ſtantes.

Piſt. Germen ſubrotundum, ſuperum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Drupa ovata, rugoſa, parva.

Sem. Nux ovata, 3-locularis.

Nom. Decadiam vocavi ob decadem petalorum, ex quibus conſtat.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Cor.* 10-petala. *Drupa* nuce 3-loculari.

Sp. 1. DECADIA ALUMINOSA.

Differt ſpec. Dec. *foliis* lanceolatis, ſerratis. *Racemis* ſub-ſimplicibus, ſubterminalibus.

Hab. *Arbor* mediocris, cortice fuſco. *Ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, alterna, petiolata, glabra, lætè virentia. *Flos* albus, minimus, *racemis* ſub-ſimplicibus, parvis, ſubterminalibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Arbor Aluminoſa. Rumph. Amb. l. 5. c. 15. tab. 100. Arbor Bobu dicta. Burm. Zeyl. p. 26.

Uſus. Cortex, & præcipuè folia, etiam exſiccata, magni uſus ſunt [illegible] indigenis in tingendis [illegible] coloribus, decocto [illegible] & [illegible]. Vide cætera Rumph. pag.

GENUS IX. AMYGDALUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus inferus. *Petala* 5. *Drupa* nuce poris perforata. Lin. Syſt. Gen. 674.

Sp. 1. AMYGDALUS PERSICA.

Differ. ſpec. Amyg. *ſerraturis* omnibus acutis, *floribus* ſeſſilibus, ſolitariis. Lin. ſp. 1.

Hab. *Arbor* parva, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, alterna, glabra, ſerrata, ſerraturis brevibus, acutis, æqualibus. *Flos* ſeſſilis,

ſeſſilis, ſolitarius, campanulatus, coloris roſei diluti : *calyce* 5-fido, infero : *corollâ* 5-petalâ, patente : *ſtaminibus* Icoſandris. *Drupa* ſub-rotunda, acuminata, ſulco longitudinali, carnoſa, lanuginoſa, pallida, acido-dulcis. In Chinâ Auſtrali, & Cochinchinâ magnitudine vix bipollicari, nec ita ſapida, ut in Luſitaniâ.

Habitat culta in hortis Sinenſibus; unde in Cochinchinam translata.

Thunb. Japon. pag. 199. Perſica molli carne, & vulgaris. Bauh. Pin. pag. 440. n. 1.

Virtus : nucleorum. Reſolvens. Emmenagoga, Eccoprotica.

Sp. 2. AMYGDALUS COMMUNIS. β. Him họ gìn. [illegible] Hanh nhon.

Differ. ſpec. Am. *foliorum* ſerraturis infimis glanduloſis : *floribus* ſeſſilibus, geminis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* ſub-patentibus. *Folia* ovata, acuta, ſub-ſerrata, glabra, petiolata, ſparſa. *Flos* albus, lateralis, ſeſſilis, 2-natus : *calyce* campanulato, 5-fido : *corollâ* 5-petalâ, patente : *ſtaminibus* Icoſandris, corollâ brevioribus. *Drupa* ovata, coriacea : nuce foraminoſâ, 1-loculari : nucleo oblongo, acuto, eduli, dulci : in aliis amaro.

Habitat, & colitur affatim in Chinâ, tam dulcis, quam amara. In Cochinchinâ puto, quod non ſit : mihi certè non occurrit.

Amygdalus ſativa. Tournef. Inſt. pag. 627. tab. 402. Bauh. Pin. pag. 441. n. 1.

Virt. nucleorum amarorum. Anodyna, Eccoprotica, Diuretica, Emmenagoga. Proſunt in Hydrope, Tuſſi, alvi, & menſium difficultate. Nucleis leviter toſtis utuntur Medici indigenæ in decoctis, etiam in pilulis. Nuclei dulces lenius operantur, & melius ſapiunt.

Sp. 3. AMYGDALUS PUMILA. α Daò họa houng.

Differ. ſpec. Am. *foliis* venoſo-rugoſis. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis, *ramis* patentibus, glabris, fuſco-rubentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, venoſa, petiolata, alterna. *Flos* rubro-purpureus, maiuſculus, lateraris, ſub-ſolitarius. *Calyx* campanulatus, 5-fidus : laciniis rotundatis, ciliatis. *Corolla* plena, petala 20 circiter, expanſa, obtuſa. *Fructus* Perſico minor, formâ ſimilis, ſapore acidus.

Habitat in Cochinchinâ, non frequens, coliturque ob floris pulchritudinem. Exiſtimo a Sinenſibus huc translatam.

Perſica Africana, nana, flore incarnato pleno. Tournef. Inſt. pag. 625. Perſica Nana, flore carneo, pleno. Pluk. tab. 11. fig. 3.

† Sp. 4. AMYGDALUS COCHINCHINENSIS. α. Cây Giang cuóc.

Differ. ſpec. Am. *foliis* ovatis integerrimis : *racemis* parvis ſub-terminalibus.

Hab.,

Hab., & notæ. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, undulata, nitida, alterna. *Flos* albus, *racemis* parvis, ſub-terminalibus. *Calyx* inferus, campanulatus, 5-fidus, laciniis ovatis, reflexis. *Corolla* petala 5, ſub-rotunda, concava, patentia, calyce longiora. *Filamenta* 30 circiter, ſubulata, calyci inſerta, corollâ duplo longiora. *Antheræ* ſub-rotundæ, minimæ. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus. *Stigma* planiuſculum, ſcabrum. *Pericarpium* drupa ſemipollicaris, ovato-ventricoſa, apice acuta, fuſca: nuce reticulato-foraminoſâ: nucleo ſimplici, formâ, & odore Amygdali Communis ſimili.

Habitat in vaſtis ſylvis Cochinchinæ.

GENUS X. PRUNUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupa* nux ſuturis prominulis. Lin. ſy. pl. G. 675.

Sp. 1. PRUNUS DOMESTICA. a Môej Xá. c Câj Môi.

Differ. ſpec. Prun. *pedunculis* ſub-ſolitariis: *foliis* lanceolato-ovatis, convolutis: *ramis* muticis. Lin. ſp. 12.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus, inermibus. *Folia* lanceolato-ovata, ſub-ſerrata, glabra, ſparſa, petiolis brevibus. *Flos* albus, lateralis, multus, pedunculis brevibus, congeſtis. *Calice* 5-fido, ſtaminifero: *petalis* 5, obtuſis. *Drupa* ſub-rotunda, nigricans, vel pallida, 1-pollicaris, plerumque acida, 1-ſperma.

Habitat in pleriſque Sinarum provinciis: inde in Cochinchinam delata, ubi rarò fructificat.

Tunb. Jap. pag. 403. Pruna magna, craſſa ſub-acida. Bauh. Pin. pag. 443.

Obſerv. Ex diverſitate loci multas patitur varietates.

† GENUS XI. PHOBEROS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum 10-fidum, perſiſtens: laciniis ovatis, concavis, 5 alternis duplo majoribus, omnibus patentibus, ſimilibus.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 100 fere, capillaria, baſi calycis inſidentia, ipſo longiora. Antheræ ſub-ovatæ, minimæ.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus craſſus, æqualis ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Bacca ovata, carnoſa, lævis, 1-locularis, ſub-quadriſperma.

Sem.

Sem. Sub-ovata.

Nom. (Φοβερὸς formidabilis) ob caulem magnis aculeis horridum.

Char. Gener. *Cal.* 10 - fidus, inferus. *Cor.* 0. *Bacca* 1 - locularis, ſub - 4 - ſperma.

† Sp. 1. PHOBEROS COCHINCHINENSIS. α Cây Gai bòm.

Differ. ſpec. Phob. *caule* toto aculeato : *pedunculis* terminalibus.

Hab. *Frutex* 10 - pedalis, lignoſus, erectus, totus aculeatus : *aculeis* longis, rectis, ſubulatis, ſolitariis, axillaribus. *Folia* ovata, ſub-ſerrata, plana, dura, glabra, alterna. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, terminalibus.

Habitat in Cochinchinâ, ubi, connexis ejus ramis, fiunt ſepes, cuilibet animali horribiles, & imperviæ.

† Sp. 2. PHOBEROS CHINENSIS. β Cŏ tsu.

Differ. ſpec. Phob. *ramis* inferioribus aculeatis, ſterilibus : ſuperioribus inermibus, floriferis.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, lignoſus, 8 - pedalis : *ramis* expanſis, inferioribus aculeatis, aculeis longis, rectis, ſub-ſolitariis, ſuperioribus inermibus. *Folia* ſparſa, oppoſitaque, ovata, integerrima, plana, glabra, petiolata. *Flos* pallidus, pedunculis polyfloris, lateralibus, ramis ſuperioribus inhærens. *Pericarpium*. *Bacca* carnoſa, parva, ovata, ſeminibus paucis, unico loculo. *Calyx*, *corolla*, *ſtamina* ut in primâ ſpecie.

Habitat in Chinâ, ubi ex eâ ſimiliter ordinantur ſepes.

Oxycantha Javanica. Rumph. Auct. cap. 44. tab. 19. fig. 3.

† *GENUS XII. DODECADIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium inferum, patulum, 12 - fidum : laciniis obtuſis, breviſſimis.

Cor. Monopetala, campanulata : tubo craſſo, brevi : limbo 12 - fido : laciniis acutis, piloſis, calycem ſuperantibus.

Stam. Filamenta 30, filiformia, tubo corollæ inſiſtentia, limbo longiora. Antheræ ſub-rotundæ.

Piſt. Germen ovatum. Stylus ſubulatus, longior ſtaminibus. Stigma ſimplex.

Peric. Bacca ovata, parva, polyſperma.

Nom.

Nom. (Δώδεκα duodecim: ἄνθος flos) ex duodecim partibus corollæ, & calycis, e quibus flos conſtat.

Char. Gener. *Cal.* 12-fidus, inferus. *Cor.* 12-fida, campanulata. *Bacca.*

† Sp. 1. DODECADIA AGRESTIS. a Cây Chon dúng.
Differ. ſpec. Dod. *foliis* lanceolatis, integerrimis, alternis: *floribus* racemoſis, axillaribus.
Hab. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* parvus, albicans, *racemis* ſimplicibus, axillaribus. *Baccam* maturam non vidi; ideo certò decernere non potui circa ſemina, & loculos.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

DIGYNIA.

GENUS XIII. CRATÆGUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, diſperma. Lin. G. 678.

Sp. 1. CRATÆGUS INDICA. a Cây Boung-Vang thi.
Differ. ſpec. Crat. *foliis* lanceolatis, ſerratis: *caule* inermi: *corymbis* ſquamoſis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Arbor* magna, inermis, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, inæqualiter ſerrata, glabra, alterna. *Flos* albus *corymbis* racemoſis, ſquamoſis, terminalibus. *Calyx* ſuperus, 5-fidus, in ſenectute truncatus. *Corolla* petala 5, ſub-rotunda, patentia. *Stamina* Icoſandra. *Styli* 2. *Bacca* calycina ſub-rotunda, umbilicata, carnoſa, 1-locularis, edulis. *Semina* 2-4, oblonga.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 117.
Uſus. Lignum arboris rubeſcens, grave, & tenax aptiſſimum eſt ad formandos remos, vel quoslibet palos, qui impulſu, vel pondere gravati aliquantulum cedunt, nec franguntur.

† Sp. 2. CRATÆGUS BIBAS. A Pi pé xú. a Ti ba diep.
Differ. ſpec. Crat. *Inermis*, *foliis* lanceolatis, ſerratis, tomentoſis: *racemis* terminalibus, hiſpidis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, inermis: *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, inæqualiter ſerrata, tomentoſa, ſparſa, petiolis brevibus.

bus. *Flos* albus, *racemis* hiſpidis, magnis, terminalibus. *Calyx* 5-fidus baccatus. *Corolla* 5-petala, patens. *Stamina* Icoſandra. *Styli* 2. *Bacca* mediocris, pyriformis, flava, lanuginoſa, acido-dulcis, ſuccoſa, edulis, 1-locularis, 2, 3-ſperma: cortice tenui, pulpâ albâ.

Habitat abundè culta Macai, & Cantone Sinarum. Ex nomine Sinico Pi-pa corruptè vocantur Bibas ab Europæis.

Arbor ſinicè dicta Pi-pa. Pluk. Amalth. pag. 26. tab. 371. fig. 2.

Virtus: foliorum. Refrigerans, Stomachica, Pulmonica. Sitim, & vomitum cohibent: faucium, & oris ulcera ſanant.

† Sp. 3. CRATÆGUS RUBRA. β Û lý mö.

Differ. ſpec. Crat. *Inermis* foliis cuneiformi-ovatis, crenatis, glabris, ad apicem ramorum congeſtis: *racemis* terminalibus, lævibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* apice ovata, baſi attenuata, crenata, glabra, alterna, ad ramorum apicem faciſculata. *Flos* ſub-terminalis, *racemis* compoſitis, brevibus. *Calyx* campanulatus, 5-fidus, piloſus, ruber: laciniis ſubulatis, longis, expanſis, in ſenectute deciduis. *Corolla* petala 5, ovata, patentia, calycis fauci inſerta. *Filamenta* 20, capillaria, inæqualia, calyci inſiſtentia, corollâ breviora: *antheris* ſub-rotundis. *Germen* ſub-rotundum infra receptaculum. *Styli* 2, filiformes, æquales ſtaminibus. *Stigmata* craſſiuſcula. *Bacca* calycina, ſub-rotunda, rubra, edulis, 2-locularis, 2-ſperma: ſeminibus ſub-ovatis.

Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Crat. Crus galli, & Crat. Tomentoſa (Lin. ſy. pl. ſp. 5, & 6.) cum hâc noſtrâ affinitatem habent: ſed præter alias differentias ambæ illæ ſunt aculeatæ, noſtra inermis.

PENTAGYNIA.

GENUS XIV. MESPILUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera, 5-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 681.

Sp. 1. MESPILUS PYRACANTHA. β Tàn Kiêo tsù: Xin chã. α Son tra: Dang Kieu tú.

Differ. ſpec. Meſp. *ſpinoſa*: *foliis* lanceolato-ovatis, crenatis: *calycibus* fructus obtuſis. Lin. ſp. 2.

Hab.,

Hab., & notæ. *Arbor* parva, caule *ſpinoſo*, 6-pedali: *ramis* patentibus: *aculeis* brevibus, rectis, ſparſis. *Folia* lanceolato-ovata, ſub-crenata, glabra, ſparſa, petiolata. *Flos* albus, pedunculis longis, 1-floris, polynatis, terminalibus. *Calyx* baccatus, 5-fidus, laciniis acutis. *Corolla* 5-petala. *Stamina* Icoſandra. *Styli* 5. *Bacca* rubro-fuſca, 1-pollicaris, ſub-rotunda, obtusè 5-gona, 1-locularis, 5-ſperma: *ſeminibus* oſſeis, ſub-reniformibus. *Fructus* interius ſub-flavus, carnoſus, acridulcis, ſapidus, ſaluber.

Habitat in Chinâ tam agreſtis, quam culta.

Meſpilus oxycantha. Pluk. Amalth. pag. 216. tab. 453. fig. 3. Oxycantha Dioſcoridis pyrifolio. Bauh. Pin. pag. 454. n. 9.

Virt.: fructus maturi. Sub-aſtringens, ſtomachica. Frequens illorum eſt uſus apud indigenas in Anorexiâ, Dyſenteria, & Teneſmo phlegmaticis; & in purgatione lochiorum nimiâ, ac dolorificâ.

GENUS XV. PYRUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum, 5-loculare; polyſpermum. Lin. ſy. pl. G. 682.

Sp. 1. PYRUS COMMUNIS. β Lŷ: Tú. α Cây Lê tàu.

Differ. ſpec. Pyr. *foliis* lævibus, ſerratis: *floribus* corymboſis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, ſub-integerrima, glabra, ſparſa, petiolata. *Flos* albus, corymbis brevibus terminalibus. *Poma* ſub-rotunda, fuſco-rufa, vel pallida, carnoſa, dura, acerba.

Habitat frequens in hortis Cantonienſibus: in provinciis Sinenſibus Borealibus ſuccoſiora, & ſapidiora ſunt pyra, non tamen Europæorum æmula. In Cochinchinâ rara eſt hæc arbor in hortis magnatum, nec ibi unquam vidi fructificantem.

Thunb. Jap. pag. 207. Pyrus Sativa. Bauh. Pin. pag. 439. n. 1.

Sp. 2. PYRUS MALUS. β Pìm pō. α Cây Bình bà.

Differ. ſpec. Pyr. *foliis* ſerratis: *umbellis* ſeſſilibus. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* expanſis. *Folia* lato-lanceolata, ſub-integerrima, glabra, ſparſa, petiolata. *Flos* albus, umbellis ſeſſilibus, terminalibus. *Poma* ſub-globoſa, vel ſphæroidea, baſi, & apice concava, lævia, nitida, hinc alba, inde lætè rubra, edulia, ſub-acida, parum ſuccoſa: aſpectu jucundiora, quam guſtu.

Habitat in locis Borealibus imperii Sinenſis.

Pyrus foliis ſerratis: pomis baſi concavis. Hort. Cliff. pag. 198. Ma-

la ſylveſtria, quæ, & alba, & rubra. Bauh. Pin. pag. 433. n. 7.

Sp. 3. PYRUS CYDONIA. β Mŭ qūa: Mim Xŭ. α Mouç qua.

Differ. ſpec. Pyr. *foliis* integerrimis: *floribus* ſolitariis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus: interdum *aculeis* rectis, ſparſis. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, ſparſa, ſubtus tomentoſa. *Flos* rubeſcens, pedunculis 1-floris, ſolitariis, ſparſis. *Pomum* ovatum, apice, & baſi umbilicatum, ſemipedale, luteum, lanuginoſum, odoratiſſimum, acerbum, vix ſuccoſum, duriſſimum, 5-loculare: ſeminibus multis, conglutinatis. *Fructus* odore gratior, quam in Europâ, ſed vix edulis ob duritiem.

Habitat in Chinâ verſus Septentrionem: Cantone rarò.

Thunb. Japon. pag. 208. Umbats, vulgo Marmeer. Kæmpf. Am. exot. pag. 800.

Virtus: fructuum. Aſtringens, Roborans. Prodeſt in fluxu ventris, & vomitu: in debilitate nervorum: manuum, & pedum doloribus: ſitim allevat: in hydrope utilis.

GENUS XVI. SPIRÆA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Capſulæ* polyſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 686.

† Sp. 1. SPIRÆA CANTONIENSIS. β Tſi choŭc hōa.

Differ. ſpec. Spir. *foliis* lanceolatis, apice inciſis: *umbellis* pedunculatis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 4-pedalis, erectus, multiplex: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, ad apicem ſerrato-inciſa, ad baſim integerrima, alterna, petiolata. *Flos* albiſſimus, *umbellis* ſimplicibus, convexis, pedunculatis, terminalibus. *Calyx* 5-partitus, patens. *Corolla* petala 5, plana. *Stamina* 20, capillaria, calyci inſerta. *Styli* 5. *Capſulæ* 5, minimæ, polyſpermæ.

Habitat Cantone Sinarum.

Obſerv. Spiræa Chamædrifolia, (Lin. ſp. 5.) & ſpiræa Inciſa (Thunb. Jap. pag. 213.) non longè a Cantonienſi recedunt.

POLYGINIA.

GENUS XVII. ROSA.

Char. Gener. *Petala* 5. *Cal.* urceolatus, 5-fidus, carnoſus, collo coarctatus. *Sem.* plurima, hiſpida, calycis interiori lateri affixa. Lin. ſy. pl. G. 687.

Sp. 1.

Sp. 1. ROSA CINNAMOMEA. α Hoa Kôe. β Mũi hōa,

Differ. ſpec. Roſ. *germinibus* globoſis : *pedunculis* glabris : *caule* aculeis ſtipularibus : *petiolis* ſub-inermibus. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ceſpitoſus, 3-pedalis, ramoſus, aculeatus : petiolis etiam aculeatis. *Flos* ruberrimus, ſimplex, 5-petalus : germinibus globoſis : pedunculis inermibus : odore vix ullo.

Habitat ubique culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Roſa odore Cinnamomi, ſimplex. Bauh. Pin. pag. 483. n. 7.

Sp. 2. ROSA SPINOSISSIMA. α Hoa hoùng lọt. β . . .

Differ. ſpec. Roſ. *germinibus* globoſis, glabris : *pedunculis* hiſpidis : *caule*, petiolisque aculeatiſſimis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6-pedalis, ſub-ſcandens, aculeatiſſimus. *Flos* rubeſcens, inodorus : *corollâ* ſimplici, 5-petalâ : *germinibus* ſub-globoſis, glabris : *petiolis*, & pedunculis aculeatis. Habitat ubique in Cochinchinâ. Puto eandem eſſe Roſam Sinicam. Lin. ſp. 9.

Sp. 3. ROSA CENTIFOLIA. α Hoa hoùng taù. β Tá Mũi hōa.

Differ. ſpec. Roſ. *germinibus* ovatis, *pedunculis* que hiſpidis : *caule* hiſpido-aculeato : *petiolis* inermibus. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Caulis* 2-pedalis, fruticoſus, erectus, hiſpido-aculeatus. *Petioli* inermes. *Flos* magnus, plenus, dilutè ruber, odoratiſſimus : *germinibus* ovatis : *pedunculis* hiſpidis.

Habitat in Chinâ : ægrè colitur in Cochinchinâ.

Roſa multiplex media. Bauh. Pin. pag. 482. R. Centifolia Batavica. Cluſ. hiſt. 1. pag. 114.

Sp. 4. ROSA INDICA. α Hoa hoùng coung gai. β Thâm hōa.

Differ. ſpec. Roſ. *germinibus* ovatis, *pedunculis* que glabris : *caule* ſub-inermi : *petiolis* aculeatis. Lin. ſp. 15.

Hab. *Caulis* fruticoſus, ſub-inermis, 8-pedalis, ſub-ſcandens. *Flos* ruber, ſub-plenus, inodorus : *germinibus* ovatis, *pedunculis* glabris. *Petioli* aculeati. Sæpe tota planta inermis.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ communiſſima.

Burm. Ind. pag. 117.

Sp. 5. ROSA ALBA. β Kīn ȳm. α Kim anh tủ : Hoa Houng tǜng.

Differ. ſpec. Roſ. *germinibus* ovatis, glabris : *pedunculis* hiſpidis : *caule*, *petiolis* que aculeatis. Lin. ſp. 17.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, ſcandens, ramoſus : *aculeis* multis, recurvis, ſparſis. *Folia* pinnata 1-2-juga, cum impari, fo-

lioliſ lato-lanceolatis, ciliatis: *petiolis* aculeatis. *Germina* ob-longo-ovata, glabra: *pedunculis* hiſpidis. *Flos* pallidus, 5-petalus, inodorus: *pedunculis* terminalibus, polyfloris.
Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.
Roſa Alba, vulgaris maior. Bauh. Pin. pag. 482. n. 9.

† S. 6. ROSA NANKINENSIS. α Hoa houng tieo. β Tſiaò Mûi hōa.
Differ. ſpec. Roſ. *germinibus* ovatis, glabris: *caule* multiplici, ramoſiſſimo, aculeato, tortuoſo, breviſſimo: *pedunculis* hiſpidis.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, lignoſus, 6-pollicaris, craſſus, multiplex, ramoſiſſimus, totus aculeatus. *Folia* impari-pinnata, 3-juga: *petiolis* aculeatis: *foliolis* ovato-oblongis, acuminatis, ciliato-ſerratis, planis, ſeſſilibus. *Flos* pallidè ruber, parvus, plenus: *petalis* ovato-oblongis, ſub-acuminatis, planis: *pedunculis* hiſpidis. *Germina* ovata, calycina, glabra: *calycis* laciniis 5, partim aculeatis, partim nudis.
Habitat Cantone Sinarum, & alibi, a Nankino oriunda. Affinitatem habet cum Roſâ Pumilâ. Lin. Jun. ſuppl. pl. pag. 262. Aſt in Nankinenſi fructus nec magnus, nec pyriformis: caulis vero aculeatus totus.

GENUS XVIII. RUBUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Bacca* compoſita acinis monoſpermis. Lin. ſy. pl. G. 688.

Sp. 1. RUBUS MOLUCCANUS. α Cây Ngēi tlòn lá.
Differ. ſpec. Rub. *foliis* ſimplicibus, cordatis, ſub-lobatis: *caule* aculeato, decumbente. Lin. ſp. 10.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, procumbens, longus, ramoſus: aculeis plurimis, brevibus, ſparſis. *Folia* ſimplicia, cordata, ſub-rotunda, lobata lobis inæqualibus, ſub-obtuſis, ſerrata, rugoſa, ſubtus tomentoſa: petiolis longis, aculeatis, ſparſis. *Flos* albus, terminalis, racemis oblongis: *bracteis* laceris. *Calyx* 5-fidus inferus. *Corolla* ſæpius 6-petala. *Stamina* Icoſandra. *Styli* multi. *Bacca* parva, ſub-rotunda, rubra, compoſita bacculis monoſpermis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Thunb. Japon. pag. 219. Rubus Latifolia. Rumph. Amb. l. 7. c. 48. tab. 47. fig. 2.

Sp. 2. RUBUS PARVIFOLIUS. α Cây Ngēi hoa tiá. β . . .
Differ. ſpec. Rub. *foliis* ternatis, ſubtus tomentoſis: *caule* hirto, *petiolis* que aculeis recurvis. Lin. ſp. 4.

Hab.,

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, ſcandens, *ramis* multis: *aculeis* paucis, longiuſculis, recurvis. *Folia* ternata, parva, ſubrotunda, ſerrato-inciſa, ſubtus tomentoſa, albicantia: *petiolis* aculeatis. *Flos* purpureus, *paniculâ* laxâ, terminali. *Calyx* acute 5-partitus. *Corolla* 5-petala. *Bacca* ſub-rotunda, rubra, compoſita acinis monoſpermis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.
Rubus Parvifolia. Rhumph. Amb. l. 7. c. 48. tab. 47. fig. 1.

Sp. 3. RUBUS FRUTICOSUS. α Cây Ngấi chỉa lá.
Differ. ſpec. Rub. *foliis* quinato-digitatis, ternatisque: *caule*, *petiolis*que aculeatis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, procumbens, aculeatus; ramoſus. *Folia* quinato-digitata, ſerrata, ſubtus tomentoſa, flaveſcentia: *petiolis* aculeatis, ſparſis, longis. *Flos* albus, racemis terminalibus, *pedunculis* aculeatis. *Bacca* ſub-rotunda, nigra, edulis, dulſis, compoſita acinis monoſpermis, minimis.
Habitat ſylvas, & ſepes Cochinchinæ.
Rubus Vulgaris, fructu nigro. Bauh. Pin. pag. 479. n. 1. Tournef. Inſt. pag. 614. tab. 385. Rubus Fruticoſus. Forsk. Arab. pag. cxiii.
Virtus. Baccarum. Refrigerans. Radicis Aſtringens.

GENUS XIX. FRAGARIA.

Char. Gener. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Receptaculum* ſeminum ovatum, baccatum, deciduum. Lin. ſy. pl. G. 689.

Sp. 1. FRAGARIA VESCA. β Fú puen tsù. α Phục bồn tử.
Differ. ſpec. Frag. *flagellis* reptantibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, diviſus, brevis: *flagellis* reptantibus, teretibus, pubeſcentibus. *Folia* ovata, ſerrata, ſubtus pubeſcentia, 3-nata: *petiolis* longis, erectis, rubeſcentibus. *Flos* albus: *pedunculis* monofloris, longis, axillaribus. *Calyx* 10-fidus, laciniis ſubulatis, patentibus, permanentibus. *Corolla* petala 5, patentia. *Stamina* plurima, brevia, calyci inſerta. *Bacca* parva, rubra, ſub-rotunda, ſapida: *ſeminibus* multis, ſparſis, minimis, receptaculum carnoſum circumdantibus.
Habitat, & colitur in Chinâ.
Fragaria Vulgaris. Bauh. Pin. pag. 326. n. 1. Hill. Brit. herb. pag. 2. tab. 1. fig. 2. Gmel. Sibir. 3. pag. 180.
Virtus. Refrigerans, Diuretica. Baccarum ſuccus viſum acuit, ſi cum melle oculis inſtilletur.

GE-

GENUS XX. POTENTILLA.

Char. Gener. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5. *Semina* ſub-rotunda, nuda, *receptaculo* parvo, exſucco affixa. Lin. ſy. pl. G. 690.

Sp. 1. POTENTILLA FRUTICOSA. ꝛ. Yâm chi chŏ. α. Đaong trinh ſhoc.

Differ. ſpec. Pot. *foliis* pinnatis : *caule* fruticoſo. Lin. ſp. 1.

Hab, & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, rectus, rubeſcens, 2-pedalis : *radice* ſimplici, craſſâ, obliquâ : *radiculis* craſſis, longis. *Folia* impari-pinnata, 3-juga, alterna, petiolata : *foliolis* lanceolatis, integerrimis, æqualibus, pubeſcentibus, ſubſeſſilibus. *Flos* niveus, ſpica oblongâ, ſimplici, terminali. *Calyx* 10-fidus, laciniis acutis, erectis. *Corolla* petala 5, rotundata, patentia. *Stamina* numeroſa, calyci inſerta, corollâ ſub-longiora. *Semina* multa, acuminata, calyce defenſa, receptaculo exſucco affixa.

Habitat in provinciis Borealibus Sinenſibus.

Pentaphylloides Fruticoſa. Amman. Ruthen. pag. 88, 89. tab. 17, 18. fig. 1. Ubi præter alia notandum folia ibi delineari digitata, floreſque ſub-ſolitarios : cum in noſtrâ flores in ſpicam paucifloram aſſurgant, foliaque ſint verè pinnata, baſi inter ſe diſtantes.

CLAS-

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores Tetrapetali.*

1. CHELIDONIUM.	*Cal.* 2 - phyllus, inferus. *Siliqua.*
2. CAPPARIS.	*Cal.* 4 - phyllus, inferus. *Bacca* pedicellata, corticoſa.
3. ACTÆA.	*Cal.* 4 - phyllus, inferus. *Bacca* 1 - locularis. *Semina* gemino ordine.
4. CAMBOGIA.	*Cal.* 4 - phyllus, inferus. *Bacca* 8 - ſperma, 8 - angularis.
5. CARYOPHYLLUS.	*Cal.* ſuperus. *Bacca* 1 - ſperma, coronata.

** *Flores Pentapetali, inferi.*

6. VATERIA.	*Capſ.* 3 - valvis : *ſemine* 1, arillato. *Cal.* 5 - fidus.
7. CORCHORUS.	*Capſ.* multivalvis, multilocularis. *Cal.* 5 - phyllus.
† 8. ARSIS.	*Bacca* 1 - ſperma, pedicellata. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* campanulata.
† 9. FALLOPIA.	*Bacca* 4 - ſperma. *Cal.* communis 12-phyllus. *Perianthium* o.
† 10. CRASPEDUM.	*Bacca* 1 - locularis, polyſperma. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* fimbriata.
† 11. AUGIA.	*Drupa* compreſſa. *Cal.* ſub-truncatus. *Petala* oblonga.
12. ELÆOCARPUS.	*Drupa* nucleo criſpo. *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* lacera.

*** *Flo-*

*** *Flores Hexapetali, inferi.*

13. THEA. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma. *Cal.* 3-6-phyllus. *Petala* 5-9.

14. LAGERSTROEMIA. *Capſ.* 6-locularis, polyſperma. *Cal.* 6-fidus. *Petala* criſpa.

**** *Flores Polyptali, inferi.*

15. NYMPHÆA. *Bacca* multilocularis, corticoſa. *Cal.* 4-5-phyllus, deciduus.

***** *Flores Apetali, inferi.*

16. SEGUIERIA. *Capſ.* 1-ſperma: *ſemine* alato. *Cal.* 5-phyllus.

† 17. THILACHIUM. *Bacca* 10-gona, polyſperma. *Cal.* folliculus, circumſciſſus.

DIGYNIA.

18. CALLIGONUM. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Cor.* o. *Pericarpium* baccatum.

19. PÆONIA. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* polyſperma: *ſeminibus* coloratis.

TETRAGYNIA.

† 20. ECHTRUS. *Cal.* o, *Cor.* 6-petala. *Capſ.* 1-locularis, 4-valvis, polyſperma.

POLIGYNIA.

21. CLEMATIS. *Semina* plurima, ariſtata. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala, infera.

22 THALICTHRUM. *Semina* plurima ſub-mutica, nuda. *Cal.* o. *Cor.* 4-5-petala, infera.

23. LIRIODENDRUM. *Semina* plurima lanceolata, imbricata. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Cor.* 6-9-petala.

24. MI-

24. MICHELIA. *Baccæ* multæ, 4-ſpermæ. *Cal.* varians; inferus. *Cor.* 8-15-petala.

25. UVARIA. *Baccæ* multæ, 1-loculares, polyſpermæ. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Cor.* 6-petala.

26. ANNONA. *Bacca* compoſita baccul is 1-ſpermis. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Cor.* 6-petala.

† 27. MELODORUM. *Baccæ* multæ, ſeminibus nidulantibus. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Petala* 6, triangularia.

† 28. DESMIS. *Baccæ* multæ, loculis in longum catenatis. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Petala* 6, lanceolata.

29. ILLICIUM. *Capſulæ* 1-ſpermæ, in orbem poſitæ. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Cor.* petala 27.

MONOGYNIA.

GENUS I. CHELIDONIUM.

Char. Gener. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 2 - phyllus. *Siliqua* 1 - locularis, linearis. Lin. ſy. pl. G. 703.

Sp. 1. CHELIDONIUM MAIUS. β Hoàm liên. & [illegible] liên.
Differ. ſpec. Chel. *pedunculis* umbellatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Planta* ſub-fruticoſa, ſeſquipedalis, erecta. *Folia* impari-pinnata : *foliolis* ſub-ovatis, inciſis, obtusè lobatis inæqualibus, glabris, *petiolis* ſub-decurrentibus. *Flos* flavus, terminalis, *pedunculis* polyfloris, non umbellatis. *Calyx* 2 - phyllus. *Corolla* petala 4, ſub-rotunda, patentia. *Stamina* multa, receptaculo inſidentia. *Siliqua* linearis, polyſperma. *Radix* longa, ſub-ſimplex, intus, & foris flava, radiculis lateralibus, ſimplicibus, longiuſculis. Hæc eſt *Chinlen* radix Cl. Bergio dicta. Mat. Med. pag. 967.
Habitat tam culta, quam inculta in diverſis provinciis Sinarum.
Chelidonium pedunculis multifloris. Hort. Cliff. pag. 201. Chelidonium Maius, vulgare. Hill. Brit. herb. pag. 146. tab. 21. fig. 1.
Virtus : radicis. Subaſtringens, Diaphoretica, Deobſtruens, Ophthalmica. Valet in febribus continuis, Malignis, & Putridis. In antiquâ Dyſenteriâ. In Ictero, & Obſtructionibus. Externè in morbis oculorum, & oris ulceribus. Magni eſtimatur ab indigenis hæc radix, quotidianis experimentis comprobatâ ejus virtute. Sapor eſt amariſſimus. Odor debilis.

GENUS II. CAPPARIS.

Char. Gener. *Cal.* 4 - phyllus, coriaceus. *Petala* 4. *Stamina* longa. *Bacca* corticoſa, 1 - locularis, pedunculata. Lin. ſy. pl. G. 699.

Sp. 1. CAPPARIS ZEYLANICA. α Cây dùi tloúng.
Differ. ſpec. Cap. *pedunculis* ſolitariis, unifloris : *ſtipulis* ſpinoſis : *foliis* ovatis, utrinque acutis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6 - pedalis, erectus, debilis : ramis divaricatis. *Folia* ovata, utrinque acuta, integerrima, plana, alterna : *ſtipulis* ſpinoſis, rectis. *Flos* albus, pedunculis monofloris, ſub-binatis, axillaribus. *Petala* 4, oblonga, patentia, ſubæqualia : nectario laterali prominente, fiſſo. *Bacca* ſub-rotunda, carnoſa, nigra, parva, 1 - locularis, 3 - ſperma, impoſita pedicello longo. *Stamina* Polyandra, corollâ triplo longiora. *Stigma* ſeſſile.

Habitat ſepes Cochinchinæ.

Capparis Spinoſa, foliis oblongis. Burm. Zeyl. pag. 53. Burm. Indiæ. pag. 118.

† Sp. 2. CRPPARIS CANTONIENSIS. ♠ Hoang lie phang.

Differ. ſpec. Cap. *pedunculis* racemoſis : *ſtipulis* ſpinoſis : *foliis* ovatis, acuminatis, rugoſis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, ramoſus : *ſtipulis* ſpinoſis. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, rugoſa, glabra, alterna. *Flos* albus, *pedunculis* racemoſis, axillaribus, & terminalibus. *Calyx* 5-phyllus, foliolis oblongis, concavis, coloratis. *Corolla* petala 5, oblonga, patentia, calyci æqualia. *Filamenta* Polyandra, longa. *Bacca* ovata, parva, fuſca, polyſperma, pedunculata.

Habitat agreſtis prope Cantonem apud Sinas.

† Sp. 3. CAPPARIS MAGNA. α Cay Bún.

Differ. ſpec. Cap. *Caule* arboreo, inermi : *foliis* ternatis, lanceolatis. *Corymbis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* 3-nata, lanceolata, integerrima, glabra. *Flos* albus, magnus, corymbis patentibus, terminalibus. *Calyx* 4-phyllus, rotatus, foliolis lanceolatis, planis, interruptis. *Corolla* petala 4, lato-ovata, utrinque acuta, polynervia, venoſa, patentia, æqualia : unguibus longis. *Filamenta* 24, filiformia, longiſſima, receptaculo inſerta. *Antheræ* 3-loculares, oblongæ, recurvæ. *Germen* ſub-rotundum, pedicellatum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtuſum. *Bacca* pedicellata, ſub-rotunda, 2-pollicaris, carnoſa, edulis, 1-locularis, polyſperma : *ſeminibus* reniformibus, nidulantibus : cortice punctato, aſpero, cinereo-viridi.

Habitat ripas fluminum in Cochinchina.

Obſerv. Hæc ſpecies aſſimilatur Cappari Grandi. Lin. Jun. Sup. pl. pag. 263 : differt ab eâ præcipuè foliis ternatis.

† Sp. 4. CAPPARIS FALCATA. β . . . .

Differ. ſpec. Cap. *Caule* arboreo, inermi : *foliis* ternatis, falcatis : *racemis* laxis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus, inermibus. *Folia* 3-nata, ovato-lanceolata, lateralia ad baſim falcata, integerrima, glabra, petiolata. *Flos* albus, racemis laxis, terminalibus. *Corolla* 4-petala, ſimilis præcedentis ſpeciei. *Stamina* 18. *Bacca* oblonga, rubra, magna, 1-locularis, polyſperma, pedicellata : *ſeminibus* nidulantibus.

Habitat prope Cantonem Sinarum, inculta.

GENUS III. ACTÆA.

Char. Gener. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - phyllus. *Bacca* 1 - locularis. *Sem.* ſemiorbiculata. Lin. ſy. pl. G. 700.

† Sp. 1. ACTÆA ASPERA. β Tſia ip.

Differ. ſpec. Act. *caule* ſcandente : *foliis* lanceolatis, aſperis : *ſpicis* interruptis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, acirrhus, inermis, multiplex, ramoſus. *Folia* lanceolata, ſubſerrata, aſpera, alterna. *Flos* albus, axillaris, racemis ſpicatis : *ſpicis* linearibus, interruptis. *Corolla*, & *calyx* 4 - fidi. *Stamina* ultra 50, receptaculo inhærentia. *Stylus* obliquus. *Bacca* ſupera, gibba, exſucca, 1 - locularis, polyſperma. Formam *ſeminum* non notavi.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Uſus. Foliis, cum ſint aſperrima, utuntur indigenæ ad polienda quælibet opera, maximè ex ſtanno.

GENUS IV. CAMBOGIA.

Char. Gener. *Cor.* 4 - petala. *Cal.* 4 - phyllus. *Pomum* 8 - loculare. *Sem.* ſolitaria. Lin. ſy. pl. G. 706.

Sp. 1. CAMBOGIA GUTTA. α Cây Vàng nhụa : Trân huỳnh. β Hôam lŏ. Lin. ſp. 1.

Differ. ſpec. Camb. *foliis* lanceolatis : *pedunculis* polyfloris.

Hab., & notæ. *Arbor* magna : *ramis* patentibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, plana, craſſa, ſparſa, petiolata, parva. *Flos* croceus, terminalis, pedunculis polyfloris. *Calyx* 4 - phyllus, foliolis ſub-rotundis, concavis, patentibus. *Corolla* petala 4, ovato-oblonga, unguiculata, patentia. *Stamina* numeroſa, receptaculo inſidentia. *Stigma* ſeſſile, polyfidum. *Bacca* ſub-rotundo-octogona, 8 - locularis, 1 - ſperma : *ſeminibus* oblongo-ovatis : cortice flavo, tenui, lævi : pulpâ flavâ, ſucculentâ, dulci, eduli. Magnitudo fructus 2 - pollicaris.

Habitat non rara in ſylvis Cochinchinæ : abundantius vero in Siamo, & Cambodiâ ; ubi, inciſo arboris cortice, magna extrahitur copia Gummi Guttæ in exteras regiones exportanda.

Arbor Indica Gummi Guttam fundens, fructu dulci, rotundo. Burm. Zeyl. pag. 27. Caddam-pulli. Rheed. Malab. v. 1. pag. 41. tab. 24. Carcapuli. A Coſta apud Cluſ. in fol. cap. 46. pag. 286.

Virtus. Purgans, Hydragoga, Emetica. Valet in Hydrope Anaſarca,

Tænia,

Tænia. Cachexiâ. Vis emetica tolli poteſt maccrando hoc gummi in acceto.

Uſus. Pictoribus miniſtrat colorem flavum, & viridem non injucuncundum.

GENUS V. CARYOPHYLLUS.

Char. Gener. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, duplicatus. *Bacca* 1-ſperma infera. Lin. ſy. pl. G. 727.

Sp. 1. CARYOPHYLLUS AROMATICUS. α Dinh huong rùng. β Xân tîm hiàm.

Differ. ſpec. Car. *foliis* lanceolatis, oppoſitis: *pedunculis* terminalibus, polyfloris.

Hab., & notæ *Arbor* mediocris: *ramis* paucis, aſcendentibus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* albicans, pedunculis polyfloris, ordinatis, erectis, terminalibus. *Calyx* tubuloſus, oblongus, 4-fidus, laciniis acutis, brevibus, ſub-erectis. *Corolla* petala 4, ſub-rotunda, concava, parva. *Stamina* numeroſa, receptaculo inſerta, corollâ longiora. *Stigma* ſimplex. *Bacca* calycina, ovato-oblonga, corticoſa, pallido-fuſca, 1-ſperma, coronata calycis laciniis.

Habitat in ſylvis Borealibus provinciæ *Quang binh*. regni Cochinchinæ.

Caryophyllum Sylveſtre. Rumph. Amb. l. 2. c. 4. tab. 3. Caryophyllus, langueſcente vi, aromaticus, Malabaricus, folio, & fructu maiore. Pluk. Almag. pag. 88. Arbor fructu Caryophylli effigie, inodoro. Burm. Zeyl. pag. 30.

Obſ. Hic ſylveſter Caryophyllus a vero Aromatico (quem recentem non vidi) charactere Botanico convenire videtur. At in noſtro ſylveſtri vix ulla vis, odor, aut ſapor invenitur, adeoque inutilis rejicitur.

GENUS VI. VATERIA. Lin. ſy. pl. G. 722.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum, inferum, patens, breve, perſiſtens, laciniis acutis.

Cor. Petala 5, oblonga, concava, conniventia, calyce longiora.

Stam. Filamenta 40 circiter, filiformia, receptaculo inſidentia, corollæ ſub-æqualia. Antheræ ſub-rotundæ.

Piſt. Germen 3-gonum. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stigmata 3, oblonga, reflexa.

Peric.

Peric. Capſula 1 - locularis, 3 - loba, 3 - valvis, 1 - ſperma.
Sem. 1, ſub-rotundum, arillatum, pedicellatum.

Char. Gener. *Cor.* petala. 5. *Cal.* 5 - fidus, inferus. *Capſ.* 3 - valvis: *ſemine* 1, pedicellato, arillato.

† Sp. 1. VATERIA FLEXUOSA. α Cây Truồng.

Differ. ſpec. Vat. *ramis* flexuoſis: *foliis* lanceolatis, alternis: *racemis* terminalibus.

Hab. *Arbor* magna: *ramis* expanſis, flexuoſis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* albus, parvus, racemis laxis, terminalibus. *Capſula* rubra, 1 - ſperma.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Lignum rubeſcens, grave, & durum eſt, ad majora ædeficia aptum, ac durabile.

GENUS VII. CORCHORUS.

Char. Gener. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* 5 - phyllus, deciduus. *Capſ.* pluri-valvis, loculamentoſa. Lin. ſy. pl. G. 730.

Sp. 1. CORCHORUS CAPSULARIS. β San lim ma.

Differ. ſpec. Corc. *capſulis* ſub-rotundis, depreſſis, rugoſis: *foliorum* ſerraturis infimis ſetaceis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 5 - pedalis, erectus, teres, ſimplex, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrata, glabra, ſparſa, petiolata: *ſtipulis* ſubulatis. *Flos* luteus, lateralis, pedunculis 1 - floris, polynatis, oppoſiti-foliis. *Calyx* 4 - phyllus, foliolis turbinato-oblongis, acuminatis, ſcabris, patentibus, deciduis. *Petala* 5, ovalia, patentia, calyce longiora. *Filamenta* 25, ſubulata, receptaculo inſidentia, corollâ breviora. *Antheræ* ovatæ, nutantes. *Capſula* ſub-rotunda, polyſulcata, tuberculoſa, retuſa, 5 - locularis, 5 - valvis, polyſperma: *ſemina* 4 - 5, angulata.

Habitat agreſtis, coliturque in provincia Cantonienſi Sinarum.

Alcea Olitaria, ſive Corchorus Americanus, prælongis foliis, capſulâ ſtriatâ, ſub-rotundâ, brevi. Pluk. Almag. 18. tab. 255. fig. 4. Ganja Sativa. Rumph. Amb. l. 8. c. 35. tab. 78. fig. 1.

Uſus. Caulis hujus herbæ eſt cannabinus, ejuſque fila aquâ calcis cocta, & ad ſolem expoſita flexibiliora, & alba fiunt, ad texendas telas idonea.

GE-

† GENUS VIII. ARSIS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5 - phyllum, patens, inferum : foliolis, ſub-ovalibus, coloratis, deciduis.
Cor. Campanulata, petala 5, oblonga, calyce breviora.
Stam. Filamenta 50 circiter, filiformia, calyci ſub-æqualia, exteriora breviora, receptaculo elongato inſidentia. Antheræ, ſub-rotundæ, 4 - loculares.
Piſt. Germen ſub-rotundum, receptaculo longo elevatum. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stigma acutum.
Peric. Bacca globoſa, 1 - ſperma, pedicellata.
Sem. 1, ſub-rotundum.

Nom. (Ἄρσις elevatio) propter Baccam a receptaculo in pedicellum verſo elevatam.

Char. Gener. *Cor.* campanulata, 5 - petala. *Cal.* 5 - phyllus inferus. *Bacca* pedicellata, 1 - ſperma.

Sp. 1. ARSIS RUGOSA. α Cây Chua ke.
Differ. ſpec. Arſ. *foliis* alternis, rugoſis : *racemis* terminalibus.
Hab. *Arbuſcula* 5 - pedalis, ramoſiſſima. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, alterna, rugoſa. *Flos* albus racemis terminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS IX. FALLOPIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis [illegible]-phyllus : foliolis lanceolato-linearibus, deciduis : continens 3 floſculos
Perianthium proprium nullum.
Cor. Petala 5, ovata, ſub-patentia, calyce longiora. Nectarium foliolis 5 ovato-oblongis, parvulis, erectis, æqualibus.
Stam. Filamenta 50 circiter, filiformia, inæqualia, receptaculo inhærentia. Antheræ ſub-rotundæ.
Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Stylus craſſus, ſubulatus, brevior ſtaminibus. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca ſub-rotunda, 1 - locularis, 4 - ſperma.
Sem. Sub-rotunda.

† Nom.

Nom. in memoriam Celeb. Botanicæ Profeſſoris Patavini Gabrielis Fallopii.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, ovata. *Cal.* com. 12-phyllus. *Perianthium* proprium o. *Bacca* 4-ſperma, ſupera.

Sp. 1. FALLOPIA NERVOSA. β Hai pú ip.
Differ. ſpec. Fal. *foliis* lanceolatis, nervoſis: *racemis* parvis, terminalibus.
Hab. *Arbor* 8-pedalis: *ramis* patentibus: *cortice* cannabino. *Folia* ovato-lanceolata, nervoſa, ſub-ſerrata, glabra, ſparſa. *Flos* albus, racemis parvis, terminalibus.
Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

† *GENUS X. CRASPEDUM.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum: foliolis ovatis, acutis, interius carinatis.
Cor. Petala 5, ſub-cuneiformia, apice, obtuſa, polyfida: laciniis linearibus, calyci ſub-æqualia. Nectarium glandulis 5, reniformibus, tomentoſis.
Stam. Filamenta 30 circiter, filiformia, brevia, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ, ſtantes.
Piſt. Germen globoſum. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca parva, rotunda, 1-locularis, polyſperma.
Sem. Rotunda, minuta.

Nom. (Κρασπεδον fimbria) ob petala in fimbrias laciniata.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, fimbriata. *Cal.* 5-phyllus inferus. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. CRASPEDUM TECTORIUM. α Lá mát cát.
Differ. ſpec. Craſp. *foliis* oblongis, crenatis: *ſpicis* congeſtis, ſub-terminalibus.
Hab. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, crenata, apice acuminato, reflexo. *Flos* luteo-viridis, *ſpicis* ſub-terminalibus, congeſtis.
Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ.
Uſus. Foliis utuntur indigenæ ad tegendas domos: ligno ad ædificia.

† GE-

† GENUS XI. AUGIA

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium, inferum, truncatum, expanſum, minimum.
Cor. Petala 5, oblonga, patentia, receptaculo inſerta.
Stam. Filamenta 100 fere, filiformia, corollâ longiora, receptaculo inſidentia. Antheræ ſub-rotundæ
Piſt. Germen compreſſum, ſub-rotundum. Stylus filiformis. Stigma obtuſum.
Peric. Drupa ſub-lenticularis, verticaliter compreſſa, parva, nitida: nuculâ 1 - loculari, ſimilis formæ.
Nom. (Α'υγη ſplendor) ob nitorem vernicis ex hac arbore manantis.

Char. Gener. *Cor.* 5 - petala. *Cal.* truncatus, minimus. *Drupa* orbiculata, 1 - ſperma.

† Sp. 1. AUGIA SINENSIS. α Cây Son. β Tsi xú: Tsất xú.
Differ. ſpec. Aug. *foliis* pinnatis, integerrimis: *paniculis* ſubterminalibus.
Hab. *Arbor* mediocris, cortice ſcabro: *ramis* aſcendentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-quinquejuga: foliolis lato-lanceolatis, acuminatis, integerrimis, gabris, parvis. *Flos* pallidus, paniculis laxis, magnis, circa apicem ramorum undique diſpoſitis. *Drupa* fuſca magnitudine 4 linearum: cortice tenui, lævi.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ, Chinæ, Cambodíæ, & Siami.
Uſus. Ex fiſſo hujus arboris cortice emanat ſuccus rezinoſus, tenaciſſimus, legitima Sinenſis vernix, quâ obducuntur ſcrinia in Europam exportanda, pulchro, & conſtanti nitore æſtimabilia. Quæ nigra ſunt, nullo admixto fuco, ſolâ exſiccatâ vernice nigreſcunt. Quæ vero rubra, addito cinnabari colorem iſtum acquirunt. Japonica vernix, de qua Kæmpferus, & Thunbergius egerunt, ex aliâ plantâ prorſus diverſâ procedit, quæ a Linnæo dicitur Rhus Vernix.
Virtus Medica: Vernicis exſiccatæ, & toſtæ. Calefacens, Reſolvens, Emmenagoga, Anthelminthica. Qualitas acris, torrendo ad ignem, fit mitior; ſicque abſque noxæ periculo a medicis indigenis exhiberi ſolet in decocto, & in pilulis. Eadem eſt arbor, ni fallor, Vernix Indica. Anacardinus. Kæmpf. Amæn. pag. 792. Hiſt. Jap. l. 1. pag. 99. Charlev. Jap. l. prælim. cap. 27. pag. 352. fig. ibi.

GENUS XII. ELÆOCARPUS.

Char. Gener. *Cor.* 5-petala, lacera. *Anthera* apice 2-valvi. *Cal.* 5-phyllus. *Drupa* nucleo criſpo. Lin. ſy. pl. G. 719.

Sp. 1. ELÆOCARPUS INTEGERRIMA. α Cây Mai bєung vàng.

Differ. ſpec. Elæoc. *foliis* lanceolatis, integerrimis: *floribus* congeſtis, axillaribus.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, petiolata, alterna. *Flos* aureus, multus, ſuave-olens; *pedunculis* congeſtis, axillaribus. *Calyx* 5 phyllus, foliolis laxis. *Petala* 5, lacera, calyce longiora. *Stamina* numeroſa, receptaculo inſidentia. *Stylus* 1. *Germina* 10, ſub-rotunda, minuta, ad baſim ſtyli circumpoſita. *Drupa* 1, parva, nigra, ſub-ovata, ſub-acuta, matureſcens ſolitaria, reliquis germinibus omnibus ſuffocatis. De drupæ *nuculâ* criſpâ, vel lævi nil poſſum decidere, quia nec in chartâ notavi, nec amplius memini. Ganitrus Rumphii diverſa eſt arbor.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ: colitur etiam in hortis ob odorem, & pulchritudinem florum, quibus rami ſcatent, avulſique ab arbore diutius ſervari poſſunt in aquâ.

GENUS XIII. THEA.

Char. Gener. *Cor.* 6, ſive 9-petala. *Cal.* 5, ſive 6-phyllus. *Capſ.* 3-cocca. Lin. ſy. pl. G. 726.

† Sp. 1. THEA COCHINCHINENSIS. α Chè ān nām.

Differ. ſpec. Th. *calycibus* ſub-triphyllis: *corollis* pentapetalis: *floribus* ſolitariis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbos* 8 pedes alta: ramis diffuſis. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* albus, terminalis, ſolitarius: *calyce* plerumque 3-phyllo, aliquando 4-5-phyllo. *Petala* 5, ovata, concava, patentia. *Stamina* 100 circiter baſi corollæ affixa: *antheris* ſub-rotundis, minimis. Stylus 3-fidus. *Capſula* 3-loba, 3-locularis, 1-ſperma, apice dehiſcens.

Habitat culta, incultaque in provinciis Borealibus Cochinchinæ.

Uſus. Ex foliis fermentatione diuturnâ paratis, ſiccatiſque, & aquâ coctis impigros hauſtus calidos ſumunt incolæ, maximè tempore æſtatis: unde fit, ut magnâ copiâ ſudor diffluat, ac ſubitum refrigerium experiantur. Qui vero immodicè hoc potu utuntur, non rarò inde contrahunt obſtructiones, & anorexiam.

† Sp. 2. THEA CANTONIENSIS. β Hŏ nâm Chá yòng. α Chè tai.

Differ. ſpec. Th. *Calycibus* 5 - 6 - phyllis : *corollis* 7 - 9 - petalis : *floribus* ſolitariis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 4 - pedalis, ramoſiſſima, tortuoſa. *Folia* lanceolata, acutè ſerrata, ſub-craſſa, incurva, ſubſeſſilia, glabra, alterna. *Flos* albus, pedunculis terminalibus, 1 - floris, ſolitariis: *Calyce* 5 - 6 phyllo, inæquali. *Corolla* petala 7, 8, 9, inæqualia, concava, patentia. *Stamina* 100 circiter, ad baſim inter ſe, & cum petalis connexa. *Stylus* 3 - fidus, laciniis linearibus, æqualis ſtaminibus. *Capſula* 3 - loba, 3 - cocca.

Habitat tam culta, quam inculta prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Ex vivâ plantâ in loco natali flores decerpſi, & examinavi, invênique notas ſupra expoſitas. Idem fere obſervavi in aliâ varietate a Sinenſibus dictâ *Siaò chong chá*, & ab Europæis vocatâ *the Su-chong*. Ambæ hæ varietates fuſco colore ſunt præditæ, ſed magis odoriferæ, & præcioſæ ſunt quam Thea Bohea, quæ naſci ſolet in provinciâ *Fo kien*, & quam recentem non vidi, quamvis omnium vulgariſſima, & viliſſima ſit. Theæ viridis, quæ provenit ex provinciâ *Kiang ſi*, flores ſiccos examinavi, non vivos, notavique ſimilem inconſtantiam in numero partium calycis, & corollæ. Adeoque aſſerere poſſumus omnes illas differentias potus Theæ Sinenſis ex unicâ ſpecie Botanicâ deduci, quæ ex diverſitate ſoli, culturæ, & methodi folia præparandi apparet diverſa, permanente adhuc in eâdem varietate inconſtantiâ illâ partium floris, quæ Theam viridem a Boheâ diſtinxerat.

† Sp. 3. THEA OLEOSA. α Chè deâu. β Yêu chá.

Differ. ſpec. Th. *Calycibus* 6 - phyllis : *corollis* 6 - petalis : *pedunculis* 3 - floris, axillaribus.

Hab., & notæ. *Arbor* 8 - pedalis, ramoſiſſima, *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, alterna, plana, glabra. *Flos* albus, axillaris, pedunculis 3 - floris. *Calyx* inferus, patens, 6 - phyllus. *Corolla* petala 6, rotunda, concava, patentia, ſub-æqualia. *Stamina* fere 100, capillaria, corollæ, ſub-æqualia: non receptaculo, ſed petalorum inter ſe leviter cohærerentium baſi affixa. *Stylus* 3 - fidus. *Bacca* lutea, corticoſa, 3 - loba, 3 - locularis, 1 - ſperma, pollicem craſſa.

Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

Uſus. Ex ſeminibus hujus plantæ extrahitur magna copia olei tenuis, & flaveſcentis, quo communiter nutriuntur lucernæ Cantone, Macai, & in aliis locis Chinæ Auſtralis. Eo quoque utantur ad frigenda varia obſonia: inferiore quidem ſapore, & odore, quam ſi

oleo olivarum, vel ſeſami condita fuiſſent.

Obſerv. Ex ſupra notatis de ſtaminibus Theæ, quæ potius corollæ baſi, quam receptaculo inſiſtere obſervavi, inferri poteſt Genus Theam ad claſſem Icoſandriam pertinere. Dequo tutius judicabitur, ſi recentioribus experimentis confirmetur. Fructum Oleoſæ vocavi. Baccam, quia licet maturum, dehiſcere non vidi.

GENUS XIV. LAGERSTRŒMIA.

Char. Gener. *Cor.* 6-petala, criſpa. *Cal.* 6-fidus, campanulatus. *Stam.* multa: horum 6 exteriora craſſiora, petalis longiora. Lin. ſy. pl. G. 725.

Sp. 1. LAGERSTRŒMIA INDICA. α Cây Tường vi. β Sát chú môi hōa.

Differ. ſpec. Lag. *foliis* ovatis, alternis: *thyrſis* terminalibus.

Hab, & notæ. *Arbor* 8-pedalis, cortice lævi: *ramis* rectis, debilibus, patentibus, *ramulis* angulatis. *Folia* ovata, integerrima, parva, undulata, glabra, alterna, ſeſſilia. *Flos* colore roſeus, pulcherrimus, terminalis, *corymbis* racemoſis, magnis. *Calyx* campanulatus, tubo 6-gono: limbo 6-fido, laciniis acutis. *Corolla* petala 6, unguiculata, ſub-rotunda, criſpa. *Capſula* ſub-rotunda, 6-locularis, polyſperma: *ſeminibus* multis ſub-rotundis. *Stamina* multa, Polyandra. *Stylus* filiformis: *ſtigmate* craſſiuſculo.

Habitat tam culta, quam ſpontanea in Cochinchinâ, & Chinâ.

Thunb. Jap. pag. 224. Tsjinkin. Rumph. Amb. Auct. cap. 79. tab. 28. fig. 1.

GENUS XV. NYMPHÆA.

Char. Gener. *Cor.* polypetala. *Cal.* 4, ſive 5-phyllus. *Bacca* multilocularis, truncata. Lin. ſy. pl. G. 709.

Sp. 1. NYMPHÆA NELUMBO. α Cây Sen. β Liên hōa: Heu xi hem.

Differ. ſpec. Nymp. *foliis* peltatis, undique integris. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Planta* acaulis, radice perenni, foliis annuis. *Radix* horizontalis, longa, repens, articulis catenatis, ovato-oblongis, albis, carnoſis, eſculentis, interius tubuloſis. *Folia* peltata, 1-pedalia, orbiculata, integerrima, undulata, venoſa, glabra, odorata: *petiolis* erectis, rectiſſimis, teretibus, hiſpidis, 3-pedalibus, ſparſis. *Flos* purpureo-roſeus: *pedunculis* monofloris, formâ, & magnitudine petiolis æqualibus. *Calyx* 4-phyllus, foliolis concavis, patentibus, deciduis. *Corolla* petala 15, vel plura, ovata, ſub-acuta, concava, exterius polynervia, patentia, maxima. *Filamenta* 60,

60, & ultra, filiformia, corollâ breviora, *antheris* linearibus, albis, longiſſimis, receptaculo inſiſtentia. *Germen* turbinatum, ſuperum. *Styli* multi, totidem, quot ſemina, craſſi, breviſſimi: *ſtigmatibus* craſſioribus. *Pericarpium* turbinatum, truncatum, ſulcatum, corticoſum, apice dehiſcens, loculis 1-ſpermis, uſque ad 30. *Semina* ovata, ſemipollicaria, alba, duriuſcula, edulia, cortice tenui, lævi, nigro.

Habitat in paludibus cænoſis Cochinchinæ, & Chinæ: colitur etiam in vaſis amplis, & pretioſis in hortis, & atriis Magnatum. Eſt ibi varietas flore albiſſimo. Alia præterea flore luxuriante ſpecioſiſſima, in quâ 100 circiter magna petala numerantur, alba, vel roſea.

Nymphæa Indica, Taratti. Rumph. l. 11. c. 50. tab. 73. Bont. Jav. l. 6. cap. 38.

Uſus. Nymphææ radix, & ſemina ſunt eſculenta, ſapida, & ſalubria. In re Medicâ virtutem habent Refrigerantem, & Roborantem. Valent contra Sitim, Diarrhæam, Teneſmum, Vomitum, & nimium calorem internum.

GENUS XVI. SEGUIERIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1-ſperma: *alâ* magnâ terminata, alulisque lateralibus. Lin. ſy. pl. G. 731.

Sp. 1. SEGUIERIA ASIATICA. α Deei chio.

† Differ. ſpec. Seg. *caule* ſcandente, inermi: *foliis* ovatis integerrimis: *racemis* longis axillaribus, & terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* ſcandens, fruticoſus, inermis, acirrhus, ramoſus, teres, longus, nec craſſus, tenaciſſimus, ad ligandum idoneus. *Folia* ovata, integerrima, aſpera, alterna, *petiolis* brevibus. *Flos* albo-viridis, inodorus, *racemis* longis terminalibus, & axillaribus. *Calyx* corollinus, foliolis 5, ſub-rotundis, concavis, patentibus. *Filamenta* plurima, receptaculo inſerta, calyce breviora. *Stylus* brevior: *ſtigmate* craſſiuſculo. *Capſula* ovata, acuminata, rubra, 2-valvis, 1-ſperma. *Semen* ſub-rotundum, pedicellarum, connexum alâ magnâ, polyfida, laciniis linearibus. Alulis lateralibus ad baſim prorſus caret.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GE-

† GENUS XVII. THILACHIUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Folliculus oblongo-turbinatus, nervoſus, apice acuminatus, integerrimus clauſus, in matureſcentiâ floris dehiſcens circumſciſſus.
Cor. Nulla.
Stam. Filamenta 70 circiter, longa, ſubulata, erecta, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ, ſtantes.
Piſt. Germen oblongum, ſtriatum, inſidens pedicello longo, filamentis æquali. Styus o. Stigma ſub-rotundum.
Peric. Bacca oblonga, 10-gona, ſupera, 1-locularis, polyſperma.
Sem. Multa, reniformia nidulantia.

Nom. (Θυλάκιον folliculus) a calyce floris folliculari.

Obſerv. Staminibus, & baccæ pedicello ad Capparim accedit: defectu corollæ, & calyce exotico longè recedit: ſicut etiam formâ Pericarpii.

Char. Gener. *Cal.* folliculus in matureſcentiâ circumſciſſus. *Cor.* o. *Bacca* 10-gona, 1-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. THILAKIUM AFRICANUM. γ Mangueiro.
Differ. ſpec. Thil. *foliis* ovatis, alternis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus.
Hab. *Arbor* parva, *ramis* expanſis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* apetalus, *pedunculis* paucifloris, terminalibus: *ſtaminibus* longis, plurimis, croceis.
Habitat agreſte in orâ Africæ Orientali.

DIGYNIA.

GENUS XVIII. CALLIGONUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* o. *Styli* o. *Fructus* hiſpidus, 1-ſpermus. Lin. ſy. pl. G. 735.

† Sp. 1. CALLIGONUM ASPERUM. α Deei chio tlâi.
Differ. ſpec. Call. *foliis* ovatis, aſperis: *racemis* ſubdiviſis: *fructu* gemino.
Hab. , & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, inermis, acirrhus, longus,

gus, ramoſus. *Folia* ovata, integerrima, aſperrima, glabra, alterna. *Flos* albus, racemis ſub-diviſis, terminalibus. *Calyx* 5-phyllus, albo-viridis, apice ruber: foliolis ſub-rotundis, concavis, patentibus. *Corolla* ſæpius nulla: aliquoties *petala* 4, rotunda, concava, patentia. *Stigma* ſeſſile, obtuſum, profundè 2-partitum. *Pericarpium* nunc Bacca 1, nunc 2, baſi connatæ, 1-loculares, polyſpermæ. *Stamina* numeroſa, receptaculo inſiſtentia.

Habitat ſylvas Cochinchinæ.

Obſerv. Character hujus plantæ, prout apud Linnæum a variis Auctoribus excerptus, multum variat. Mihi etiam Prothea apparuit ſecundum baccam, & corollam: at ratione habitus proxima viſa eſt Seguieriæ noſtræ Aſiaticæ: ſimulque Delimæ Sarmentoſæ. Burm. Ind. pag. 122. tab. 37. fig. 1. Minimè vero ad iſtas accedit ratione fructus.

GENUS XIX. PÆONIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0. *Capſ.* polyſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 732.

Sp. 1. PÆONIA OFFICINALIS. β Bŏ yŏ. α Thuoc duọc.

Differ. ſpec. Pæon. *foliis* oblongis. Lin. ſp. 1.

Hab, & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 2-pedalis, erectus, teres, ramoſus. *Folia* impari-pinnata, bijuga: *foliolis* lateralibus lato-lanceolatis, integerrimis, terminali impari 2-3-fido, omnibus glabris, ſub-ſeſſilibus. *Flos* ruber, in aliis albus, plerumque plenis: *petalis* 14 circiter, magnis, expanſis, oblongis, ſub-inciſis. *Perianthium* 5-phyllum, perſiſtens, foliolis acutiuſculis, patentibus. *Stamina* plurima, brevia, receptaculo inſidentia. *Capſulæ* 2-3, ovato-oblongæ, 1-loculares, 1-valves, polyſpermæ. Varietas 1 rubra, quæ videtur eſſe Maſcula Officinalis, radicem habet lignoſam, ſub-diviſam, rubeſcentem, non tuberoſam. Varietas 2, flore albo radicem habet albam, tuberoſam, carnoſam. Sunt aliæ multæ varietates (fortaſſe ſpecies) quas non vidi.

Habitat culta, ſpontaneaque per totum imperium Sinenſe, maximè in provinciis Borealibus: in Cochinchinam inde translata

Virtus: radicis, imprimis Rubræ. Nervina, Cephalica, Emmenagoga.

Pæonia Officinalis. Thunb. Japon. pag. 230. Pæonia flore pleno, rubro, minore. Tournef. Inſtit. pag. 274. Pæonia foliis lobatis, ex ovato-lanceolatis. Hall. Helv. 311.

TE-

TETRAGYNIA.

† GENUS XX. ECHTRUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus.
Cor. Campanulata, petala 6, turbinato-rotunda, concava, patentia.
Stam. Filamenta 60 circiter, capillaria, erecta, æqualia, corollâ breviora, receptaculo inſidentia. Antheræ oblongæ, ſtantes.
Piſt. Germen ſuperum, oblongum, hiſpidum, 4-ſulcum. Stylus o. Stigmata 4, ſub-reniformia, arctè conjuncta.
Peric. Capſula oblonga, 4-loba, ſpinoſa, 4-valvis, 1-locularis, polyſperma.
Sem. Multa, ſub-rotunda, aſpera.

Nom. (Ἔχθρας odium, inimitia) ob innumeras ſpinas, quibus tota planta armata ferit.

Char. Gener. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Capſ.* echinata, 4-valvis, 1-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. ECHTRUS TRIVIALIS. ♂ . . . .
Differ. ſpec. Ect. *foliis* oblongis, ſpinoſis: *floribus* ſolitariis.
Hab. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, craſſus, multiplex, erecto-patens, ſpinoſus. *Folia* oblonga, magna, pinnato-ſinuata, inciſa, ſpinoſa, ſemiamplexicaulia. *Flos* flavus, ſolitarius, terminalis.
Habitat in Benghalâ, & in orâ Coromandeliâ, ubique in viis.

POLYGYNIA.

GENUS XXI. CLEMATIS.

Deſcriptio Naturalis.

Char. Gener. *Cal.* o. *Petala* 4, rarius 5. *Sem.* caudata. Lin. ſy. pl. G. 754.

Sp. 1. CLEMATIS DIOICA. α Thoung thao.
Differ. ſpec. Clem. *foliis* ternatis, integerrimis: *floribus* dioicis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Caulis* lignoſus, ſcandens, longiſſimus, fibris craſſis,

ſis, duris, laxis. *Folia* 3-nata, ovata, acuta, integerrima, ſub-5-nervia. *Flos* albus, axillaris, paniculatus, dioicus. *Stamina* numeroſa, receptaculo inſerta. *Cor.* 4-petala. *Semina* 80 circiter, in capitulum diſpoſita, obtusè 3-gona, compreſſa: caudâ longiſſimâ, cincinnatâ pilis albis, multis.

Habitat in Cochinchinâ, arbores, & arundines ſcandens abſque cirrhis. Clematis ſcandens, foliis 5-nerviis, ovatis, nitidis, pinnato-ternatis. Brown. Jam. 255.

Sp. 2. CLEMATIS VIRGINIANA. α Son mouc.

Differ. ſpec. Clem. *foliis* ternatis, *foliolis* cordatis, ſub-lobatoangulatis, ſcandentibus, floribus dioicis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, teres, longus, ramoſus. *Folia* 3-nata, ſub-cordata, acuta, glabra, ſcandentia petiolis longis, ſpiralibus, cirrhi-formibus. *Flos* hermaphroditus, albus, axillaris, corymboſo-racemoſus. *Calyx* nullus. *Corolla* petala 4, ovato-oblonga, patentia. *Semina* 6, ovato-oblonga: caudâ piloſâ, rectâ, ſtaminibus ſub-æquali.

Habitat inter ſepes Cochinchinæ.

Clematis Virginica. Thunb. Japon. pag. 240.

† Sp. 3. CLEMATIS SINENSIS. β Mŭ tùm. α Mouc thoung.

Differ. ſpec. Clem. *foliis* 5-natis, ovato-lanceolatis, ſub-ſeſſilibus, integerrimis.

Hab., & notæ. *Caulis* lignoſus, teres, longiſſimus, ſcandens, ramoſus. *Folia* 5-nata: *foliolis* ovato-lanceolatis, integerrimis, ſubſeſſilibus. *Flos* rubro-purpureus: *pedunculis* polyfloris, axillaribus. *Calyx* o. *Corolla* 4-petala, patens: *ſtaminibus* Polyandris. *Styli*, & *ſemina* 3-5, caudata.

Habitat agreſtis in multis locis imperii Sinenſis.

Virtus: radicis, & inferioris caulis. Pellens, Diuretica, Diaphoretica, Lactifera. Eodem nomine indicatas tres plantas invenio in libris Medicis, & Botanicis Sinenſibus. Prima eſt, quam recentem examinavi, foliis quinatis. Secunda foliis ternatis. Tertia foliis ſimplicibus trilobis: omnes caule magno, ſcandente.

† Sp. 4. CLEMATIS MINOR. β Uei leng ſiēn.

Differ. ſpec. Clem. *foliis* 5-natis: *foliolis* conicis, 3-nerviis: *pedunculis* longiſſimis.

Hab., & notæ. *Caulis* ſub-fruticoſus, teres, tenuis, nec admodum longus, ſcandens, ramoſus. *Folia* 5-nata: *foliolis* parvis, conicis, apice obtuſiuſculis, 3-nervis, integerrimis, glabris: *petiolis* omnibus longis. *Flos* albus, axillaris: *pedunculis* longiſſimis, polyfloris.

 lyfloris.

lyfloris. *Calyx* nullus. *Petala* 4, oblonga, ſtriata. *Stamina* 40 circiter, inæqualia, receptaculo inſidentia. *Styli* 4, piloſi, corollâ paulo longiores. *Semina* totidem, caudata.

Habitat in ſuburbiis Cantonienſibus Sinarum.

Obſerv. ſupra ſcriptum nomen hujus plantæ accêpi a ruſtico quodam Sinenſi, qui herbas colligebat pharmacopolis vendendas: ſed, quoniam idem nomen Crucianellæ Sinenſi competit potiori jure, (ut jam antea vidimus) ſuſpicor Clematem noſtram Minorem ab indigenis dignoſci diverſo nomine, quod ignoro.

GENUS XXII. THALICTRUM.

Char. Gener. *Cal.* 0. *Petala* 4-5. *Sem.* ecaudata. Lin. ſy. pl. G. 755.

† Sp. 1. THALICTRUM SINENSE. β Pói mŭ. α Bói máu.

Differ. ſpec. Thal. *caule* ſimpliciſſimo: *flore* ſolitario: *foliis* liniari-lanceolatis.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſimpliciſſimus, 1-pedalis, teres, rectus. *Folia* liniari-lanceolata, integerrima, glabra, ſeſſilia, alterna. *Flos* albus, ſolitarius, terminalis. *Cal.* nullus. *Corolla* petala 5, rotundata, patentia. *Stamina* Polyandra, brevia. *Semina* plurima, mutica. *Radix* tuber ſub-rotundus, ſolidus, albiſſimus. Differt a Thal. Tuberoſo (Lin. ſp. 3.) tam formâ racicis, quam foliorum.

Habitat agreſte in Chinâ.

Virtus: radicis. Attenuans, Eccoprotica. Prodeſt in Tuſſi, Aſthmate pituitoſo, urinâ turbidâ, faucium, vel mamillarum dolore.

GENUS XXIII. LIRIODENDRON.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Sem.* imbricata in ſtrobilum. Lin. ſy. pl. G. 747.

Sp. 1. LIRIODENDRON LILIIFERA. β....

Differ. ſpec. Lir. *foliis* lanceolatis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* pallidus, magnus, inodorus, *pedunculis* 1-floris, congeſtis, terminalibus. *Calyx* 0. *Corolla* petala 9, campanulata, ovata, craſſa, baſi in tubum conivente, apice reflexo. *Filamenta* 60 circiter, craſſa, breviſſima, inſiſtentia baſi receptaculi elongati: *antheris* longis, acuminatis, inflexis, apice in foramen poliniferum dehiſcente. *Germina* 50 fere, planiuſcula, acuta, per longum receptaculi imbricatim aſcendentia,

dentia, ſquamis nuda. *Stigmata* ſeſſilia. *Semina* totidem in ſtrobilum imbricata.

Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

Sampacca Montana. Rumph. Amb. l. 3. c. 23. tab. 69.

† Sp. 2. LIRIODENDRON Figo. β . . . .

Differ. ſpec. Lir. *foliis* incurvis, reflexis: *floribus* ſolitariis: *calycibus* ſpathaceis: *corollis* 6 - petalis.

Hab., & notæ. *Frutex* 4 - pedalis, *caule* erecto multiplici. *Folia* lanceolata, integerrima, incurva, reflexa, nitida, alterna. *Flos* ſolitarius, pallidus, interius maculis rubris conſperſus, odoratus. *Calyx* ſpatha 1 - phylla, obtuſa, tomentoſa. *Corolla* petala 6, ovato-oblonga, erecto-clauſa. *Filamenta* 40 circiter, brevia, receptaculo inſerta. *Germina* ultra 40, imbricatim affixa apici receptaculi elongati, corollæ æqualis, ad baſim ſtaminiferi, in medio interrupti. *Stigmata* ſeſſilia. *Semina* tot, quot germina. Macai dicitur *Fula Figo.*

Habitat culta Macai, & Cantone Sinarum.

Sp. 3. LIRIODENDRON COCO. α Hoa dea hap. β . . .

Differ. ſpec. Lir. *foliis* ovatis, nitidis: *floribus* ſolitariis: *calycibus* 3 - phyllis: *corollis* 6 - petalis.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, 5 - pedalis, *ramis* diffuſis. *Folia* ovata, integerrima, nitida, alterna, petiolata. *Flos* magnus, albiſſimus, ſolitarius, ſuaveolens. *Calyx* 3 - gonus, 3 - phyllus, foliolis oblongis, incurvis, inflexis, tribus angulis corollæ appreſſis. *Corolla* 3 - gono-cauſa, petala 6, ovato turbinata, carnoſa, incurva, calyci æqualia, bino ordine mutuo conniventia, interiora minora. *Antheræ* ſeſſiles, oblongæ, numeroſæ, receptaculo conico ad baſim inſiſtentia. *Germina* lanceolata, 8 circiter, ad apicem receptaculi imbricata: *ſtigmatibus* concavis, ſeſſilibus. *Semina* totidem, germinibus conformia. Integer flos ſub-rotundo-trigonus, figurâ ſimilis fructui drupaceo Palmæ Cocos: inde nomen vernaculum *Fula Coco*, quo Macai vocari ſolet.

Habitat in Cochinchinâ, Macai, & Cantone, culta ob pulchritudinem, & odorem floris.

GENUS XXIV. MICHELIA.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 15. *Baccæ* mutæ, 4 - ſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 749.

Sp. 1. MICHELIA CHAMPACA. α Hoa Sú nam.
Differ. ſpec. Mich. *foliis* lanceolatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſub-ſcabra, undulata, ſparſa, petiolata. *Flos* flavo-gilvus, ſolitarius, ſparſus, pendulus, pedunculo longo. *Calyx* ſpatha 1-phylla, oblongo-conica, tomentoſa. *Perianthium* nullum. *Corollæ* petala plerumque 9, ſæpe plura uſque ad 15, exteriora maiora, omnia lanceolata, ſub-clauſa. *Stylus* nullus. *Antheræ* 100 circiter, oblongæ, ſeſſiles, inſidentes baſi receptaculi oblongo-conici. *Germina* 60 circiter, ſub-ovata, parti ſuperiori ejuſdem receptaculi affixa. *Stigmata* ſeſſilia, oblonga, reflexa. *Pericarpium* Baccæ multæ, ovatæ, corticoſæ, aſperæ, parvæ, 2-4-ſpermæ, apice irregulariter dehiſcentes, *ſeminibus* ovatis, rubris: receptaculo elongato, filiformi, tortuoſo ſeſſiles affixæ.
Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Macai.
Sampacca Domeſtica, & ſylveſtris. Rumph. Amb. l. 4. cap. 21, 22. tab. 67, 68. Champacca. Bont. Jav. l. 6. c. 45. pag. 140. Arbor procera Hapuphaha dicta, floribus oblongis, luteis, odoratis. Burm. Zeyl. pag. 31.
Uſus. Hæc arbor æſtimatur ob odorem floris: cujus vehementia, & conſtantia maior eſt, quam ſuavitas.

GENUS XXV. UVARIA.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccæ* numeroſæ, pendulæ, 4-ſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 750.

Sp. 1. UVARIA ZEYLANICA. α Cây Mu tru.
Differ. ſpec. Uvar. *foliis* integerrimis. Lin. ſp. 1.
Hab, & notæ. *Frutex* ſcandens, *caule* longo, ramoſo, inermi, acirrho. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, alterna, glabra, *petiolis* brevibus. *Flos* fuſco-ruber, ſolitarius, ſparſus, pedunculo longo. *Calyx* 3-phyllus, acutus, brevis, patens. *Corolla* petala 6, lato-lanceolata, patentia. *Antheræ* plurimæ, ſeſſiles, longiuſculæ, compreſſæ, obtuſæ, inſidentes receptaculo hemiſphærico, amplo, in orbem coarctatæ. *Germina* multa, oblonga, ejuſdem receptaculi centro impoſita. *Stigmata* obtuſa, tot, quot Germina, ſtamina vix ſuperantia. *Baccæ* totidem, oblongæ, nigræ, glabræ, ſuccoſæ, acidæ, pedunculatæ, diſpoſitæ in racemum ſimplicem, rotundatum, pendulum, formatum ex receptaculo, in matureſcentiâ elongato. *Semina* pauca.
Funis Muſarius Rumph. Amb. l. 7. c. 43. tab. 42. Uva Zeylanica, ſylveſtris. Burm. Zeyl. pag. 231. Sp. 2.

•† Sp. 2. UVARIA UNCATA. β Ym chào. α Cây bút dieo.
Differ. ſpec. Uvar. *foliis* pinnatis : *pedunculis* ſolitariis, uncinatis.
Hab, &. notæ. *Frutex* magnus, caule erecto : *ramis* longis, ſcandentibus, inermibus, acirrhis. *Folia* alternatim pinnata, multijuga, *foliolis* oblongis, integerrimis, acuminatis, glabris, nitidis. *Flos* luteus, ſparſus, pedunculis 1-floris, ſubtus uncatis. *Cal.* 3-phyllus, foliolis parvis, reflexis. *Corolla* petala 6, lanceolata, erecta, ad baſim conſtricta, partes generationis occultantia. *Antheræ* 80 circiter, oblongæ, ſeſſiles, receptaculo inſidentes. *Germina* 30 fere, oblonga : *ſtigmatibus* linearibus, ſeſſilibus, erectis. *Bacca* totidem ovatæ, utrinque acuminatæ, luteæ, glabræ, 1-loculares, 2-ſpermæ, ad veſcendum ineptæ : *receptaculo* ſub-rotundo inhærentes, in capitulum diſpoſitæ. *Semina* intus plana, foris convexo-ovata.
Habitat Cantone Sinarum : ubi ad veſtiendos parietes pulchrè aptatur, & abſque violentiâ extenditur, & attolitur.
Obſerv. Funis Uncatus Rumphii (Amb. l. 7. c. 33. tab. 34.) quomodocunque habitu convenit, ſed flore differt, qui ad Cephalanthos videtur pertinere.

GENUS XXVI. ANNONA.

Char. Gener. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Bacca* polyſperma, ſub-rotunda, cortice ſquamato. Lin. ſy. pl. G. 751.

Sp. 1. ANNONA SQUAMOSA. α Cây Mang cáu. β Pù uôn xú.
Differ. ſpec. An. *foliis* oblongis, ſub-undulatis : *fructibus* obtusè ſubſquamatis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Arbor.* parva, 8 pedalis, caule ſæpius diviſo, *ramis* diffuſis. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, glabra, ſparſa, pedunlata, graveolentia. *Flos* albus, ſparſus, pedunculis 1-2-floris. *Calyx* 3-phyllus, brevis, acutus, patens, deciduus. *Corolla* petala ſemper 3, lato-ſubulata, incurva, erecta. *Stamina* plurima brevia, baſi receptaculi inſidentia. *Germina* numeroſa, leviter cohærentia, receptaculum conicum ſupra ſtamina circumdantia : *ſtigmatibus* obtuſis. *Bacca* 3-pollicaris, luteo-viridis, ſquamis craſſis, imbricatis, cortici coalitis : interius 1-locularis, compoſita acinis plurimis, oblongis, mollibus, albiſſimis, dulciſſimis, odoris, 1-ſpermis. *Semina* ſolitaria, oblongo-ovata, nigra, nitida. *Bacca* integra cordato-ſubrotunda : receptaculo centrali, craſſo, tereti, acinos, & ſemina in orbem colligente : cortice communi ſub-ſquamoſo indiviſo.

Habitat

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ; & in multis aliis Aſiæ locis a me obſervata.

Anona Tuberoſa. Rumph. Amb. l. 1. c. 40. tab. 46. Ubi corolla 3-petala clarè pingitur, & deſcribitur. Annona Indica, fructu ex viridi luteo, cortice ſquamato, aſpero, nucleis nigricantibus, parvis. Pluk. Almag. 31 tab. 134. fig. 3.

Obſerv. ſuſpicari licet Annonam, quam Linnæus Junior (ſupp. pl. pag. 270.) dicit Hexapetalam, diverſam non eſſe ab iſtâ, cujus ego, & Rumphius tria petala tantummodo numeravimus, quamvis aliquando luſu naturæ duplicia inventa fuerint. Vel forſan de aliâ plantâ ſermo eſt, cujus fructum ſibi ignotum idem Linn. fatetur.

Sp. 2. ANNONA ASIATICA. α Cây Binh bát.

Differ. ſpec. An. *foliis* lanceolatis, glabris, nitidis, lineatis. Lin. ſp. 7.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, lineata, alterna, petiolata. *Flos* pallidus, pedunculis 1-floris, 2-natis. *Cal.* 3-phyllus, brevis. *Corolla* petala 3. oblongo-conica, incurva, erecta. *Stamina* numeroſa, impoſita baſi receptaculi conici. *Germina* plurima, ſuperius inſiſtentia: in matureſcentiâ coadunata in *Baccam* oblongo-conicam, compoſitam acinis 1-ſpermis, 5-pollices longam, exterius rubeſcentem, lævem, interius pulpâ albicante, dulci, eduli, ſapore, & odore ſquamoſæ inferiorem.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & alibi in Indiâ.

Burm. Ind. pag. 125. Anona ſylveſtris. Burm. Zeyl. pag. 21.

Obſerv. Celeb. Linnæus, cum generis Annonæ nec fructum viderit, nec florem recentem, obſervationibus aliorum minus accuratis inductus fuit; ut pericarpium ejus diceret baccam polyſpermam. Nunc autem conſtat plurimas eſſe bacculas 1-ſpermas, compreſſo-angulatas, ex totidem germinibus concreſcentes, & baccam magnam componentes, in maturitate ab invicem ſeparabiles. Hoc jam ante me notaverant Clar. Jacquinius, Aubletus, & Scopolius. *Unicum fructum mentitur, (Annona) ſed maturus conſtat plurimis ab invicem ſeparabilibus.* Scop. Introd. Hiſt. Nat. pag. 255. n. 1151. Similem fructificationem obſervamus in Bromeliâ, Morinda, Rubo, & Polyphemâ, quamvis ad diverſas claſſes pertinentibus. In Bromeliâ, Morindâque quælibet bacca partialis procedit ex partiali flore, calyce, & corollâ propriis inſtructo. In Polyphemâ ex partiali quidem flore, calyce, & corollâ prorſus nudo. In Annonâ vero, ſicut etiam in Rubo, baccæ componentes prodeunt ex ſingulis, & privatis piſtillis, quæ non privato, ſed communi calyce, & corollâ adunantur.

† GE-

† GENUS XXVII. MELODORUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Periamthium 3 - phyllum, inferum, foliolis acutis, brevibus, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. Petala 6, triangularia, ſub-æquilatera, carnoſa, inflexo-clauſa; bino ordine partes generationis occultantia.
Stam. Filamenta nulla. Antheræ numeroſæ, oblongæ, clavatæ, receptaculo plano-convexo affixæ.
Piſt. Germina 10, oblonga, antheris circumſtantibus coarctata. Stylus nullus. Stigmata coronaria, breviſſima.
Peric. Baccæ 10, ovato-oblongæ, ſub-teretes, aſperæ, 1 - loculares, polyſpermæ.
Sem. Multa, compreſſa, nidulantia.
Nom. Quaſi mel odorum, ex notabili fructus dulcedine, & odore.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 6, trigono-æquilatera, clauſa. *Baccæ* multæ oblongæ: ſeminibus nidulantibus.

† Sp. 1. MELODORUM FRUTICOSUM. α Cây Bỏ giẻ.
Differ. ſpec. Mel. *foliis* lanceolatis, glabris: *caule* fruticoſo.
Hab. *Frutex* 4 - pedalis, erectus, *ramis* diffuſis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna, odora. *Flos* luteo-fuſcus, ſolitarius, ſparſus. *Baccæ* ejuſdem coloris, ſeſquipollicem longæ: ſeminibus plurimis, pulpâ parcâ quidem, ſed gratiſſimâ.
Habitat in dumetis Cochinchinæ. Decoctum foliorum Deobſtruit.

† Sp. 2. MELODORUM ARBOREUM. α Cây Nhaoc.
Differ. ſpec. Mel. *foliis* obblongis, tomentoſis: *caule* arboreo.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, ſubtus tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* albo-viridis, carnoſus, tomentoſus, ſolitarius, ſparſus: *pedunculis* breviſſimis: *antheris*, & *ſtigmatibus* plurimis, ſeſſilibus. *Calyx*, & *corolla*, ut in primâ ſpecie. *Baccæ* multæ ex eodem flore.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ. Indigenæ arbores cædunt pro ædificiis. Fructus non edulis.

† GENUS XXVIII. DESMOS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 3 - phyllum, rotatum: foliolis triangularibus, parvis, deciduis, inferis.

Cor. Petala 6, lanceolato-linearia, plana, erecta, tria interiora minora, prope baſim conſtricta, partes generationis claudentia.

Stam. Filamenta 100 circiter, compreſſo-angulata, craſſiuſcula, brevia erecta, receptaculo hemiſphærico, parvo inſidentia. Antheræ obtuſæ, breves.

Piſt. Germina oblonga, 35 circiter. Stylus nullus. Stigmata obtuſa, numero germinum.

Peric. Baccæ multæ, 10-30, exſuccæ, longæ, tenues, articulatæ: articulis lato-ovatis, 1 - ſpermis, lævibus, evalvibus, concatenatis in lineam ſubcurvam.

Sem. Lato-ovata, dura, ſolida, ſolitaria.

Nomen. (Δεσμὸς catena) ob fructus in nodos concatenatos.

Obſerv. Hujus plantæ fructus articulis concatenatis aſſimilatur Mülleriæ Moniliformi. Lin. Jun. ſup. pl. pag. 53, & pag. 329. Et Coublandiæ Fruteſcenti. Aubl. Guian. pag. 937. tab. 366. ſicut etiam Antichorericæ. Rhumph. Amb. l. 6. cap. 26. tab. 22. Sed calyce, corollâ, & partibus generationis ab his omnibus prorſus differt, cum ad Uvariam, Annonam, & Melodorum potius accedat: ſicut etiam fructus evalvis, nec leguminoſus.

Char. Gener. *Cal.* 3 - phyllus, rotatus. *Petala* 6, lanceolata. *Baccæ* multæ, articulis concatenatis, 1 - ſpermis.

† Sp. 1. DESMOS COCHINCHINENSIS. α Cây Chập chội: Cây Cỏ chạy.

Differ. ſpec. Deſm. *foliis* lanceolatis, tomentoſis: *floribus* ſolitariis, clauſis.

Hab. *Frutex* 5 - pedalis, caule erecto, lignoſo: *ramis* debilibus, reclinatis. *Folia* lanceolata, integerrima, tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* luteo-viridis, terminalis, ſolitarius, pedunculo longiſſimo pendulus. *Baccæ* rubro-virides, ſub-ſeſſiles, receptaculo hemiſphærico adhærentes.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

† Sp. 2. DESMOS CHINENSIS. β Câu tſit fung.

Differ. ſpec. Deſm. *foliis* ovato-lanceolatis, glabris: *floribus* ſolitariis, patentibus.

Hab.,

Hab., & notæ. *Frutex* 6-pedalis, erectus, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, glabra. *Florum* corollæ patentes. In reliquis notis cohæret cum primâ ſpecie: unde fortaſſe illius varietas.

Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

GENUS XXIX. ILLICIUM.

Char. Gener. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 27. *Capſ.* plures in orbem digeſtæ, bivalves, 1-ſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 746.

Sp. 1. ILLICIUM ANISATUM. *β* Pǎ có huẻi hiàm. *α* Đại hồi: Bát giác hồi.

Differ. ſpec. Illic. *foliis* ſub-ovalibus, integerrimis, congeſtis: *floribus* axillaribus, ſolitariis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* Arboreus, 8-pedalis, *ramis* lævibus, patentibus. *Folia* turbinato-ovata, obtuſa, integerrima, glabra, parva, congeſta, petiolata. *Flos* luteus, lateralis, ſolitarius, pedunculatus: *calyce* 6-phyllo: *corollâ* polypetalâ, patente. *Stamina* 30 circiter, receptaculo inſidentia. *Germina* 8, vel plura, ſingula ſingulis ſtylis breviſſimis. *Capſulæ* plerumque 8, ovato-lanceolatæ, horizontaliter in orbem diſpoſitæ, 1-valves, 1-ſpermæ: *ſeminibus* ovatis, compreſſis, rufis. Planta, præcipuè fructus odore Aniſi grato, aromatico: ſapore dulceſcente, ſub-ardente gaudet.

Habitat agreſte, cultumque in provinciis Sinenſibus ad occaſum Cantonienſis ſitis.

Thunb. Japon. pag. 235. Berg. Mat. Med. pag. 514. Skimmi. Kæmpf. Amæn. pag. 880. fig. pag. 881.

Virt. Stomachica, Carminativa. Prodeſt in Colicâ, Vomitu, Lumbagine, Rheumatiſmo, Tuſſi, morbis frigidis, & pituitoſis.

Uſ. Sinarum populus frequenter utitur Aniſato pro condiendis cibis, imprimis dulcibus: ſed illud, vel Saccharum non ſolet admiſcere potioni Theæ, quâ puriſſimâ magis delectantur, ſicut Arabes, Turcæ, & Armenii gaudent Coffeâ ſimpliciſſimâ.

CATALOGO

Das obras já impreſſas da Academia Real das Sciencias de Lisboa, e dos preços, por que cada huma dellas ſe vende brochada.

I. BREVES Inſtrucçoẽs aos Correſpondentes da Academia, ſobre as remeſſas dos productos naturaes, para formar hum Muſeo Nacional. - 120

II. Memorias ſobre o modo de aperfeiçoar a Manufactura do Azeite em Portugal, remettidas á Academia, por Joaõ Antonio Dalla-Bella, Socio da meſma. - - - - - - - - - - - - - - - - - - 480

III. Memoria ſobre a Cultura das Oliveiras em Portugal, remettida á Academia, pelo meſmo Author. - - - - - - - - - - - - 480

IV. Memorias de Agricultura, premiadas pela Academia em 1787, e 1788, 1. vol. 8. - 480

V. Paſchalis Joſephi Mellii Freirii, Hiſt. Juris Civilis Luſitani Liber ſingularis, juſſu Acad. in lucem editus. 1. vol. 4. - - - - - - 640

VI. Oſmia, Tragedia coroada pela Academia em 1788, 1. vol. 4. - 240

VII. Vida do Infante D. Duarte, por André de Rezende, mandada publicar pela Academia, 1. vol. 8. - - - - - - - - - - - 160

VIII. Veſtigios da Lingua Arabica em Portugal, ou Lexicon Etymologico das palavras, e nomes Portuguezes, que tem origem Arabica, compoſto por ordem da Academia, por Fr. Joaõ de Souſa, 1. vol. 4. - 480

IX. Dominici Vandelli, Viridarium Grysley Luſitanicum Linnæanis nominibus illuſtratum, juſſu Acad. in lucem editum, 1. vol. 8. - - 200

X. Ephemerides Nauticas, ou Diario Aſtronomico para o anno de 1789, calculado para o meridiano de Lisboa, e publicado por ordem da Academia, 1. vol. 4. - - - - - - - - - - - - - - - - - - - 360

O meſmo para o anno de 1790, 1. vol. 4. - - - - - - - - - 360

O meſmo para o anno de 1791, 1. vol. 4. - - - - - - - - - 360

XI. Paſchalis Joſephi Mellii Freirii Inſtitutionum Juris Civilis Luſitani Liber primus de Jure Publico, juſſu Acad. in lucem editus, 1. vol. 4. 480

XII. Memorias Economicas da Academia Real das Sciencias de Lisboa, para o adiantamento da Agricultura, das Artes, e da Induſtria em Portugal, e ſuas Conquiſtas, 1. vol. 4. - - - - - - - 800

XIII. Collecçaõ de Livros ineditos de Hiſtoria Portugueza, dos Reinados dos Senhores Reys Dom Joaõ I., D. Duarte, D. Affonſo V., e Dom Joaõ II., 1. vol. fol. - - - - - - - - - - - - - - 1800

XIV. Aviſos intereſſantes ſobre as mortes apparentes. - - - - - - gr.

XV. Tratado de Educaçaõ Fyſica, para uſo da Naçaõ Portugueza, publicado por ordem da Academia Real das Sciencias, por Franciſco de Mello Franco, Correſpondente da meſma Sociedade. - - - - 360

XVI. Documentos Arabicos da Hiſtoria Portugueza copiados dos originaes da Torre do Tombo com permiſſaõ de Sua Mageſtade, e vertidos em Portuguez por ordem da Academia pelo ſeu Correſpondente Fr. Joaõ de Souſa. - - - - - - - - - - - - - - - - 480

XVII. Obſervaçoẽs ſobre as principaes cauſas da decadencia dos Portugue-

tuguezes na Aſia ; eſcritas por Diogo de Couto em fórma de Dialogo, com o titulo de Soldado Pratico; publicadas de ordem da Academia Real das Sciencias de Lisboa, por Antonio Caetano do Amaral, Socio Effectivo da meſma. - - - - - - - - - - - - - - - 480

XVIII. Flora Cochinchinenſis: ſiſtens Plantas in Regno Cochinchina naſcentes. Quibus accedunt aliæ obſervatæ in Sinenſi Imperio, Africâ Orientali, Indiæque locis variis. Labore, ac ſtudio Joannis de Loureiro Regiæ Scientiarum Academiæ Ulyſſiponenſis Socii: Juſſu Academ. R. Scient. in lucem edita. 2 vol. in 4.° maior. (*) - - - 2400

Eſtaõ debaixo do prélo as ſeguintes.

Actas, e Memorias da Academia Real das Sciencias, 1. vol.
Memorias Economicas da meſma, 2.° vol.

Taboadas Perpetuas Aſtronomicas para uſo da Navegaçaõ Portugueza.

Obras ineditas Poeticas de Pedro de Andrade Caminha.

Collecçaõ de Livros ineditos de Hiſtoria Portugueza, dos Reinados dos Senhores Reis D. Joaõ I., D. Duarte, D. Affonſo V.°, e D. Joaõ II., 2°. vol.

Diccionario da lingoa Portugueza.

Tratado de Educaçaõ Fyſica para uſo da Naçaõ Portugueza, por Franciſco Joſé de Almeida, Correſpondente da Academia.

Synopſis Chronologica de Subſidios, ainda os mais raros, para a Hiſtoria, e Eſtudo critico da Legiſlaçaõ Portugueza, por Joſé Anaſtaſio de Figueiredo, Correſpondente da Academia.

Eſtá para imprimir-ſe.

Paſchalis Joſephi Mellii Freirii, Inſt. Juris Civilis Luſitani, Lib. ſecundus.

(*) Por falta e inevitavel demora de todos os caractéres proprios, que ſão neceſſarios para ſe imprimir o Index dos nomes Cochinchinenſes, que ſe acha feito para ſe ſeguir ao Latino, ſahe ainda ſem elle eſta Obra: e por eſtes dois até tres mezes ſe entregará aos Livreiros para por elles ſe lhe juntar, ou diſtribuir gratuitamente áquelles, que já tiverem comprado a meſma Obra.

Vendem-ſe em Lisboa nas logeas de Borel, e de Bertrand, e na da Gazeta; e em Coimbra tambem pelos meſmos preços.

FLORA
COCHINCHINENSIS.

FLORA COCHINCHINENSIS:

SISTENS

PLANTAS IN REGNO COCHINCHINA NASCENTES.

QUIBUS ACCEDUNT ALIÆ

OBSERVATÆ

IN

SINENSI IMPERIO,

AFRICA ORIENTALI,

INDIÆQUE LOCIS VARIIS.

OMNES DISPOSITÆ SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE LINNÆANUM.

LABORE, AC STUDIO

JOANNIS DE LOUREIRO

Regiæ Scientiarum Academiæ Ulyſſiponenſis Socii: olim in Cochinchinâ Catholicæ Fidei Præconis: ibique rebus Mathematicis, ac Phyſicis in Aulâ Præfecti.

Juſſu Acad. R. Scient. in lucem edita.

Xylaloen, Myrrham, Piper ardens, Sacchara profert:
Pluraque, ſi repetas, officioſa dabit.

TOMUS II.

ULYSSIPONE

TYPIS, ET EXPENSIS ACADEMICIS.

ANNO M.DCCXC.

Permiſſu Regii Concilii pro Examine, & Cenſurâ Librorum.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* *Calyces ſub-quinquefidi.*

1. LEONURUS.	*Antheræ* punctis nitidis adſperſæ.
2. MENTHA.	*Filamenta* diſtantia, recta. *Cor.* ſub-æqualis.
3. TEUCRIUM.	*Cor.* labium ſuperius divaricatum: *ſtaminibus* aſcendentibus pervium.
4. AJUGA.	*Cor.* labium ſuperius ſtaminibus brevius.
5. BETONICA.	*Cor.* labium ſuperius planum, adſcendens: tubo cylindrico. *Stam.* longitudine faucis.
6. BALLOTA.	*Cor.* labium ſuperius fornicatum. *Calyx* 10-ſtriatus.
7. LAMIUM.	*Cor.* labium inferius utrinque dente ſetaceo.
8. STACHIS.	*Cor.* labium inferius lateribus reflexum. *Stam.* deflorata ad latera deflexa.
9. NEPETA.	*Cor.* labium inferius crenatum. *Faux* margine reflexo.
† 10. BARBULA.	*Cor.* labium inferius magnum, fimbriatum.

** *Calyces bilabiati.*

11. SCUTELLARIA.	*Cal.* fructiferus, operculatus.
12. MELISSA.	*Cal.* angulatus, ſcarioſus: *labio* ſuperiore aſcendente.
† 13. DENTIDIA.	*Cal.* labium ſuperius 3-fidum denticulatum.
14. OCYMUM.	*Cor.* reſupinata. *Filam.* bina baſis proceſſu.

15. DRACOCEPHALUM. *Cor.* faux inflato-dilatata.

16. TRICHOSTEMA. *Filamenta* longiſſima.

† 17. COLEUS. *Filamenta* in tubum coalita, ſtylum vaginantia.

18. ORIGANUM. *Strobilus* calyces colligens.

19. CLINOPODIUM. *Involucrum* calyces colligens.

ANGIOSPERMIA.

* *Calyces bifidi.*

20. ACANTHUS. *Capſula* 2-locularis. *Cor.* 1-labiata, 3-fida. *Antheræ* villoſæ.

** *Calyces 4-fidi.*

21. GMELINA. *Drupa* nucleo 2-loculari. *Cor.* bilabiata. *Antheræ* binæ craſſiores bipartitæ.

22. LANTANA. *Drupa* nucleo 2-loculari. *Cor.* hippocraterif. *Stigma* uncinatum.

23. BARLERIA. *Capſula* 2-locularis. *Cor.* infundibulif. *Sem.* bina. *Capſ.* elaſtica.

*** *Calyces quinquefidi.*

† 24. CAMPSIS. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* infundibulif. *Stamin.* mutuo inflexa.

25. DIGITALIS. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata, ſubtus ventricoſa. *Stam.* declinata.

26. BIGNONIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Sem.* alata.

27. RUELLIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Stamin.* per paria approximata.

† 28. DICEROS. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata: laciniis ob-cordatis. *Antheræ* lobis divaricatis.

29. SE-

29. SESAMUM. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata, inæqualis. *Rudim.* filamenti quinti.

30. CHELONE. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata, inflata, clauſa. *Rudim.* filamenti quinti.

31. ANTIRRHINUM. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata, ſubtus nectario prominente.

32. COLUMNEA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens, ſupra baſim gibba. *Antheræ* connexæ.

† 33. MAZUS. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens: fauce papilloſâ. *Antheræ* connexæ. *Cal.* 5-gonus.

34. MANVLEA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* limbus 5-partitus: laciniâ inferiore profundiore, reflexa.

35. MARTYNIA. *Capſ.* 4-locularis, lignoſa. *Cor.* ringens, inflata.

36. CORNUTIA. *Bacca* 1-ſperma. *Cor.* ringens. *Stylus* longiſſimus.

37. CLERODENDRUM. *Bacca* 1-ſperma. *Cor.* ringens. *Stam.* longiſſima.

38. VOLKAMERIA. *Bacca* 2-ſperma. *Cor.* laciniis ſecundis. *Sem.* bilocularia.

39. VITEX. *Bacca* 4-ſperma. *Cor.* ringens: labio ſuperiore 3-fido.

† 40. TRIPINNA. *Bacca* polyſperma. *Cor.* ſub-campanulata, 5-fida: ſummâ maiori. *Cal.* cyathiformis.

**** *Calyces multifidi.*

† 41. SEPTAS. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* infundibulif. *Cal.* 7-partitus, inæqualis.

***** *Calyces polyphylli.*

† 42. PICRIA. *Bacca* 2-locularis. *Cor.* ringens. *Cal.* 4-phyllus.

GYMNOSPERMIA.

GENUS I. LEONURUS.

Char. Gener. *Antheræ* punctis nitidis adperſæ. Lin. ſy. pl. G. 780.

Sp. 1. LEONURUS MARRUBIASTRUM. γ . . .
Differ. ſpec. Leon. *foliis* ovatis, lanceolatisque, ſerratis: *calycibus* ſeſſilibus, ſpinoſis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, ſimplex, quadriſulcus. *Folia* omnia lanceolata, ſerrata, tomentoſa, oppoſita. *Flos* croceus, capitulis lateralibus: *calycibus* ſpinoſis, ſeſſilibus. *Corolla* ringens: tubo longo: labio ſuperiore oblongo, integro, villoſo, fornicato, ſtamina obtegente: inferiore breviore, 3-fido, laciniis obtuſis. *Antheræ* oblongæ, 2-fidæ, compreſſæ, exoticæ. In illis microſcopio obſervavi puncta illa nitida, elevata, ſub-globoſa, ſparſa: cognovique nihil aliud eſſe, quam pollen veſiculare conglobatum, quod ſejunctim, aut in particulas minores conjunctum ſimiliter nitet in aliis floris partibus, germine, filamentis, & interiori tubo corollæ, in quas deciderat.
Habitat prope litora Africæ Orientalis in Zanguebariâ.
Sideritis foliis ovatis, & lanceolatis, inciſo-ſerratis. Lin. H. Cliff. pag. 313. Leonurus Marrubiaſtrum. Burm. Ind. pag. 127.

GENUS II. MENTHA.

Char. Gener. *Cor.* ſub-æqualis, 4-fida: laciniâ latiore emarginatâ. *Stam.* erecta, diſtantia. Lin. ſy. pl. G. 771.

Sp. 1. MENTHA CRISPA. α Rau húng.: Rau thom taû. β . . .
Differ. ſpec. Ment. *ſpicis* capitatis: *foliis* cordatis, dentatis, undulatis, ſeſſilibus: *ſtaminibus* corollam æquantibus. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Radix* perennis. *Caulis* herbaceus, ſub-erectus, 6-pollicaris, 4-gonus, repens, rubeſcens. *Folia* ſub-rotunda, ſub-cordata, dentata, criſpa, ſeſſilia oppoſita. *Flos* dilutè purpureus: ſpicis brevibus, capitatis. *Stamina* corollam ſu-æquantia.
Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ ubique obvia.
Hort. Cliff. pag. 306. Berg. Mat. Med. pag. 343.
Virtus: totius herbæ. Reſolvens, Stomachica, Deobſtruens, Anthelminthica.
Uſus in Anorexiâ, Colicâ, Hyſtericâ, Vermibus, obſtructionibus meſentericis, maximè infantum. Præterea frequens, & gratus in condimento ciborum ejus uſus. Sp. 2.

Sp. 2. MENTHA HIRSUTA. α Rau thom nam. β Hiâm tſâi.
Differ. ſpec. Ment. *floribus* capitatis : *foliis* ovatis pubeſcentibus ; ſerratis : *ſtaminibus* corollâ longioribus. Lin. ſp. 6.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, erectus, ceſpitoſus, 4-gonus : radice perenni, repente. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrata, piloſa, non criſpa, oppoſita. *Flos* albo-violaceus, axillaris, capitulatus : pedunculis propriis brevibus, communi longiore : *involucro* communi 2-phyllo, lanceolato. *Stamina* corollâ longiora : *pedunculi* omnes piloſi. Odor, ſapor, uſus fere iidem, qui præcedentis, ſed debiliores.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ ſimiliter culta.
Mentha Aquatica hirſuta. Bauh. hiſt. 3. pag. 224. Hill. Brit. herb. pag. 351. ſp. 1. tab. 50. fig. 11.

Sp. 3. MENTHA PULEGIUM. α Câỳ bac hà. β Pö hó.
Differ. ſpec. Ment. *floribus* verticillatis : *foliis* ovatis, obtuſis, ſub-crenatis : *caulibus* ſub-teretibus, repentibus : *ſtaminibus* corollâ, longioribus. Lin. ſp. 14.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, ſeſquipedalis, ſub-tetragonus, fuſcus, repens. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-crenata, oppoſita, petiolata. *Flos* albo-purpureus, verticillis axillaribus. *Calyx* 5-fidus. *Corolla* infundibuliformis, 5-fida, ſub-æqualis. *Stamina* Didynamica, erecta, corollâ longiora. *Semina* 4, nuda.
Habitat agreſtis, cultaque in Chinâ, & Cochinchinâ.
Pulegium Latifolium. Bauh. Pin. pag. 222. Matth. in Dioſc. l. 3. cap. 30. pag. 521. fig. ibi.
Virtus : foliorum. Reſolvens ; Pectoralis, Cephalica, Diaphoretica, Emmenagoga. Prodeſt in Aſthmate, Tuſſi, Hyſteriâ, Cephalgiâ, Epilepſiâ puerorum.

† Sp. 4. MENTHA STELLATA. α Rau ngu hoang.
Differ. ſpec. Ment. *ſpicis* congeſtis, terminalibus : *foliis* ſtellatis ; ſerratis.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, erectus, 1-pedalis, 4-ſulcus : radice perenni, repente. *Folia* ſtellata, quaterna, oblonga, obtuſa, ſerrata, glabra. *Flos* minimus, albo-violaceus : ſpicis oblongis, congeſtis, terminalibus. *Calyx* 5-fidus, erectus, perſiſtens : laciniis acutis, ſub-æqualibus. *Corolla* tubuloſa, calyce duplo longior, baſi dilatatâ : limbo patente, 4-fido, laciniis obtuſis, brevibus, unâ emarginatâ. *Filamenta* 4, quorum duo breviora, erecta, diſtantia, corollâ longiora : pilis longis in medio circumdata. *Antheræ* ſubrotundæ, minimæ. *Germen* 4-fidum, ſuperum. *Stylus* 2-fidus, deflexus,

flexus, æqualis ſtaminibus. *Stigmata* patentia. *Semina* 4, ſubrotunda, nuda.

Habitat loca humida inculta in Cochinchinâ.

GENUS III. TEUCRIUM.

Char. Gener. *Cor.* labium ſuperius (nullum) ultra baſim 2-partitum, divaricatum ubi *ſtamina*. Lin. ſy. pl. G. 764.

Sp. 1. TEUCRIUM POLIUM. β Tí tan tsào. α Dịa tam thảo.
Differ. ſpec. Teuc. *capitulis* ſub-rotundis: *foliis* oblongis, obtuſis, crenatis, tomentoſis, ſeſſilibus: *caule* poſtrato. Lin. ſp. 32.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, ſub-erectus, ceſpitoſus, perennis, 4-gonus, purpuraſcens. *Folia* ovato-oblonga, obtuſa, crenato-inciſa, tomentoſa, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* dilutè purpureus, capitulis ſub-rotundis, denſis, piloſiſſimis, terminalibus. *Calyx* 5-fidus. *Corollæ* labium ſuperius breviſſimum, divaricatum, emarginaturâ amplectens *ſtamina* aſcendentia: labium inferius 3-fidum, laciniis rotundatis, mediâ emarginatâ. Glandula ad baſim germinis, ut in Lathræâ. *Semina* 4 nuda, calycem, & corollæ tubum in maturitate dilatantia.
Habitat incultum prope Cantonem Sinarum.
Polium candidum tomentoſum, flore purpureo. Tourn. Inſt. pag. 206. ſp. 9.

Sp. 2. TEUCRIUM MASSILIENSE. α Tiá tô dất.
Differ. ſpec. Teuc. *foliis* ovatis, rugoſis, inciſo-crenatis: *caulibus* erectis: *racemis* rectis ſecundis. Lin. ſp. 24.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, 4-gonus, albicans, glaber. *Folia* ovata, acuta, profundè crenata, rugoſa, oppoſita. *Flos* violaceus, ſpicis erectis, terminalibus. *Calyx* ovatus, 5-fidus. *Corolla* tubo cylindraceo: labio ſuperiore ſub-nullo. *Semina* 4, nuda. Magnam hujus plantæ virtutem prædicant indigenæ, quam propriâ experientiâ nondum probatam inculcare non præſumo.
Habitat incultum in Cochinchinâ.
Teucrium Creticum. Cluſ. hiſt. 1. pag. 348. Chamædris fruticoſa. Meliſſæ folio. Tournef. Inſt. pag. 205. ſp. 8.

† Sp. 3. TEUCRIUM UNDULATUM. α Cây ſôm dôm.
Differ. ſpec. Teuc. *foliis* oblongis, undulatis, ſub-crenatis: *corymbo* terminali.
Hab, & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, teres, 5-pedalis: *ramis* paten-

patentibus. *Folia* ovato-oblonga, obtuſa, undulata, ſub-crenata, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* pallidus, corymbo racemoſo, terminali. *Corolla* 5-fida: *tubo* brevi: laciniis obtuſis, ſuperioribus divaricatis. *Stamina* longiſſima, aſcendentia. *Semina* 4-nuda, calyce perſiſtente fota.

Habitat ad ſepes Cochinchinæ.

† Sp. 4. TEUCRIUM THEA. α Cày Chè baong.

Differ. ſpec. Teuc. *foliis* ovato-lanceolatis: *caule* procumbente: *pedunculis* axillaribus 3-floris.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 8-pedalis, procumbens, glaber, inermis, teres, ramoſus. *Folia* ovato-oblonga, acuta, integerrima, petiolata, glabra, oppoſita. *Flos* albus, axillaris: pedunculis 3-floris. *Stamina* Didynamica, corollâ longiora. *Stigma* acutum 2-partitum. *Semina* 4, calyce fota.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Virtus: foliorum. Attenuans, Deobſtruens, Diuretica. Theam vocant indigenæ, addito vernaculo nomine: eâque frequenter utuntur ad digeſtionem promovendam, maximè quando ſentiunt ſtomachum gravatum nimia ingurgitatione.

GENUS IV. AJUGA.

Char. Gener. *Cor.* labium ſuperius minimum. *Stam.* labio ſuperiore longiora. Lin. ſy. pl. G. 763.

Sp. 1. AJUGA ORIENTALIS. α Thich thao.

Differ. ſpec. Aj. *floribus* reſupinatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* ſeſquipedalis, erectus, 4-gonus, perennis, fuſco-purpureus. *Folia* ovata, ſub-acuta, crenata, ſubtus tomentoſa, oppoſita. *Flos* purpuraſcens, terminalis, & axillaris, ſpicatus. *Calyx* acutè ſemiquinque fidus, hirſutus, connivens. *Corolla* reſupinata, labio ſuperiore vix ullo, laciniis binis minimis, divaricatis, utrinque adhærentibus labio inferiori, 3-fido. *Stam.* Didynamica, brevia. *Semina* nuda.

Habitat inculta in Cochinchinâ.

Bugula Orientalis, villoſa, flore inverſo, candido, cum oris purpureis. Tournef. Cor. pag. 14. lin. 30. Ajuga Orientalis. Thunb. Jap. pag. 243.

Sp. 2. AJUGA REPTANS. β . . .

Differ. ſpec. Aj. ſtolonibus reptantibus. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, teres, villoſus, repens. *Folia* ovata,

ta, utrinque attenuata, crenata, inciſa, craſſa, villoſa, oppoſita; radicalia minora. *Flos* albus, ſpicis terminalibus, verticillatis, interruptis: *bracteis* ovato-lanceolatis, integerrimis. *Calyx* 5-fidus, hirſutus, laciniis æqualibus, conniventibus. *Corollæ* labium ſuperius minimum, ſtaminibus brevius. *Semina* 4, calyce perſiſtente ſervata. Corollæ non reſupinatæ.

Habitat inculta circa Cantonem Sinarum. Nomen Sinicum non potui indagare.

Conſolida Media, pratenſis, purpurea. Bauh. Pin. pag. 260. n. 2. Ajuga Decumbens. Thunb. Jap. pag. 243.

GENUS V. BETONICA.

Char. Gener. *Cal.* ariſtatus. *Cor.* labium ſuperius adſcendens, planiuſculum: tubo cylindrico. Lin. ſy. pl. G. 776.

Sp. 1. BETONICA OFFICINALIS? α Hoac huông. β Hô hiàm.

Differ. ſpec. Bet. *ſpicâ* interruptâ. *Corollarum* labii lacinia itermedia emarginata. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, ſeſquipedalis, ſub-erectus, 4-gonus: *radice* repente: *ramis* oppoſitis, geniculatis. *Folia* oblongo-ovata, aliqua ſub-cordata, profundè crenata, utrinque pubeſcentia, oppoſita: petiolis longis, gracilibus. Odor ſub-aromaticus, gratus, debilis. Sapor fatuus. Florentem non vidi, quamvis in proprio horto per multos annos cultam; adeoque de ſpeciè certò judicare non poſſum niſi ex habitu.

Habitat non rarò culta in Cochinchinâ, & in Chinâ.

Berg. Mat. Med. pag. 555. Betonica. Hort. Cliffort. pag. 310.

Virtus foliorum. Calefaciens, Tonica, Stomachica.

GENUS VI. BALLOTA.

Char. Gener. *Cal.* hippocrateriformis, 5-dentatus, 10-ſtriatus. *Corollæ* labium ſuperius crenatum concavum. Lin. ſy. pl. G. 778.

† Sp. 1. BALLOTA PILOSA. α Rau nhaong.

Differ. ſpec. Bal. *foliis* ovatis, crenatis, tomentoſis: *verticillis* piloſis: *calycibus* 10-dentatis.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, 4-pedalis, erectus, debilis, 4-gonus, ſtriatus, piloſus, ramoſus. *Folia* ovata, acuta, crenata, tomentoſa, oppoſita. *Flos* albus, 2-labiatus, verticillis axillaribus, piloſis. *Calyx* tubuloſus, recurvus, 10-ſtriatus, limbo 10-dentato, dentibus acutis, reflexis. *Corollæ* labium ſuperius fornicatum, integrum:

tegrum : inferius patens , 3-fidum. *Semina* 4 , nuda. Stam. Didynamica.

Obſerv. A Ballotâ Diſtichâ imprimis differt calycibus 10-dentatis. Differt etiam foliis ovatis , crenatis , nec cordatis , & ſerratis ut in Ballota Diſtichâ videntur.

Habitat inculta in Cochinchinâ.

GENUS VII. LAMIUM.

Char. Gener. *Cor.* labium ſuperius integrum , fornicatum : labium inferius 2-lobum. *Faux* utrinque margine dentata. Lin. ſy. pl. G. 774.

Sp. 1. LAMIUM GARGANICUM. α Cỏ cút lọn. β Hĩ kiem tsào.

Differ. ſpec. Lam. *foliis* cordatis , pubeſcentibus : *corollis* fauce inflatâ , tubo recto , dente utrinque gemino. Lin. ſp. 3.

Hab. , & notæ. *Caulis* herbaceus , perennis , erectus , 3-pedalis , 4-gonus , ramoſus , albicans. *Folia* cordata , ſub-acuta , inæqualiter crenata , pubeſcentia , oppoſita petiolata. *Flos* albo-purpureus , ſpicis verticillatis. *Calyx* 5-fidus. *Corollæ* labium ſuperius fornicatum , integrum : inferius 2-lobum. Tubus rectus. Faux utrinque margine dentatâ. *Stamina* didynamica : *antheris* ſub-rotundis , purpureis. *Stigma* acutum , 2-fidum. *Semina* 4 , nuda.

Habitat incultum in Cochinchinâ , & Chinâ : odore ingratum.

Thunb. Fl. Jap. pag. 246.

GENUS VIII. STACHYS.

Char. Gener. *Cor. labium* ſuperius fornicatum : *lab.* inferius lateribus reflexum : intermediâ maiore , emarginatâ. *Stamina* deflorata verſus latera reflexa. Lin. ſy. pl. G. 777.

† Sp. 1. STACHYS ARTEMISIA. α Cây Ích mẫu. β Kĕ hoći : Sung ủy.

Differ. ſpec. Stac. *verticillis* multifloris : *foliis* inciſis : *caule* ſimplici.

Hab. , & notæ. *Caulis* annuus , rectus , ſimplex , 3-pedalis , 4-gonus , ſulcatus , albicans. *Folia* magna , radicalia ſub-rotunda , crenata : caulina longiora , pinnati-fida , inciſa , ſubtus tomentoſa , petiolata , oppoſita. *Flos* bilabiatus , albo-purpureus , oblongus , verticillis polyfloris , axillaribus. *Calyx* angulatus , 5-fidus , laciniis acutis , binis inferioribus longioribus , pungentibus. *Corollæ* labium ſuperius ovatum , integerrimum , fornicatum : inferius 3-fidum , laciniâ mediâ emarginatâ , lateralibus reflexis. *Stamina* 4 , quorum duo breviora , ad labium ſuperius deflexa. *Stigma* acutum , 2-fidum.

Semina 4, nuda, longiuſcula. *Odor* parum gratus. *Sapor* ſub-amarus.
Habitat culta, incultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.
Virtus: foliorum, florum, & ſeminum. Reſolvens, Corroborans. Valet in affectibus Hyſtericis, & aliis provenientibus ex utero, cujus fluorem cohibet, dolores ſedat, ſanguinis grumos diſſolvit, ſecundinas expellit. Uſus tam internus, quam externus, nec violentus.
Obſerv. Habitus hujus plantæ nondum florentis eſt valde ſimilis Artemiſiæ Unicaulis: virtus Medica ab Artemiſiæ Vulgaris vix differt; ideo aliqui Practici in illis locis pro verâ Artemiſiâ habuerunt. Aſt flos omnino repugnat, qui veræ Stachyos eſt.

GENUS IX. NEPETA.

Char. Gener. *Cor.* labium inferius lacinulâ intermediâ crenatâ. *Faux* margine reflexo. *Stam.* approximata. Lin. ſy. pl. G. 768.

Sp. 1. NEPETA HIRSUTA. *a* Cây mè dất.
Differ. ſpec. Nep. *floribus* ſeſſilibus verticillato-ſpicatis, tomento obvolutis. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, erectus, 4-gonus, piloſus, pallidus. *Folia* lanceolata, ſerrata, hirſuta, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* albus, ſeſſilis, verticillis axillaribus, pilis multis intermixtis. *Corollæ* labium inferius latius, crenatum: *faucis* margine reflexâ. *Stamina* recta, approximata. *Semina* 4.
Habitat ſpontanea in agris Cochinchinæ.
Hort. Cliffort. pag. 311. n. 3.

† *GENUS X. BARBULA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum: laciniis acutis, erectis, æqualibus.
Cor. Ringens, tubo calyci æquali: limbo 5-fido, laciniis 4 labii ſuperioris ovatis, erectis, ſub-æqualibus: labium inferus magnum, patens, incurvum, terminatum fimbriâ longâ, capillari.
Stam. Filamenta 4, erecta, quorum 2 longiora, corollam ſuperantia. Antheræ ſub-rotundæ.
Piſt. Germen ſub-rotundum, 4-ſulcum. Stylus 2-fidus, brevior ſtaminibus. Stigmata ſimplicia.
Peric. Nullum. Calyx connivens.
Sem. 4, ſub-rotunda, nuda.

Nom.

Nom. Barbulam dixi à fimbrià barbatâ labii inferioris.

Char. Gener. *Cor.* Labium inferius magnum, fimbriatum: ſuperius 4-fidum, laciniis ovatis.

† Sp. 1. BARBULA SINENSIS. ∫ Sat fong kim.

Differ. ſpec. Bar. *floribus* verticillatis: *foliis* oblongis, ſerratis.

Hab. *Frutex* lignoſus, 1-pedalis: *ramis* aſcendentibus, paucis. *Folia* ovato-oblonga, obtuſa, ſerrata, baſi integerrima, lineata, tomentoſa, oppoſita: *petiolis* brevibus. *Flos* albus axillaris, verticillis faſtigiatis. Planta grati odoris.

Habitat Cantone Sinarum inculta.

GENUS XI. SCUTELLARIA.

Char. Gener. *Cal.* ore integro: poſt floreſcentiam clauſo, operculato. Lin. ſy. gl. G. 792.

Sp. 1. SCUTELLARIA ALTISSIMA. α Cây thiêt côt: Tía tô rùng.

Differ. ſpec. Scut. *foliis* cordato-oblongis, acuminatis, ſerratis: *ſpicis* ſub-nudis. Lin. ſp. 14.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, 3-pedalis, 4-gonus, ramoſus. *Folia* cordato-oblonga, acuminata, ſerrata, tomentoſa, oppoſita. *Flos* cæruleus, ſpicis longis, ſub-nudis, terminalibus. *Stamina* 4, Didynamica, longa. *Stigma* acutum. *Calyx* integer, foliolo quodam rotundo, concavo ſemina nuda operiens.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Caſſida Orientalis altiſſima, urticæ folio. Tourn. Cor. pag. 11. lin. 15.

Virtus Emmenagoga, Conſolidans. Uſus externus proficuus in oſſium fracturis.

Sp. 2. SCUTELLARIA ALBIDA. α Thiêt côt tàu.

Differ. ſpec. Scut. *foliis* ſub-cordatis, ſerratis, rugoſis, opacis: *ſpicis* ſecundis: bracteis ovatis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, 1-pedalis, 4-gonus, tomentoſus, rubeſcens, ſub-erectus, aliquando repens. *Folia* cordata, obtuſa, ſerrata, oppoſita, petiolata. *Flos* pallidus, ſpicis brevibus, folioſis, terminalibus.

Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.

Scutellaria Teucrii facie, flore albo. Bauh. hiſt. 3. pag. 291.

Sp. 3. SCUTELLARIA ALPINA. α Hán sản thảo.

Differ. ſpec. Scut. *foliis* cordatis, inciſo-crenatis: *ſpicis* imbricatis, rotundato-tetragonis. Lin. ſp. 3.

 Hab.,

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, erectus, ſeſquipedalis. *Folia* cordata, obtuſa, profundè crenata, tomentoſa, oppoſita. *Flos* violaceus, terminalis, ſpicis oblongis, ſub-tetragonis. *Calyx* integer, rotundatus, piloſus. *Corolla* ringens, tubo longo, ad baſim tumido, retrorſum flexo. *Semina* 4, ſquamâ calycinâ tecta.
Habitat in Cochinchinâ, agreſtis.
Teucrium Alpinum, inodorum, magno flore. Bauh. Pin. pag. 247. n. 5.

GENUS XII. MELISSA.

Char. Gener. *Cal.* aridus, ſupra planiuſculus: labio ſuperiore ſub-faſtigatio. *Cor.* labium ſuperius ſub-fornicatum, 2-fidum: labium inferius lobo medio cordato. Lin. ſy. pl. G. 786.

Sp. 1. MELISSA CRETICA. β Tsù sū. α Tu tó.
Differ. ſpec. Mel. *racemis* terminalibus: *pedunculis* ſolitariis, breviſſimis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, erectus, 4-gonus, ramoſus. *Folia* lato-ovata, acuta, obtusè ſerrata, lævia, oppoſita, petiolis longis. *Flos* albo-purpureus, racemis ſpicatis, terminalibus: *pedunculis* florum breviſſimis. *Caulis*, *petioli*, *folia*, *calyces*, omnia rubro-fuſca, parco viridi maculata, mixto odore Pulegii, & cimicum imbuta.
Habitat culta in Chinâ, & Cochinchinâ.
Thunb. Japon. pag. 247. Calamintha Clinopodii Auſtriaci foliis, odore Pulegii. Pluk. Almg. 75. tab. 163. fig. 4.
Virtus: foliorum, & ſeminum. Reſolvens, Diaphoretica, Cephalica. Prodeſt in Cephalgiâ, Hypochondriaſi, & Maniâ ex humoribus craſſis, & frigidis ortis. Foliis recentibus veſcuntur indigenæ in acetariis.

† Sp. 2. MELISSA RUGOSA. α Tiá tô nham lá.
Differ. ſpec. Mel. *racemis* confertis axillaribus, & terminalibus: *foliis* rugoſiſſimis, ſub-rotundis, acuminatis.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, 4-gonus, erectus, ramoſiſſimus. *Folia* rugoſiſſima, ſub-rotunda, acuminata, ſerrata, oppoſita, petiolata. *Flos* albo-ruber, racemis confertis axillaribus, & terminalibus. Planta tota, corollis exceptis, colore obſcuro-viridi prædita. Odore, & virtute præcedenti ſimilis.
Habitat culta, & ſpontanea in Cochinchinâ.

GENUS XIII. DENTIDIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium bilabiatum, 5-fidum, nitidum, piloſum, 5-nervium; erectum: laciniis 3 ſuperioribus obtuſis, denticulatis: 2 inferioribus ſubulatis, longioribus.
Corolla. Ringens, piloſa: labio ſuperiore 4-fido, laciniis ſub-æqualibus, rotundatis, erectis: labio inferiore maiore, integerrimo, incurvo, reflexo.
Stam. Filamenta Didynamica, fauci inſiſtentia, omnia corollâ breviora. Antheræ 2-lobæ, ſtantes, lobis ad baſim divaricatis.
Piſt. Germen 4-fidum. Stylus brevis, æqualis ſtaminibus. Stigma acutum, 2-fidum.
Peric. Nullum. Calyx perſiſtens, ſemina fovens.
Sem. 4, ſub-rotunda.
Nom. Dentidia a calycis laciniis ſuperioribus denticulatis.

Char. Gener. *Cal.* laciniis 3, ſuperioribus denticulatis. *Cor.* labium ſuperius brevius, 4-fidum: inferius integerrimum.

† Sp. 1. DENTIDIA NANKINENSIS. β Kiām nǎn tsù sū.
Differ. ſpec. Dent. *foliis* reniformibus, fimbriatis: *ſpicis* priſmaticis; axillaribus.
Hab. *Caulis* herbaceus annuus, 1-pedalis, erectus, duriuſculus, 4-gonus, rectus, purpureus, glaber: ramis brachiatis. *Folia* reniformia, concava, limbo reflexo, fimbriato, glabra, fuſco-purpurea, oppoſita, petiolis longis. *Flos* albo-ruber, ſpicis priſmaticis, quadragonis, axillaribus. *Planta* aſpectu elegans: colore, & odore Meliſſæ Creticæ ſimilis: foliis, ſpicis, calyce, & corollâ differens.
Habitat Nankini in Sinis: inde Cantonem delata ob pulchritudinem ſtudioſè colitur.

GENUS XIV. OCYMUM.

Char. Gener. *Cal.* labio ſuperiore orbiculato: inferiore 4-fido. *Corollæ* reſupinatæ alterum labium 4-fidum, alterum indiviſum. *Filamenta* exteriora baſi proceſſum emittentia. Lin. ſy. pl. G. 790.

Sp. 1. OCYMUM GRATISSIMUM. α. Rau é lón lá.
Differ. ſpec. Oc. *caule* ſuffruticoſo: *foliis* lanceolato-ovatis, *racemis* teretibus. Lin. ſp. 3.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, rectus, 5-pedalis, 4-ſulcatus, glaber, albicans, ramoſus. *Folia* lanceolato-ovata, ſub-ſerrata, ſubtus punctata, ſuperius lanuginoſa, pallida, odoratiſſima, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, *calycibus* coloratis: *racemis* ſpicatis, lateralibus, & terminalibus: *bracteis* acutis flores pedunculatos diſtinguentibus.

Habitat in hortis Cochinchinæ.

Ocymum Zeylanicum, perenne, odoratiſſimum, latifolium. Burm. Zeyl. pag. 174. tab. 80. fig. 1. Oc. Gratiſſimum. Burm. Ind. pag. 129.

Virt. Pellens, Excitans, Stomachica. Uſus culinaris.

Sp. 2. OCYMUM BASILICUM. α Rau É tiá: Rau Quê.

Differ. ſpec. Oc. *foliis* ovatis glabris: *calycibus* ciliatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, teres, fuſcus, tomentoſus, ramis rectis, aſcendentibus. *Folia* ovata, ſubacuta, ſerrata, pubeſcentia, rubro-fuſca, undulata, oppoſita, petiolata, caryophyllos aromaticos redolentia. *Flos* albus, minutus, racemis ſpicatis, longis, erectis, terminalibus: *calycibus* piloſis, bracteatis, pedunculatis.

Habitat cultum in hortis Cochinchinæ.

Baſilicum Indicum, tertium, nigrum. Rumph. Amb. l. 8. c. 55. tab. 92. fig. 1. Ocimum Criſpum Thunb. Jap. pag. 248. Ocymum Caryophyllatum maius. Bauh. Pin. pag. 226.

Virtus: foliorum, & ſpicarum efficacior præcedente. Attenuans, Pellens, Excitans, Cephalica. Valet in Cephalgia pituitoſâ, doloribus Rheumaticis, & vagis. Semina efficaciſſima habentur contra morſus, & venena ſerpentum, ſi maſticata partim devorentur, partim recenti plagæ imponantur.

Sp. 3. OCYMUM MINIMUM. α Rau é nhỏ lá.

Differ. ſpec. Oc. *foliis* ovatis, integerrimis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis, teres, glaber: *ramis* multis, patentibus. *Folia* ovata, integerrima, parva, glabra, oppoſita, odorata, lætè virentia. *Flos* albus, ſpicis ſimplicibus, terminalibus.

Habitat in hortis Cochinchinæ raro.

Ocymum Minimum. Burm. Ind. pag. 129. Bauh. Pin. pag. 226. n. 10.

† Sp. 4. OCYMUM AFRICANUM. γ . . . .

Differ. ſpec. Ocym. *foliis* lanceolatis, integerrimis, piloſis: *ſpicis* terminalibus, verticillatis, interruptis.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis, erectus, 4-gonus, piloſus: ramis paucis, aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima,

rima, piloſa, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, minutus, reſupinatus, *ſpicis* verticillatis, erectis, longis, terminalibus: verticillis interruptis, hirſutis. Tota planta ſuave-olet.

Habitat incultum in arenariis Africæ Orientalis, ubi illud virens ad examen revocavi.

Huic approximatur ſpicâ verticillatâ Ocymum Album. Lin. ſp. 4. Ocymum Verticillatum. Lin. Jun. Sup. plant. pag. 276. Ocymum Virgatum Thunb. Jap. pag. 250. & Ocymum Citratum Rumph. Amb. l. 8. c. 57. tab. 93. fig. 1. Omnia tamen ab Africano differunt foliis rotundioribus, & aliis notis. Rumphianum minus diſtat. Notandum eſt eaſdem Ocymi ſpecies, etiam in Indiâ, earum natali ſolo, frequenter variare habitum, & formam.

GENUS XV. DRACOCEPHALUM.

Char. Gener. *Cor.* faux inflata: *labium* ſuperius concavum. Lin. ſy. pl. G. 787.

† Sp. 1. DRACOCEPHALUM COCHINCHINENSE. α Cây cò sộ.

Differ. ſpec. Drac. *floribus* ſpicatis: *bracteis* ſub-rotundis, acutis. *Foliis* ovato-lanceolatis, integerrimis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 10-pollicaris, erectus, 4-gonus ſulcatus, villoſus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, villoſa, pauca, oppoſita. *Flos* violaceus, ſpicatus, terminalis: *bracteis* ſubrotundis, acutis, multifloris. *Corolla* fauce inflatâ: labio ſuperiore concavo. *Filamenta* Didynamica, piloſa. *Stigma* acutum, 2-fidum, laciniis inæqualibus, mutuò inflexis. *Semina* 4.

Habitat agreſte in Cochinchinâ.

GENUS XVI. TRICHOSTEMA.

Char. Gener. *Cor.* labium ſuperius falcatum. *Stamina* longiſſima. Lin. ſy. pl. G. 791.

† Sp. 1. TRICHOSTEMA SPIRALIS. α Cây râu mèo.

Differ. ſpec. Tric. *ſtaminibus* longiſſimis, ſpiralibus.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 4-pedalis, erectus, 4-gonus: *ramis* brachiatis. *Folia* ovata, acuta, integerrima, tomentoſa, oppoſita. *Flos* albo-violaceus, ſpicis longis, terminalibus. *Calyx* 2-labiatus. *Corolla* ringens, labio ſuperiore falcato. *Stamina* longiſſima, in helicem convoluta (quorum 2-breviora) intra corollam retenta. *Semina* 4, nuda.

Obſerv. Ad Trich. Brachiatam Linnæi quodammodo accedit: ſed noſtræ

noſtræ ſtamina nullatenus brevia dici poſſunt, imo neo mediocria. Habitat inculta in Cochinchinâ.

† GENUS XVII. COLEUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium bilabiatum: labio ſuperiore 4-fido, laciniis linearibus: inferiore lanceolato, integerrimo, incurvo, longiore.

Cor. Ringens, calycem ſuperans: labio ſuperiore aſcendente, brevi obtuſo, 4-fido, laciniis lateralibus brevioribus: labio inferiore ovato, concavo, integro, duplò longiore.

Stam. *Filamenta* 4 (quorum 2 brev:ora) filiformia, ſub-inflexa, fauci inſidentia, corollâ duplò longiora: omnia ad medium uſque coalita in tubum, vaginantem ſtylum. Antheræ ovatæ, imcumbentes.

Piſt. Germen 4-fidum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma acutum, 2-fidum.

Peric. Nullum. Calyx fovens ſemina.

Sem. 4 ovata.

Nom. (Κολεος vagina) a filamentis ſtylum vaginantibus.

Char. Gener. Filamenta in tubum coalita, ſtylum vaginantia.

† Sp. 1. COLEUS AMBOINICUS. α Rau thom loung: Tiá tô taò.

Differ. ſpec. Col. *foliis* ſubcordatis, crenatis, carnoſis: *ſpicis* terminalibus, longiſſimis.

Hab. *Radix* perennis, repens. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, ſub erectus, craſſus, teres, ad apicem ſub-4 gonus, piloſus, pallidus. *Folia* ſubcordata, ſubrotunda, obtuſa, crenata, carnoſa, piloſa, albicantia, mollia, odorata, oppoſita, petiolis longis. *Flos* purpuraſcens, terminalis, ſpicis longis, verticillatis, interruptis.

Habitat in hortis Cochinchinæ, & in variis Indiæ locis, præſertim humidis.

Marrubium Amboinicum Album. Rumph. Amb. l. 8. c. 75. tab. 72. Marrubium Odoratiſſimum Betonicæ ſolio. Burm. Zeyl. pag. 153. tab. 71. fig. 1. Marrubium Zeylanicum, Odoratum, Nepetæ facie, folio Lamii Panonici. Herm. Mus. Zeyl. pag. 30.

Obs. Hæcplanta, ejuſque flores ſat bene deſcribuntur a Rumphio, loco citato: ſpica vero (non flores ſinguli) melius repræſentatur a Burmanno.

Virt. Reſolvens, Tonica, Cephalicâ. Prodeſt in Aſthmate, antiquâ Tuſſi, affectionibus Epilepticis, & Convulſivis. Odor totius plantæ vehemens, nec ingratus: ſapor ſubardens. Uſus etiam edulis.

GE-

GENUS XVIII. ORIGANUM.

Char. Gener. *Strobilus* tetragonus, ſpicatus, calyces Colligens. Lin. ſy. pl. G. 784.

Sp. 1. ORIGANUM DICTAMNUS. *ß* Quām tūm fām fūm.
Differ. ſpec. Orig. *Foliis* inferioribus tomentoſis: *ſpicis* nutantibus. Lin. ſp. 2.
Hab; & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 1-pedalis, durus, rectus: ramis longis debilibus, brachiatis. *Folia* ovata, acuta, ſerrata, inferiora tomentoſa, ſuperiora glabra, punctata, oppoſita. *Flos* albus, *ſpicis* brevibus, reclinatis, terminalibus: *bracteis* laxis, ſubrotundis, acuminatis, magnis. Planta grati odoris.
Habitat incultum prope Cantonem Sinarum. Notandum in provinciis Borealibus Sinarum naſci aliam plantam eódem nomine *Fām fūm* vocatam, radice carnoſâ albâ, ſub-fuſiformi, magni uſus in Medicinâ, ſed prorſus alienam ab Origano.
Dictamnus Creticus. Bauh. Pin. pag. 222. n. 1. Hill. Brit. herb. pag. 381. tab. 54. f. 12.
Virt: totius plantæ. Calefaciens, Deobſtruens, Emmenagoga.

Sp. 2. ORIGANUM CRETICUM. *ß* Quām tūm Kīm kiái.
Differ. ſpec. Orig. *Spicis* aggregatis, longis, priſmaticis, rectis: *bracteis* membranaceis, calyce duplo longioribus. Lin. ſp. 4.
Hab; & notæ. *Caulis* 1-pedalis, perennis, erectus, craſſus, 4-gonus, tomentoſus, rubeſcens. *Folia* ovata, ſubacuta, crenatá, rugoſa, tomentoſa, oppoſita, petiolata. *Flos* albo-violaceus, *ſpicis* priſmaticis, congeſtis, terminalibus: *bracteis* flore longioribus. *Calyx* 2-labiatus, piloſus: labio altero ovato, integerrimo: altero 2-fido. *Corolla* ringens, calyce longior: labio ſuperiore 2-fido, connivente: inferiore 3-fido, reflexo. *Bracteæ* rubeſcentes, ſicut caulis. *Radix* Craſſa in multos caudices aſcendentes ſuperius diviſa. Planta odorata.
Habitat incultum prope Cantonem ſinarum.
Virtus. Calefaciens, Tonica, Emmenagoga.
Bauh. Pin. pag. 223. n. 5. Berg. Mat. Med. pag. 562.

Sp. 3. ORIGANUM HERACLEOTICUM. *α.* Kinh giái taù. *ß.* . . .
Differ. ſpec. Orig. *Spicis* longis, pedunculatis, aggregatis: *bracteis* longitudine calycum. Lin. ſp. 6.
Hab; & notæ. *Caulis* ſimplex, 2-pedalis, erectus, 4-gonus, ſulcatus, ramoſus, perennis. *Folia* ovata, acuta, ſerrata, baſi integerri-

GENUS XXI. GMELINA.

Char. Gener. *Cal.* ſub-4-dentatus. *Cor.* 4-fida, Campanulata. *Antheræ* bipartitæ; 2 ſimplices. *Drupa* nucleo 2-loculari. Lin. ſy. pl. G. 821.

Sp. 1. GMELINA ASIATICA? α Cây Gang tu hú. Lin. ſp. 1.

Differ. ſpec. Gmel. *Caule* arboreo, *aculeis*, & *foliis* oppoſitis: *racemo* ſimplici, terminali.

Hab; & notæ. *Arbor* mediocris, 15 pedes alta: *ramis* expanſis: *aculeis* oppoſitis, longis, rectis. *Folia* ovata, integerrima, glabra, oppoſita, petiolata, parva. *Flos* luteus, racemo ſimplici, terminali, amentiformi: *ſquamis* magnis, ovatis, concavis, integerrimis, rubris, flores ſingulos protegentibus. *Perianthium* proprium ovatum, carnoſum, 2-fidum, laciniis obtuſis. *Corolla* ringens, tubo tenui, longiuſculo: limbo inflato-rotundo, lateraliter ringente: *labio* ſuperiore fornicato, integro: inferiore 3-fido. *Stamina* 4, Didynamica, corollâ breviora. *Drupa* mediocris, ſubovalis, carnoſa, lutea, glabra, non edulis: *nuce* oſſeâ, oblongâ, inæquali, biloculari.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Radix Deiparæ ſpuria, Lowara. Rumph. Amb. l. 2. c. 48. pag. 127. tab. 40.

Obſerv. Quamvis in figurâ Rumphianâ folia ſint 3-loba, in noſtrâ vero integerrima, non judicavi diverſam ſpeciem decernere, cum pleraque alia conveniant, imprimis corollæ forma perſonata. Pro hoc genere, & ſpecie a Celeb. Lin. citatur Jamboſa ſylveſtris parvifolia, (Rumph. 1. pag. 129. tab. 40.) quæ procul-dubio Eugeniæ ſpecies eſt, nullatenus Gmelinæ.

Virtus. Calefaciens, Reſolvens. Valent in doloribus articulorum, & affectibus nervorum radix internè ſumpta, folia externè applicata.

GENUS XXII. LANTANA.

Char. Gen. *Cal.* obſoletè 4-dentatus. *Stigma* uncinato-refractum. *Drupa* nucleo 2-loculari. Lin. ſy. pl. G. 824.

† Sp. 1. LANTANA RACEMOSA. α Cây Thi.

Differ. ſpec. Lant. *foliis* oppoſitis, ſub-rotundis: *caule* arboreo inermi: *racemis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, *ramis* patentibus inermibus. *Folia* ſubrotunda, acuminata, integerrima, plana, glabra, dura, obſcurovi-

ridia, ſubtus albicantia, oppoſita, petiolis longis, baſi glanduloſis. *Flos* albus, magnus, racemis compoſitis, nudis, vaſtis, terminalibus. *Cal.* ſub-truncatus, denticulis 4-5, minimis. *Corolla* campanulata, 5-fida, ſub-æqualis. *Drupa* carnoſa, turbinata, compreſſa, apice retuſa: *nuce* 2-loculari. *Stamina* Didynamica. De ſtigmate (an uncinatum?) non amplius recordor.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ: ubi ejus lignum cæditur pro ædeficiis.

GENUS XXIII. BARLERIA.

Char. Gener. *Cal.* 4-partitus. *Stamina* 2 longè minora. *Capſ.* 4-angularis, 2-locularis? 2-valvis, elaſtica, abſque unguibus. *Sem.* 2. Lin. ſy. pl. G. 848.

† Sp. 1. BARLERIA PROCUMBENS. Kām qūa tsù.

Differ. ſpec. Barl. inermis: *foliis* lanceolatis, crenatis, hiſpidis: *capitulis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, inermis, procumbens, multiplex, tortuoſus, hiſpidus. *Folia* lato-lanceolata, crenata, piloſa, oppoſita. *Flos* luteus, *capitulis* terminalibus: *bracteis* acuminatis ciliatis. *Calycis* laciniæ 4, ſubulatæ, piloſæ. *Stamina* 2 valde minora. *Capſ.* oblonga, angulata, 2-locularis, 2-ſperma: *ſeminibus* orbiculatis.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

† *GENUS XXIV. CAMPSIS.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium oblongum, 5-gonum, ſemiquinquefidum: laciniis acuminatis, erectis, ſub-æqualibus.

Cor. Infundibuliformis: tubo calyci æquali: limbo magno, patente, 5-fido, laciniis rotundatis, planis, æqualibus.

Stam. Filamenta 4 (quorum 2 breviora) ſubulata, mutuò incurva, medio tubo inſidentia. Antheræ 2-loculares: lobis divaricatis.

Piſt. Germen oblongum. Stylus filiformis, longior ſtaminibus. Stigma ſpathulatum, 2-fidum, hians.

Peric. Capſula longa, 4-gona, 2-valvis, 2-locularis, polyſperma.

Sem. Sub-rotunda, multa.

Nom. (Καμψει curvatio) ab ſtaminibus mutuò incurvatis.

Char. Gener. *Cal.* 5-gonus, 5-fidus. *Cor.* infundibuliformis, 5-fida. *Sta-*

Stamina mutuò inflexa. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

Sp. 1. CAMPSIS ADREPENS. β Liên ſiêu.

Differ. ſpec. Camp. *foliis* 2-pinnatis: *corymbo* racemoſo.

Hab. *Caulis* fruticoſus, inermis, ſcandens, radiculis lateralibus arborum truncis adrepens. *Folia* 2-pinata, *foliolis* ovato-lanceolatis, ſerratis, glabris. *Flos* coccineus, magnus, racemis ordinatè compoſitis, terminalibus.

Habitat in ſylvis prope Cantonem Sinarum.

GENUS XXV. DIGITALIS.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, 5-fida, ventricoſa. *Capſ.* ovata, 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 816.

✝ Sp. 1. DIGITALIS COCHINCHINENSIS. α Cây Bọ loung.

Differ. ſpec. Dig. *foliis* lanceolatis, aſperis: *floribus* ſolitariis, axillaribus: calycibus acutis: *corollis* obtuſis, apice emarginatis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, ſub-erectus. *Folia* lanceolata, integerrima, aſpera, oppoſita. *Flos* albo-violaceus, ſeſſilis, axillaris, ſolitarius; *calycibus* 5-fidis, acutis. *Corolla* campanulata, ſubtus ventricoſa, 5-fida, laciniis obtuſis, ſupremâ emarginatâ. Capſula ovata, acuta, 2-locularis.

Habitat in agris, & hortis Cochinchinæ inculta.

† Sp. 2. DIGITALIS SINENSIS. β Tsù hoā yong.

Differ. ſpec. Dig. *foliis* ovatis, utrinque piloſis: *floribus* ſolitariis axillaribus: *calycis* laciniis ſubulatis: *corollis* obtuſis, apice integris.

Hab., & notæ. *Caulis* ceſpitoſus, erectus, 1-pedalis, teres, glaber. *Folia* ovata, acuta, ſerrata, utrinque piloſa, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* fuſco-purpureus, axillaris, ſolitarius. *Calycis* laciniæ 5, ſubulatæ erectæ, ſuprema maior, aliquando 2-fida. *Corolla* campanuláta, ventricoſa, 4-fida, laciniis obtuſis, ſummâ maiore, integrâ. *Stamina* Didynamica. *Stigma* cochleariforme. *Capſula* ovato-conica, 2-ſulca, 2-locularis, polyſperma.

GENUS XXVI. BIGNONIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus cyathiformis. *Cor.* fauce campanulata, ſubtus ventricoſa, 5-fida. *Siliqua* bilocularis. *Sem.* membranaceo-alata. Lin. G. 817.

Sp. 1. BIGNONIA INDICA. α Cây Dôi muong: Cây do do.
Differ. ſpec. Bign. *foliis* bipinnatis : *foliolis* integerrimis, ovatis, acuminatis. Lin. ſp. 16.
Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis aſcendentibus. *Folia* bipinnata; foliolis ovatis, acutis, integerrimis, glabris, oppoſitis. *Flos* magnus, ruber, racemis erectis, terminalibus. *Calyx* ſpatha lunata, craſſa, colorata, lanoſa. *Corolla* 1-petala, ringens : tubo magno, curvo, ventricoſo : *labio* ſuperiore truncato : *inferiore* longiore, 3-partito, laciniis ovatis, undulatis, ſub-æqualibus. *Filamenta* 4, ſubulata, quorum 2 longiora, baſi tubi corollæ inſiſtentia. *Antheræ* binæ in quolibet filamento, oblongæ, biloculares, magnæ, pendulæ. *Germen* oblongum, ſub-4-gonum. *Stylus* ſubulatus, longior ſtaminibus. *Stigma* ſpathulatum. *Pericarpium* ſiliqua longiſſima, compreſſa. ſub-curva, lanoſa, 2-valvis, 4-locularis, polyſperma : diſſepimento rectangulo. *Semina* plurima compreſſa, biloba : lobis orbiculatis, invicem coalitis : alâ membranaceâ lateraliter protenſâ : per ſtrata varia in quolibet loculo diſpoſita, nec imbricata.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ, imprimis prope flumina.
Burm. Ind. pag. 131. Pajanelli. Rheed. Malab. 1. pag. 79. tab. 45.
Varietas occurrit in Africâ prope Mozambiccum, *caule* arboreo, parvo, *foliis* ſimiliter bipinnatis, *pedunculis* polyfloris, terminalibus : *ſiliquâ* glabrâ, curvâ, 1-pedali, compreſſâ : *ſeminibus* oblongis, 2-lobis, per tres ordines diſpoſitis in quolibet loculo.

† Sp. 2. BIGNONIA PENTANDRA. Cây Nguc ngnac.
Differ. ſpec. Bign. *foliis* bipinnatis : *ſtaminibus* pentandris : *calyce* carnoſo, colorato, 5-dentato.
Differ. ſpec. *Arbor* mediocris, *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, glabra, 2-pinnata cum impari. *Flos* magnus, ruber, racemis erectis, terminalibus. *Calyx* tubuloſus, 5-gonus, obſoletè 5-dentatus, carnoſus, coloratus, perſiſtens. *Corolla* monopetala, ringens, tubo craſſo, æquali, brevi : *labio* ſuperiore concavo, 2-fido : inferiore 3-fido : laciniis omnibus ovatis, criſpis, ſub-æqualibus. *Filamenta* 5 inæqualia, medio tubo inſidentia : *Antheris* 10, oblongis, pendulis, æqualibus, binis in quolibet filamento. *Germen* oblongum, obtusè 4-gonum. *Stylus* ſubulatus, longior ſtaminibus. *Stigma* ſpathulatum. *Siliqua* 2-pedalis, curva, utrinque attenuata, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma. *Semina* oblonga, compreſſa, 2-loba, alata utrinque membranâ tenui.
Habitat prope flumina in Cochinchinâ.

Sp. 3.

† Sp. 3. BIGNONIA LONGISSIMA. α Cây Quao.

Differ. ſpec. Bign. *foliis* alternis : *floribus* ſolitariis, longiſſimis : *Calyce* nullo.

Hab., & notæ. *Arbor* parva, 9 pedes alta, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* albus, magnus, ſolitarius, terminalis. *Cal.* nullus. *Corolla* infundibuliformis, tubo tenui, longiſſimo : limbo amplo, 5-fido, laciniis ovatis, criſpis, ſub-æqualibus, inciſurâ ſupremâ breviore. *Filamenta* 4, quorum 2 breviora, ori tubi inſerta. *Antheræ* oblongæ, 2-loculares, binæ in quolibet filamento, ipſi normales, horizontaliter porrectæ. *Stylus* filiformis, corollæ ſub-æqualis. *Stigma* ſpathulatum. *Siliqua* longa, compreſſa, curvato-unciformis, 2-valvis : diſſepimento longitudinali, cruciformi in 4 loculos diviſa. *Semina* plurima compreſſa, oblonga, 2-loba, in diverſa ſtrata ordinata.

Habitat ad ripas fluminum in Cochinchinâ.

Obſerv. Lignum Equinum (Rumph. Amb. l. 4. c. 40. t. 46) Linnæo Juniori dictum Bignonia Spathacea (ſup. pl. p. 283) ſatis cum noſtrâ convenit longitudine, & formâ corrollæ : non autem calyce ſpathaceo, & foliis pinnatis. Omnes tres ſpecies Aſiaticæ, quas modo deſcripſimus (ſi ſiliquam cum ſeminibus excipias) aptari nequeunt Characteri Generico Bignoniæ a Linnæo explantis Americanis conflato : imo etiam ſiliqua non ſemper 2-locularis invenitur in Aſiaticis.

GENUS XXVII. RUELLIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ſub-campanulata. Stamina per paria approximata. *Caps.* dentibus elaſticis diſſiliens. Lin. ſy. pl. G. 847.

Sp. 1. RUELLIA ANTIPODA. α Rau Chon vit.

Differ. ſpec. Ru. *Foliis* mucronato-ſerratis : *caule* repente : *floribus*, ſub-ſpicatis, terminalibus, quinis, ternis ve. Lin. ſp. 12.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 5-pollicaris, teres, repens, ramis diffuſis. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrata, oppoſita, glabra, ſeſſilia. *Flos* albo-violaceus, terminalis, pedunculis polyfloris. *Calyx* 5-fidus, acutus, erectus, permanens. *Corolla* ringens, 5-fida. *Stamina* per paria curvaturâ approximata. *Capſula* ſubulata, teres, longa, 2-locularis, polyſperma, elaſticè diſſiliens.

Habitat ſpontanea in pratis, & hortis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 134. Cruſta ollæ maior. Rumph. Amb. l. 9. c. 72. tab. 170. fig. 2. Notandum Rumphium ibi plantam deſcripſiſſe pedun-

cunculis polyfloris, ſubterminalibus; noſtris magis conformem: ſed in figurâ eam delineaſſe flore ſolitario, axillari, quod potius ad Ruelliam Ciliarem referendum eſt.

Sp. 2. RUELLIA CILIARIS. α Rau thôm dât.
Differ. ſpec. Ru. *foliis* dentatis, ciliatis: *floribus* oppoſitis. Lin. ſp 7.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 8-pollicaris, angulatus, ſulcatus, ramoſus, diffuſus, repens. *Folia* ovata, dentata, oppoſita, ſubpetiolata. *Flos* albo-violaceus, ſolitarius, oppoſitus, axillaris, pedunculis longis. *Calyx* oblongus, angulatus, ciliatus, 5-partitus, perſiſtens. *Corolla* ringens, labio ſuperiore breviore, 2-fido: inferiore, 3-fido. *Stamina* Didynamica, approximata: rudimentum duorum filamentorum ſterilium inter ſtamina longiora aſſurgentium. *Capſula* ovata, 2-locularis, polyſperma, apice elaſticè diſſiliens.
Ruellia Perſica? Burm. Ind. pag. 135. tab. 42. fig. 1. Aſt ea figura (quamvis a Linnæo Citata) nullatenus cum Linnæanâ deſcriptione, aut cum noſtrâ convenit!
Habitat in agris Cochinchinæ ſpontanea.

† *GENUS XXVIII. DICEROS.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-partitum: laciniis ſubulatis, villoſis, erectis, ſubæqualibus.
Cor. Campanulata, 4-fida: tubo intus piloſo: laciniis limbi cordatis, unâ maiore.
Stam. Filamenta 4 (quorum 2 longiora) ſubulata, piloſa, tubo inhærentia. Antheræ profundè 2-fidæ, divaricatæ, 2-cornes.
Piſt. Germen ſubulatum, breve, 4-ſulcum. Stylus tubo æqualis. Stigma Cochleariforme, inflexum.
Peric. Capſula, ſub-ovata, 2-locularis, 2-valvis.
Sem. Plurima, rotunda, minima.

Nom. (Δίκερος bicornis) ob antheras bicornes.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* Campanulata, 4-fida: laciniis obcordatis, unâ maiore. *Antheræ* divaricatæ. Caps. 2-locularis.

† Sp. 1. DICEROS COCHINCHINENSIS. α Rau ngô.
Differ. ſpec. Dic. *foliis* ſtellatis, carnoſis: *floribus* ſolitariis, axillaribus.
Hab. *Radix* perennis, repens. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, ſubereclus, teres, villoſus. *Folia* ſtellata terna, ovato-lanceolata, ſerrata.

ta, carnoſa, glabra. *Flos* albo-violaceus, ſolitarius, axillaris, pedunculis villoſis.

Habitat loca humida in Cochinchinâ.

Uſus. Eſculentus in acetariis.

GENUS XXIX. SESAMUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata 5-fida: lobo infimo maiore. *Rudimentum* filamenti quinti. *Stigma* lanceolatum. *Caps.* 4-locularis. Lin. ſy. pl. G. 845.

Sp. 1. SESAMUM ORIENTALE. α Cây Mè. β Mà: Chi-

Differ. ſpec. Ses. *foliis* ovato-oblongis. integris. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, erectus, 3-pedalis, 4-gonus, 4-ſulcatus. *Folia* ovato-oblonga, integra, dentata, piloſa, venoſa, petiolata, oppoſita. *Flos* albus, axillaris, ſolitarius, pedunculatus. *Calyx* 5-partitus, erectus. *Corolla* campanulata, inæqualiter 5-fida. *Capſula* oblonga, 4-gona, 4-ſulca, 4-locularis, polyſperma: *ſeminibus* plurimis, compreſſis, acutiuſculis, luteis, nitidis. *Stamina* Didynamica, ſine aliquo rudimento filamenti quinti. *Stigma* 2-fidum reflexum. Ad baſim cujuslibet pedunculi floris prodeunt ex utrâque axillâ ſingulæ bracteæ lineares, breves, cum ſingulis glandulis luteis, 5-fidis, quæ floſculi cujusdam minimi ſpeciem ferunt.

Habitat affatim cultum in Cochinchinâ, & Chinâ.

Thunb. Japon. pag. 254. Digitalis Orientalis ſeſamum dicta. Burm. Zeyl. pag. 87. tab. 38. fig. 1

Virtus: præcipuè ſeminum, & olei expreſſi. Reſolvens, Emolliens. Prodeſt in convulſionibus, ſi folia Abſynthii cum illo contundantur, & calidè fricentur artus convulſi. Uſus eſculentus in condiendis cibis.

GENUS XXX. CHELONE.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Rudimentum* filamenti quinti inter ſuprema ſtamina. Caps. 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 806.

Sp. 1. CHELONE OBLIQUA. α . . . .

Differ. ſpec. Chel. foliis lanceolatis, petiolatis, ſerratis, oppoſitis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 3-pedalis, erectus: *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, rugoſa, petiolata, oppoſita. *Flos* rubro-purpureus, ſubterminalis, 2-3-natus. *Cal.* 5-partitus.

Co-

Corolla perſonata, inflata, ſub-clauſa, 5-fida, laciniis, ſubæqualibus, emarginatis. *Filamenta* 4, Didynamica. *Rudimentum* quinti non erat. *Capſula* 2-locularis, 2-ſperma.

Habitat Agreſtis in Cochinchinâ.

Mill. ic. 62. tab. 93.

GENUS XXXI. ANTIRRHINUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* baſis deorſum prominens, nectarifera. *Caps.* 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 808.

Sp. 1. ANTIRRHINUM SPURIUM. β . . . . . .

Differ. ſpec. Ant. *foliis* ovatis, alternis: *caulibus* procumbentibus. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, procumbens, piloſus: *ramis* multis, diffuſis. *Folia* ovata, cordata, tomentoſa, infima oppoſita, ſuperiora alterna. *Flos* luteus, ſolitarius, pedunculis axillaribus. *Corolla* nectario calcarato, incurvo: *labio* ſuperiore 2-fido, inferiore 3-fido: *fauce* clauſâ.

Habitat incultum Cantone Sinarum.

Antirrhinum caule procumbente, foliis villoſis, ovatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis. Hall. Helv. n. 341.

Sp. ANTIRRHINUM LINARIA. β Sòy kúe hoā.

Differ. ſpec. Ant. *foliis* lanceolato-linearibus, confertis: *caule* erecto: *ſpicis* terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. Lin. ſp. 31.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, duriuſculus, erectus, ſeſquipedalis, ſimplex, teres: *ramis* erectis, paucis. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, ſparſa, confertaque. *Flos* imbricatus, ſpicis longis, terminalibus, colore dilutè luteo, croceoque variatus. *Calyx* 5-phyllus, acutus: foliolis binis inferioribus divaricatis, *corollæ* calcar ſubulatum prementibus. *Corolla* labio ſuperiore 2-fido, inferiore 3-fido: *fauce* turgidâ, clauſâ. *Stamina* 4, ſub-petaliformia, exotica, tortuoſa, quorum 2 breviora. *Capſula* ſubrotunda, apice 2-loba, bilocularis, polyſperma, ſæpius abortiens.

Habitat Cantone Sinarum, cultum ob ſpeciem floris.

Antirrhinum foliis linearibus, ſparſis. Hort. Cliff. pag. 325. Antirrhinum foliis linearibus, adſcendentibus, congeſtis: caule erecto, ſpicato. Hall. Helv. n. 336.

Sp. 3. ANTIRRHINUM MOLLE. α Rau Chièo loung.

Differ. ſpec. Ant. *corollis* ecaudatis: *foliis* oppoſitis ovatis, tomentoſis: *caulibus* procumbentibus. Lin. ſp. 40.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, procumbens, 2-pedalis, 4-ſulcus, piloſus, ramoſus. *Folia* ovata, integerrima, parva, utrinque villoſiſſima, oppoſita. *Flos* purpureus, ſub-terminalis, verticillatus: *labio* corollæ ſuperiore 2-fido, inferiore 3-fido: *rictu* clauſo: *caudâ* nullâ. *Capſula* oblonga, 2-locularis, *ſeminibus* lenticularibus.

Habitat ſpontaneum in pratis Cochinchinæ.

Antirrhinum Hiſpanicum villoſum, origani folio glutinoſo. Tourn. Inſt. pag. 168.

† Sp. 4. ANTIRRHINUM PORCINUM. α Rau Chĕo heo.

Differ. ſpec. Ant. *floribus* ecandatis, verticillatis: *foliis* lanceolatis, oppoſitis, glabris: *caulibus* erectis.

Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, annuus, ſub-multiplex, diffuſus. *Folia* lanceolata, ſub-ſerrata, glabra, viſcoſa, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* albo-purpureus, axillaris, verticillatus, multus: *calyce* 5-partito, longiuſculo, laciniis ſubulatis, erectis, piloſis. *Corolla* 5-fida, parum gibba, ecaudata, *rictu* patente, calyce brevior. Capſula, 2-locularis, polyſperma, apice dehiſcens.

Habitat loca humida Cochinchinæ: ubi colligitur pro nutrimento ſuum, ex quo vernaculum nomen Porcinum.

† Sp. 5. ANTIRRHINUM AQUATICUM. α Rau Chĕo nüoc.

Differ. ſpec. Ant. *foliis* verticillatis: *floribus* ſolitariis: *corollis* rotundè inflatis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, teres, glaber. *Folia* lanceolato-linearia, verticillata, ſub-quaterna, integerrima, glabra, ſeſſilia. *Flos* purpuraſcens, axillaris, ſolitarius. *Calyx* 5-partitus. *Corolla* palato aperto, rotundè inflata, perſonata, labio ſuperiore 2-fido, inferiore 3-fido. *Capſula* oblonga, 2-locularis, polyſperma.

Habitat in paludibus Cochinchinæ.

GENUS XXXII. COLUMNEA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* labium ſuperius fornicatum, integrum: ſupra baſim gibba. *Antheræ* connexæ. Capſula 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 856.

† Sp. 1. COLUMNEA STELLATA. α Hōa Kăch.

Differ. ſpec. Col. *foliis* ſtellatis: *floribus* ſolitariis: *caule* repente.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, repens, teres, gracilis, albicans: *ramis* ſub-erectis, 4-pollicaribus, tenerrimis. *Folia* ovata, 3 lineas longa, ſerrata, ſtellata terna, pallidè virentia, odori-

rifera, petiolata. *Flos* albus, rubro virgatus, hirſutus, ſolitarius, axillaris, pedunculatus. *Cal.* 5-partitus, laciniis ſubulatis, erectis, æqualibus. *Corolla* ringens, tubo longiuſculo, vix gibbo: labio ſuperiore fornicato; 3-fido: inferiore 2-fido. *Stamina* Didynamica, per paria invicem incurvata: antheris ovatis, connexis, difficulter ſeparabilibus. *Capſula* ſubulata, 2-locularis, polyſperma. Omnia, præter capſulam, piloſa. *Planta* aquatica, quæ, deficiente humore, ſtatim perit: odore, & aſpectu amæniſſima: mundo muliebri conveniens, & uſitata.

Habitat in multis locis Cochinchinæ: colitur in vaſis fictilibus, & ligneis aquâ plenis, ſubſtrato luto.

Virtus. Emolliens, Refrigerans, Humectans.

GENUS XXXIII. MAZUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, magnum, 5-gonum, 5-fidum: laciniis lanceolatis, patentibus, ſub-æqualibus, perſiſtentibus.

Cor. Ringens, labio ſuperiore acuminato, ſub-fornicato, leviter 2-fido: inferiore longiore, 3-fido, laciniis rotundatis, inflexis: faux exterius biſulcata, interius conſita papillis pedunculatis.

Stam. Filamenta 4 (quorum duo longiora) per paria invicem inflexa. Antheræ oblongæ, connexæ.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus longioribus. Stigma ſpathulatum, 2-fidum, hians.

Peric. Capſula ſub-rotunda, compreſſa, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

Sem. Multa, ovata, minuſcula.

Nom. (Μαζός papilla) a papillis pedunculatis, quæ faucem obſtruunt.

Char. Gener. *Cal.* campanulatus. *Cor.* ringens, fauce papillis obſtructâ. *Antheræ* connexæ. Capſ. 2-locularis.

† Sp. 1. MAZUS RUGOSUS. α Rau dáng lõng lá.

Differ. ſpec. Maz. *foliis* ovatis rugoſis: *ſpica* laxâ, terminali.

Hab. *Caulis* herbaceus, annuus, ſub-erectus, ſemipedalis, ramoſus. *Folia* ovata, ſerrata, rugoſa, oppoſita. *Flos* albo-violaceus, ſpicâ longâ, laxâ, pedunculis longiuſculis.

Habitat in agris Cochinchinæ.

GENUS XXXIV. MANULEA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* limbo 5-partito ſubulato : laciniis ſuperioribus 4 magis connexis. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 830.

† Sp. 1. MANULEA INDIANA. *ε* Non trin Nam.
Differ. ſpec. Man. *foliis* ovatis, integerrimis, oppoſitis : *flore* capitato.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, durus, villoſus, ſimplex, ramis aſcendentibus. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, ciliata, incana, oppoſita, ſeſſilia. *Flos* cæruleus, capitulis ſub-rotundis, bracteis ſetoſis, floſculis intermixtis. *Calyx* 5-partitus, acutus, villis hiſpidus, ſub-æqualis. *Corollæ* limbus 5-partitus, laciniis acutis, 4 ſuperioribus magis connexis. *Stamina* Didynamica, *antheris* connexis. *Capſula* acuminata, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma. Planta odorata ſatureiæ odore.
Habitat prope maris litora arenoſa in Cochinchinâ.

GENUS XXXV. MARTYNIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus *Cor.* ringens. *Capſ.* lignoſa, corticata, roſtro hamato, 5-locularis, 2-valvis. Lin. ſy. pl. G. 811.

† Sp. 1. MARTYNIA ZANGUEBARIA. *γ* Biri viri.
Differ. ſpec. Mart. *foliis* pinnati-fidis : *flore* axillari ſolitario : *caule* procumbente.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, teres, procumbens, ramoſus, 8-pedalis. *Folia* oblonga, pinnato-inciſa, piloſa, oppoſita, petiolata. *Flos* dilutè purpureus, axillaris, ſolitarius. *Calyx* 5-phyllus, foliolis lanceolatis, piloſis, expanſis, ſub-æqualibus, deciduiis. *Corolla* ringens, tubo magno, ſub-rotundo-gibboſo : *limbo* brevi, labio ſuperiore 3-fido, obtuſo, lacinia mediâ emarginatâ : *labio* inferiore ovato, integro, longiore. *Filamenta* 4, Didynamica, ſubulata, incurva, omnia limbo breviora, baſi corollæ inſidentia. *Antheræ* oblongæ, 2-loculares, incumbentes. *Germen* ſuperum, ſub-rotundum, pilis denſis ex corollæ baſi inſurgentibus occultum. *Stylus* filiformis, longior ſtaminibus. *Stigma* lanceolatum, 2-fidum, erectum. *Pericarpium* capſula lignoſa, ſub-ovata, compreſſa, utrinque biſulcata, 2-roſtris, 4-locularis, 1-ſperma, 2-valvis : roſtris recurvis : cortice coriaceo, tenui.
Habitat in litoribus Zanguebar Africæ Orientalis.

Ob-

Obſerv. Convenit cum Martyniâ Annuâ (Reliq. Houſt. pag. 5. tab. 10.) loculis 4, monoſpermis, & formâ drupæ; cur enim capſulam potius dicemus, quam drupam? Labia etiam corollæ convenire poſſunt, ſi duas lacinias laterales labio ſuperiori adjudicemus, non inferiori: ut Houſtonus fecit: fiſſura autem ſuprema in plantâ Africanâ brevior eſt, & pro emarginaturâ cenſeri debet: tubus brevior, ſub-globoſus.

GENUS XXXVI. CORNUTIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus. *Stamina* Corollâ longiora. *Stylus* longiſſimus. *Bacca* 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 825.

† Sp. CORNUTIA QUINATA. ǂ U ſi kim.
Differ. ſpec. Corn. *foliis* 5-natis, lanceolato-ovatis: *flore* racemoſo.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus, teretibus. *Folia* 5-nata, lanceolato-ovata, acuminata, integerrima glabra: *petiolo* communi longo. *Flos* luteo-viridis, racemis terminalibus. *Calyx* leviter 5-dentatus. *Corolla* ſub-infundibuliformis, ringens: *labio* ſuperiore 3-fido: inferiore 2-fido, breviore. *Stamina* Didynamica, corollâ longiora. *Stylus* longior corollâ, & ſtaminibus, non tamen longiſſimus. *Stigma* 2-fidum, reflexum. *Bacca* ſubrotunda, gibboſa, Carnoſa, 1-ſperma.
Habitat in ſylvis prope Cantonem ſinarum.

GENUS XXXVII. CLERODENDRUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* tubo filiformi: limbo 5-partito, æquali. *Stamina* longiſſima intra lacinias maximè hiantes. *Bacca* 1-ſperma. Lin. ſy pl. G. 852.

Sp. 1. CLERODENDRUM INFORTUNATUM. ǂ Fung mi chû.
Differ. ſpec. Cler. *foliis* cordatis tomentoſis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 7-pedalis: *ramis* 4-gonis, 4-ſulcatis. *Folia* magna, cordata, lato-ovata, acuminata, ſub-crenata, piloſa, rugoſa; oppoſita, petiolis longis. *Flos* terminalis Corymbo racemoſo, vaſto. *Calyx*, *corolla*, *ſtamina*, *ſtylus*, *pedunculi* omnia coloris coccinei rutili. *Calyx* 5-fidus, campanulatus. *Corolla* tubo longo; tenui: limbo 5-fido, ſubæquali, rotundato: *ſtamina* longiſſima, per fiſſuram ſupremam Corollæ aſcendentia: *antheris* nutantibus, baſi emarginatis. *Stylus* longus: *ſtigmate* acuto, bifido. *Bacca* 1-ſperma.
Habitat Cantone Sinarum.

Burm.

Burm. Ind. pag. 137. Burm. Zeyl. pag. 66. tab. 29.

GENUS XXXVIII. VOLKAMERIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus, *Cor.* laciniis ſecundis. *Bacca* 2. ſperma. Sem. 2-locularia. Lin. ſy. pl. G. 851.

Sp. 1. VOLKAMERIA INERMIS. ɑ Sān fú mũn. Lin. ſp. 2.

Differ. ſpec. Volk. *ramis* inermibus: *foliis* lanceolatis integerrimis: *floribus* ſub-ternis, axillaribus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 5-pedalis, teres, inermis, ramoſiſſimus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, nitida, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, axillaris, pedunculis ſub-trifloris. *Calyx* albus, acutè 5-fidus, perſiſtens. *Corollæ* tubus tenuis, longiſſimus, limbus 5-fidus, laciniis ad latera divaricatis. *Stamina* 4, purpurea, corollâ multo longiora. *Bacca* ſupera, 4-ſulca, *ſeminibus* duobus, bilocularibus.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Jaſminum Litoreum. Rumph. Amb. l. 7. cap. 47. tab. 46.

† Sp. 2. VOLKAMERIA PUMILA. ɑ Sān tàng lùng.

Differ. ſp. Volk. *foliis* lanceolatis, ſub-integerrimis, tomentoſis: *pedunculis* ſub-ſexfloris, axillaribus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 1-pedalis, erectus, teres, inermis, ſimplex, ramoſus. *Folia* lanceolata, ſub-integerrima, tomentoſa, magna, oppoſita, petiolata. *Flos* ruber, pedunculis 5-6-floris, axillaribus. *Calyx* magnus, inflatus, acutè 5-fidus, perſiſtens. *Corolla* 5-fida, longa, ſub-æqualis. *Stamina* Didynamica, corollâ longiora. *Bacca* ſub-rotunda, 4-ſulca, exſucca, 2-locularis, 1-ſperma, ſeminibus 2-locularibus.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

† Sp. 3. VOLKAMERIA PETASITES. ɑ Cây Roung roi.

Differ. ſpec. Volk. *foliis* ovatis, acuminatis, rugoſis: *racemis* laxis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 5-pedalis, erectus: *ramis* diffuſis, brachiatis, ramulis ſub-tetragonis, rubentibus. *Folia* ovata, acuminata, ſub-ſerrata, rugoſa, glabra: *petiolis* longis, oppoſitis. *Flos* terminalis, racemis laxis, ſub-diviſis: *calyce*, & *pedunculis* fuſco-rubris. *Calyx* 5-gonus, inflatus, magnus, 5-partitus, laciniis acutis, perſiſtens. *Corolla* viridi-lutea, monopetala: tubo longo, tenui: limbo 5-fido, laciniis ovatis, concavis, ſub-æqualibus. *Stamina* 4, Didynamica, tenuia, brevia, fauci corollæ inhærentia:

an-

antheris ovatis, magnis, nutantibus. *Germen* ſub-rotundum, ſuperum. *Stylus* ſubulatus, æqualis ſtaminibus. *Stigma* acutum, bifidum. *Bacca* ſub-rotunda, 4-ſulca, 2-locularis, 1-ſperma: *Semine* bilobo, biloculari, duriuſculo.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Petaſites Agreſtis. Rumph. Amb. l. 6. cap. 54. tab. 49.

Obſerv. Hanc plantam Linnæus adjunxit Clerodendro Infortunato, procul-dubio fructu non viſo. Ego ſæpe obſervavi in vivis fruticibus baccam nullatenus 1-ſpermam, ut in Clerodendro, ſed quaſi 4-fidam, bilocularem ſcilicet, ſeminibus 1-ſpermis, bilobis, quæ ſpeciem quatuor ſeminum repræſentat, prout benè deſcripſit, & pinxit ſagaciſſimus Rumphius. Quod vero folia ab ipſo exponantur cordata, diverſitati ſoli tribuendum judico, cum in aliis etiam plantis non raró accidat ſimilis variatio.

† Sp. 4. VOLKAMERIA ANGULATA. Nu trinh thảo : Cây bậy.

Differ. ſpec. Volk. *foliis* cordatis, angulatis: *corymbo* racemoſo, terminali.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſimplex, erectus, 5-pedalis, inermis, teres: *ramis* reclinatis, ſub-tetragonis. *Folia* magna, cordata, 5-angulata, denticulata, glabra, oppoſita, petiolis longis. *Flos* terminalis, in aliquibus albus, in plurimis coccineus: *racemo* corymboſo, vaſto, vel, ſi velis, paniculâ pedunculis ordinatis. *Calyx* 5-fidus, laciniis acutis, patentibus, perſiſtens. *Corolla* 1-petala, tubo longo, tenui: limbo 5-fido, ſub-æquali, laciniis brevibus, rotundatis, ſupremis divaricatis, amplectentibus *Stamina* longa, aſcendentia. *Stylus* æqualis ſtaminibus. *Stigma* acutum, 2-fidum. *Bacca* exſucca, ſub-4-gona, apice 4-fida, 2-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* 2-lobis, 2-locularibus, duritie drupaceâ.

Habitat ubique in collibus, & hortis minus cultis in Cochinchinâ.

Obſerv. Suſpicor hanc eſſe, quæ a Linnæo dicitur Clerodendrum Paniculatum, quæque, obſervato fructu, Clerodendrum dici nequit: nec etiam Volkameria Multiflora Burmanni, (Ind. pag. 137. tab. 45. fig. 1.) quæ licet vera Volkameria ſit, non eſt Paniculata, ſed Triflora, axillaris. Non ſatis capio, quid Linnæus velit intelligi per notam corollæ laciniis ſecundis. Si per has indicantur laciniæ laciniatæ, nullas tales invênimus in noſtris ſpeciebus Volkameriæ, nec etiam vidimus in figuris Auctorum, quos habemus.

GENUS XXXIX. VITEX.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* limbus 6-fidus. *Bacca* 4-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 853.

Sp. 1. VITEX TRIFOLIA. α Thuóc òn : Quan âm biẻn : Mạn Kinh.

Differ. ſpec. Vit. *foliis* ternatis, quinatìsque integerrimis : *paniculis* dichotomis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ramoſus, teres, 8-pedalis, digitum craſſus, procumbens, aliquando repens. *Folia* ternata, rarius quinata : foliolis ovatis, integerrimis, undulatis, ſuperius obſcuro-virentibus, ſubtus cinereo-incanis, mollibus : *petiolis* communibus longis, oppoſitis. *Flos* violaceus, terminalis : *racemis* dichotomis. *Calyx* 5-dentatus. *Corolla* ringens : labio ſuperiore 3-fido, inferiore 2-fido, laciniis obtuſis. *Bacca* parva, globoſa, dura, glabra, nigra, (Piperis ſimilis) 4-ſperma.

Habitat frequentiſſima ad maris litora, per arenam repens in Cochinchinâ, ſicut etiam in Chinâ.

Lagondium Vulgare. Rumph. Amb. l. 6. c. 21. tab. 18. Vitis Trifolia, Indica, Minor. Pluken. Almag. 390. tab. 206. fig. 5. Negundo Fœminâ. A Coſta. Arom. c. 38. apud Cluſ. Exot. pag. 280.

Virtus : præcipuè fructus. Calefaciens, Diſcutiens, Nervina, Cephalica, Emmenagoga. Prodeſt in Paralyſi, artuum debilitate, & doloribus. Quod fæliciter probarunt Gracias, Acoſta, Rumphius, & Bontius etiam in ſemet-ipſo, præter Medicos Indianos, apud quos in magno eſt uſu tam interno, quam externo. Sapor plantæ amaricans. Odor gravis, intenſus, ſub-aromaticus.

Sp. 2. VITEX NEGUNDO. α Thuóc òn răng. β Mòen Kĩm.

Differ. ſpec. Vit. *foliis* quinatis, ternatisque, ſerratis : *floribus* racemoſo-paniculatis. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, tortuoſus, brachium craſſus, *ramis* expanſis. *Folia* lanceolata, quinata, ternataque, plerumque integerrima, aliquando ſerrata, plana, venoſa, fuſco-cinerea, petiolis oppoſitis. *Flos* purpuraſcens, racemis laxis, terminalibus, erectis. *Calyx*, *corolla*, & *fructus* a præcedenti ſpecie non differunt. Similis etiam ſapor, & odor : virtus eadem, ſed minus efficax.

Habitat in locis mediterraneis ſylveſtribus Cochinchinæ, & Chinæ.

Lagondium Litoreum. Rumph. Amb. l. 6. cap. 22. tab. 19. Bemnoſi. Rheed. Malab. 2. pag. 15. tab. 11. Negundo arbor mas. Bauh. h. 1. pag. 189.

† Sp. 3. VITEX SPICATA. α Cây Ngủ trảo. β Ù chũ Kĩm.

Differ. ſpec. Vit. *foliis* quinatis, crenatis : *ſpicis* linearibus, terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 8-pedalis, craſſus : *radice* ſæpe ceſpitoſa. *Folia* 5-nata, rarò 3-nata, lanceolata, crenata,

aliqua

aliqua integerrima, læte virentia, tomentoſa, rugoſa, graveolentia, oppoſita, petiolis longis. *Flos* albo-violaceus, ſpicis longis, linearibus, ſæpe congeſtis, terminalibus: *involucellis* partialibus ſubulatis, polyfloris. *Calyx* minimus, 5-fidus, acutus, perſiſtens. *Corolla* 1-petala, tubo brevi, globoſo: limbo patente, 5-fido, laciniis obtuſis, 4 ſuperioribus, ſub-æqualibus, infimâ maiore. *Filamenta* 4, Didynamica, laciniâ inferiori corollæ breviora, ſuperioribus longiora, tubo prope baſim inſidentia. *Stigma* 2-fidum, reflexum. *Bacca* ſub-rotunda, fuſca, Pipere minor, 4-ſperma.

Habitat inculta, cultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Virtus. Calefaciens, Reſolvens, Nervina, Anodyna. Prodeſt in Paralyſi, Hemiplegia, Tremore, & contractione membrorum, eorum debilitate, doloribus vagis. Uſus frequentior foliorum, externus.

Obſerv. Vitex Pinnata Linnæi (ſy. pl. ſp. 4) ex Bumanno (Ind. pag. 138. tab. 43. fig. 2.) Malaicè dicta Tsjulang, & vocata Camunium ſinenſe a Rumphio (Amb. l. 7. c. 15. pag. 28. tab. 18., fig. 1. ex Auctuario) nullatenus ad hoc Genus, aut Claſſem pertinet: ſed ad Pentandriam Digyniam, ubi videri poteſt, a nobis indicata nomine Aglaia Odorata.

† *GENUS XII. TRIPINNA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium Cyathiforme, 5-crenatum, perſiſtens.

Cor. Monopetala, ſub-campanulata, patens: tubo calycem ſuperante: limbo 5-fido: laciniis ovatis, undulatis, villoſis, ſummâ maiore.

Stam. Filamenta 4 (quorum duo longiora) corollæ ſubæqualia. Antheræ bicornes, incumbentes.

Piſt. Germen ſubrotundum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma acutum, bifidum.

Peric. Bacca ovata, carnoſa, 1 locularis, polyſperma.

Sem. Oblonga, compreſſa, pauca.

Nom. Tripinnam vocavi a foliis tripinnatis.

Char. Gener. *Cal.* Cyathiformis, 5-crenatus. *Cor.* ſub-campanulata, 5-fida: ſummâ maiore. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. TRIPINNA TRIPINNATA. *a* Cây Dên.

Differ. ſpec. Trip. *foliis* 3-pinnatis: *foliolis* ovatis, acuminatis: *racemis* terminalibus.

Hab. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* tripinnata cum impari maiore: *foliolis* ovatis, acuminatis, integerrimis, glabris. *Flos* luteo-ruber: *corymbis* racemoſis, terminalibus.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

† GENUS XLI. SEPTAS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium ſeptem-partitum : laciniis profundis, erectis, 4 oppoſitis ſubulatis, 3 alternis ovatis, acutis, maioribus.
Cor. Infundibuliformis, tubo brevi : limbo 5-partito, laciniis oblongo-ovatis. ſubæqualibus.
Stam. Filamenta 4 (quorum 2 longiora) ſubulata, erecta, corollâ breviora. Antheræ incumbentes.
Piſt. Germen oblongo-acutum. Stylus ſub æqualis ſtaminibus. Stigma obtuſum, emarginatum.
Peric. Capſula oblonga, acuta, 2-locularis, polyſperma.
Sem. Subrotunda, plurima.
Nom. Septas a ſeptenario numero laciniarum calycis.
Char: Gener. *Calyx* 7-partitus : laciniis 4 oppoſitis ſubulatis : 3 alternis ovatis. *Cor.* infundib; 5-partita. *Caps.* 2-locularis.

† Sp. 1. SEPTAS REPENS. β. Pă tsi hién.
Differ. ſpec. Sept. *Caule* repente : *foliis* oblongo-ovatis : *floribus* ſolitariis.
Hab. *Herba* humilis, annua, caule ramoſo, repente. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* albus, ſolitarius, axillaris : peduncuculis longis.
Habitat in ſuburbiis Cantonienſibus apud Sinas.

† GENUS XLII. PICRIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-phyllum, deciduum : foliolis 2 ovatis, planis; corollâ longioribus : binis aliis alternis linearibus, brevioribus.
Cor. Tubuloſâ, ringens : tubo in medio conſtricto : labio ſuperiore ſpathulato, emarginato : inferiore ampliore, 3-fido, laciniis rotundatis, æqualibus.
Stam. Filamenta 4, quorum 2 longiora erecta, ſeorſim vaginata tubulis papilloſis : antheris 1-locularibus, curvis, invicem diſtantibus. Duo alia breviora inflexa, antheris 2-locularibus, connexis.
Piſt. Germen ovatum. Stylus corollæ æqualis. Stigmata 2, lanceolata, erecta.
Peric. Bacca ovata, infera, 2-locularis, polyſperma.

Sem.

Sem. ſubrotunda plurima.

Nom. (Πικρία amaritudo) ob inſignem plantæ amaritiem.

Char. Gener. *Cal.* 4 - phyllus. *Cor.* ringens. *Bacca* 2 - locularis.

Spec. 1. PICRIA. FEL TERRÆ. α Cây mật đất. β. . .
Differ. ſpec. Pic. *foliis* ovatis, ſerratis : *floribus* confertis.
Hab. *Caulis* herbaceus, perennis, ſeſquipedalis, erectus, multiplex; 4 - gonus, ramoſus. *Folia* ovata, ſerrata, aſpera, glabra, oppoſita. *Flos* albo - ruber, congeſtus, pedunculatus, axillaris, & terminalis.
Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.
Virt : Foliorum. Aperiens, Pellens, ſudorifica, Diuretica, Emmenagoga. Uſus in Hydrope incipiente, Febribus intermittentibus, menſibus, & lochiis ſuppreſſis, doloribus colicis, & iliacis.

CLAS.

CLASSIS XV.
TETRADYNAMIA.

SICULOSÆ.

1. LEPIDIUM.	*Silicula* cordata: *valvulis* acutè carinatis.
2. THLASPI.	*Silicula* obcordata: *valvulis* marginato-carinatis.

SILIQUOSÆ.

3. RAPHANUS.	*Siliqua* articulata: *cal.* connivens.
4. BRASSICA.	*Glandulæ* 2 intra ſtamina breviora: 2 extra ſtamina longiora: *cal.* connivens.
5. RICOTIA.	*Siliqua* unilocularis: *cal.* connivens.
6. CLEOME.	*Siliqua* dehiſcens, unilocul. *Cal.* hians.
7. CARDAMINE.	*Siliqna* dehiſcens: valvulis revolutis.
8. SINAPIS.	*Siliqua* dehiſcens. *Cal.* horizontaliter patens.
9. SISYMBRIUM.	*Siliqua* dehiſcens: valvis rectiuſculis. *Cal.* patulus.

SILICULOSÆ.

GENUS I. LEPIDIUM.

Char. Gener. *Silicula* emarginata, cordata, polyſperma: *valvulis* carinatis, diſſepimento contrariis. Lin. ſy. pl. G. 865.

Sp. I. LEPIDIUM PETRÆUM. β Tim li. α Dinh lich.
Differ. ſpec. Lep. *foliis* pinnatis, integerrimis: *petalis* emarginatis, calyce minoribus. Lin. ſp. 6.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 8-pollicaris, teres, rectus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, parva, pinnata. *Flos* dilutè luteus, ſpicis ſimplicibus, erectis, longis, terminalibus. *Stamina* Tetradynamica. *Silicula* ovata, emarginata, compreſſa, 2-locularis, polyſperma. Sapor gratè amarus, & ardens. Odor lenis.
Habitat agreſte in Chinâ.
Naſturtium foliis pinnatis, radicalibus ovato-lanceolatis; caulinis linearibus. Hall. Helv. n. 515. Naſturtium Pumilum, Vernum. Bauh. Pin. pag. 105. n. 8.
Virt. Diuretica, Antiſcorbutica. Prodeſt in Hydrope, & Tuſſi inveteratâ. Phlegma viſcoſum diſſolvit. Uſus primarius ſeminum.

GENUS II. THLASPI.

Char. Gener. *Siliqua* emarginata, obcordata, polyſperma: *valvulis* navicularibus, marginato-carinatis. Lin. ſy. pl. G. 866.

Sp. I. THLASPI BURSA PASTORIS. α Hán ſan tảo.
Differ. ſpec. Th. *ſiliculis* obcordatis: *foliis* radicalibus pinnati-fidis. Lin. ſp. 10.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, erectus, 1-pedalis, glaber, multiplex: *radice* diviſâ, albiſſimâ. *Folia* radicalia pinnati-fida: caulina ſagittato-linearia, ſuprema integerrima, media denticulato-repanda: omnia tomentoſa; coloris obſcuro-viridis. *Flos* albus, racemis erectis. *Silicula* obcordata; ſub-trigono-æquilatera, ſurſum emarginata, *valvis* carinatis, 2-locularis: *ſeminibus* multis, ſub-reniformibus.
Habitat incultum in Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 259. Naſturtium ſiliquis triangularibus. Hall. Helvet. pag. 514.
Virtus: totius herbæ in decocto. Refrigerans, Adſtringens. Valet contra ſputum ſanguinis, Dyſenteriam, & Menſium fluxum immodicum.

SI-

SILIQUOSA.

GENUS III. RAPHANUS.

Char. Gener. *Cal.* clauſus. *Siliqua* toroſa, ſub-articulata, teres. *Glandulæ* melliferæ 2. inter ſtamina breviora, & piſtillum: totidem inter ſtamina longiora, & calycem. Lin. ſy. pl. G. 886.

Sp. 1. RAPHANUS SATIVUS. β Tsái fú Kēn. α La bac: Cải củ.
Differ. ſpec. Raph. *ſiliquis* teretibus, toroſis, bilocularibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Radix* oblongo-turbinata, indiviſa, carnoſa, alba, magna. *Caulis* annuus, 2-pedalis, erectus, teres. *Folia* oblongo-ovata, inciſa, ſerrata, magna. *Flos* albo-purpureus, ſpicis longis, terminalibus: glandulis duabus inter ſtamina breviora, & piſtillum. *Glandulas* vero alias inter ſtamina longiora, & calycem non inveni in plantâ Cochinchinenſi. *Siliqua* longa, teres, acuminata, toroſa, lævis, ſub-articulata, ſub-2-locularis, *ſeminibus* multis, ſubrotundis.
Habitat cultus in Cochinchinâ, & in Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 263. Burm. Ind. pag. 140.
Virtus: ſeminum. Pellens, Reſolvens, Diuretica, Eccoprotica. Radix eſculenta, ſapore acris, juvat in Iſchuria, Aſthmate, Raucedine.

GENUS IV. BRASSICA.

Char. Gener. *Cal.* erectus, connivens. *Sem.* globoſa. *Glandula* inter ſtamina breviora, & piſtillum: interque longiora, & calycem. Lin. ſy. pl. G. 884.

Sp. 1. BRASSICA OLERACEA. α Cải rổ tàu.
Differ. ſpec. Braſ. *radice* cauleſcente, tereti, carnoſâ. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, biennis, 2-pedalis, erectus, craſſus, teres. *Folia* ſub-rotunda, concava, magna, glabra: petiolis canaliculatis, carnoſis. *Flos* luteus, terminalis. *Siliqua*, *ſeminibus* globoſis.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ: dubito an indegena? In utroque regno folia ſæpe in globum connivent, licet non tam denſum, ut in Europâ. Rarò floret.
Hortus Cliffort. pag. 338. Braſſica alba, vel viridis. Bauh. Pin. pag. 111. n. 1.

Sp. 2.

Sp. 2. BRASSICA CHINENSIS. α Cải rổ Annam. β Chăi lân tſái.
Differ. ſpec. Bras. *foliis* ovalibus, ſubintegerrimis, floralibus amplexicaulibus lanceolatis: *calycibus* ungue petalorum longioribus. Lin. ſp. 8.
Hab; & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, ad 5 pedes, & ultra ſæpe aſſurgens: *radice* cauleſcente, tereti, duriuſcula. *Folia* ſub-ovalia, ſubintegerrima, rugoſiſſima: parva, ſub-plana, petiolis longis, ſubteretibus. *Flos* albus, terminalis, ſpicis laxis.
Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 140.

GENUS V. RICOTIA.

Char. Gener. *Siliqua* unilocularis, oblonga, compreſſa: *valvulis* planis. Lin. ſy. pl. G. 874.

† Sp. 1. RICOTIA CANTONIENSIS. β.
Differ. ſpec. Ric. *foliis* oblongis, pinnato-inciſis: *flore* ſolitario.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 10-pollicaris, erectus, multiplex, ſulcatus, glaber. *Folia* oblonga, pinnato-inciſa, parva, glabra, ſeſſilia. *Flos* luteus; ſolitarius: *calyce* 4-phyllo, ſub-patente: *corollâ* 4-petalâ, cruciformi, obcordatâ, patente. *Stamina* Tetradynamica. *Siliqua* oblonga, compreſſa, tenuis, ſubſeſſilis: axillaris, obliqua, 1-locularis, 2-valvis: ſeminibus multis, ovatis.
Habitat inculta Cantone Sinarum.

GENUS VI. CLEOME.

Char. Gener. *Glandulæ* nectariferæ 3, ad ſingulum ſinum calycis ſingulæ, excepto infimo. *Petala* omnia aſcendentia. *Siliqua* unilocularis, bivalvis. Lin. ſy. pl. G. 890.

Sp. 1. CLEOME PENTAPHYLLA. α Màn màn tía.
Differ. ſpec. Cle. *floribus* Gynandris: *foliis* quinatis: *caule* inermi. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, inermis, erectus, ſimplex, 2-pedalis, teres, fuſco-ruber: *ramis* diffuſis. *Folia* quinata, petiolo communi longo: *foliolis* ovalibus, tomentoſis, ſeſſilibus, ſupremo maiori. *Flos* albicans, ſpicâ longâ, erectâ, terminali: *bracteis* 3-phyllis flores diſtinguentibus. *Calyx* inferus, 4-phyllus, foliolis oblongis, erectis, deciduis. *Corolla* petala 4, rotundata, inæqualia, patentia: unguibus longis, filiformibus. *Filamenta* 6,

 lon-

longa, filiformia, æqualia, patentia, receptaculo filiformi, longo, in medio intumeſcenti inſidentia: *antheris* oblongis, ſtantibus. *Germen* oblongum; apici ipſius receptaculi elongati inhærens: a baſi ſtaminum diſtans. *Stylus* nullus. *Stigma* lenticulare, retuſum. *Pericarpium* ſiliqua 3-pollicaris, ſubulato-teres, rugoſa, 1-locularis, 2-valvis: *ſeminibus* plurimis, reniformibus, rugoſis, 6 ordinibus ſtratis: inſiſtens *pedunculo*, ſive receptaculo longo, florifero, ſtaminifero, fructifero.

Habitat inculta agros, & hortos Cochinchinæ.

Laganſa Rubra. Rumph. Amb. l. 8. c. 66. t. 96. fig. 2. Sinapiſtrum Indicum Pentaphyllum, flore carneo, minus, non ſpinoſum. Burm. Zeyl. pag. 216.

Sp. 2. CLEOME ICOSANDRA. α Màn màn tláng.

Differ. ſpec. Cle. *floribus* Icoſi-tetrandis: *foliis* quinatis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 2-pedalis, erectus, teres, inermis, ſtriatus, piloſus: *ramis* aſcendentibus. *Folia* quinata, ovato-lanceolata, aſpera, petiolo communi longo, proprio nullo. *Flos* luteus, axillaris ſolitarius. Omnia, præter petala, & ſtamina, conſita papillis viſcoſis. *Calyx* campanulatus, 4-phyllus, foliolis lanceolatis, deciduis. *Corolla* campanulata, patens, petala 4, ovato-oblonga, ſub-æqualia, calyce longiora. *Filamenta* 18-22, ſubulata, brevia, æqualia, receptaculo planiuſculo inſerta: *antheris* ſubulatis, recurvis. *Germen* ſuperum, oblongum. *Stylus* craſſus, brevis. *Stigma* obtuſum. *Pericarpium* ſiliqua longa teres, ſubulata, tenuis, obliquè ſtriata, 1-locularis, polyſperma: *ſeminibus* reniformibus.

Habitat inculta in hortis, & agris Cochinchinæ.

Laganſa Alba. Rumph. Amb. l. 8. c. 66. tab. 96. fig. 3. Sinapiſtrum Zeylanicum Pentaphyllum viſcoſum, flore flavo. Burm. Zeyl. pag. 215. tab. 99.

Obſerv. In ambabus his ſpeciebus Cleomes vix Cleomen ipſam agnoſco. Stamina nullatenus ſunt Tetradynamica: glandulas ad ſinus calycis non notavi: nec petala aſcendentia. Siliqua ſola cohæret.

GENUS VII. CARDAMINE.

CHar. Gener. *ſiliqua* elaſticè diſſiliens, valvulis revolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* ſubhians. Lin. ſy. pl. G. 876.

Sp. 1. CARDAMINE CHELIDONIA. α . . .

Differ. ſpec. Card. *foliis* pinnatis: foliolis quinis, inciſis. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 8-pollicaris: ramis multis aſcen-

den-

dentibus. *Folia* pinnata, foliolis ſeptenis, lanceolatis, inciſis, glabris. *Flos* albus, ſpicis ſimplicibus, terminalibus. *Calyx* 4-phyllus, filiolis oblongis, curvis, ſub-hiantibus. *Corolla* 4-petala, campanulata, patens. *Siliqua* longiuſcula, teres, 2-locularis, valvis revolutis dehiſcens: ſeminibus ovatis. *Stigma* obtuſum, integrum, ſeſſile.

Habitat inculta Cantone Sinarum.

Cardamine glabra, Clelidonii folio. Pall. it. 3. pag. 34. Mill. Dict. n. 10.

GENUS VIII. SINAPIS.

Char. Gener. *Cal.* patens. *Cor.* ungues recti. *Glandula* inter ſtamina breviora, & piſtillum, interque longiora, & calycem. Lin. ſy. pl. G. 885.

Sp. 1. SINAPIS CHINENSIS. β Kiái tſái. α Cải cu: Cải ſen: Cải mo.

Differ. ſpec. Sin. *Siliquis* lævibus, ſub-articulatis, patulis: *foliis* lyrato-runcinatis, ſub-hirſutus. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, craſſus, ſtriatus, ramoſus. *Folia radicalia* magna, oblongo-ovalia, lyrato-runcinata, rugoſa, pilis raris, ſæpe nullis: *petiolis* ſub-teretibus, caniculatis, brevibus, carnoſis. *Folia caulina* cordato-conica, amplexicaulia, ſubſerrata, alterna, glabra, auriculis rotundatis. *Flos* terminalis luteus, ſpicis longis, ſimplicibus. *Siliquæ* patulæ, læves, toroſo-turgidæ, 2-loculares: *ſeminibus* globoſis, fuſcis.

Habitat latiſſimè culta in Chinâ, & in Cochinchinâ.

Obſerv. Duæ hujus varietates inveniuntur in Cochinchinâ dictæ *cải ſen*, *cải mo*, quæ folia habent integra nec lyrata, multo ſapidiores, & teneriores pro cibo. Hujus quoque varietas eſt Sinapis Juncea (Linnæi ſp. 9.): ſicut etiam Sinapis Cernua. Thunb. Japon. pag. 261.

Sinapi Indicum maximum, lactucæ folio. Herm. Par. pag., & tab. 230.

Virtus: ſeminum. Incidens, Stimulans. Valet præcipuè inmorbis ex pituitâ craſſâ oriundis. Externè pro Sinapiſmis.

Sp. 2. SINAPIS BRASSICATA. β Pĕ Kiai. α Cải bach thoi.

Differ. ſpec. Sin. *foliis* ob-ovatis, denticulatis, lævibus. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, glaber, ſimplex, lævis, teres, albus. *Folia* radicalia ob-ovata, plana, glabra, obſcuro-viridia, nitida denticulata: *petiolis* longis, curvis, albiſſimis: caulina

lina ſub-lanceolata, ſeſſilia, amplexicaulia. *Flos* flavus, *calyce* concolore, erecto: ſpicis ſimplicibus, longis, terminalibus. Siliquæ ſub-teretes, patulæ, pedunculatæ, 2-loculares.
Habitat copioſè culta in Chinâ, & Cochinchinâ.

† Sp. 3. SINAPIS PEKINENSIS. ß Pě tſâi. α Cải bén.
Differ. ſpec. Sin. *foliis* turbinato-ovatis, integris, criſpis: *petiolis* ſub-planis, latis: ſiliquis glabris, planiuſculis.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, erectus, craſſus, teres, glaber. *Folia* radicalia turbinato-ovata, integra, ſerrato-runcinata, criſpata, glabra, flaveſcentia, tenerrima: *petiolis* ſub-planis, latiſſimis, albis, ſulcatis, ſemiamplexicaulibus: caulina conica, ſeſſilia integerrima. *Spicæ* ſolitariæ, longiſſimæ, patentes. *Calycis* foliola 4, oblonga, obtuſa, erecta, lutea. *Corolla* ſimiliter lutea, 4-petala, patens. *Siliquæ* lineares, compreſſæ, glabræ, 2-loculares: *ſeminibus* globoſis, rufis.
Habitat Pekini culta, ubi omnium optima. In Cochinchinâ altius creſcit, inferior qualitate. In Luſitaniâ ſatam, & plantatam ſervo, ſed quotannis in peius degenerantem.
Obſerv. Attendens ad varietates Braſſicæ Oleraceæ in Europâ cultas, & facie inter ſe valde differentes dubitare cæpi, num omnes iſtæ ſinapis plantæ dici etiam debeant varietates, non diverſæ ſpecies?
Virtus. Fere eadem, quæ præcedentium, ſed debilior.

GENUS IX. SISYMBRIUM.

Char. Gener. *Siliqua* dehiſcens valvulis rectiuſculis. *Cal.* patens. *Cor.* patens. Lin. ſy. pl. G. 877.

† Sp. 1. SISYMBRIUM APETALUM. α Cải hoang.
Differ. ſpec. Siſ. *foliis* pinnati-fidis, tomentoſis: *floribus* apetalis.
Hab., & notæ. *Radix* ſub-fuſiformis, alba. *Caulis* annuus, 8-pollicaris, multiplex, ſulcatus, lævis. *Folia* ad baſim haſtata, ſuperius pinnati-fida, tomentoſa, magna, pauca. *Calyx* 4-phyllus, foliolis laxis, ſub-patentibus, ſtamina ſuperantibus. *Petala* nulla. *Siliquæ* longiuſculæ, tenues, teretes, declinatæ, 2-loculares: valvulis rectis, diſſepimento paulo brevioribus: ſeminibus multis. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, integrum.
Habitat ſpontaneum in hortis, & locis humidis Cochinchinæ.

CLAS-

CLASSIS XVI.
MONADELPHIA.
TRIANDRIA.

1. TAMARINDUS. Monogyna. *Legum.* pulpoſum. *Filam.* in planum coalita.

TETRANDRIA.

† 2. STEMONA. Monogyna. *Bacca* polyſperma. *Petala* 4. *Antheræ* laterales.

PENTANDRIA.

† 3. ZALA. Monogyna. *Folliculus* polyſpermus. *Petalum* lingulatum. *Filam.* faciſculata.

† 4. MEDUSA. Monogyna. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Petala* 5.

5. MELOCHIA. Pentagyna. *Caps.* 5-locolaris, 1-ſperma.

HEXANDRIA.

† 6. PIMELA. Monogyna. *Drupa* nuce loculari. *Petala* 3.

DODECANDRIA.

7. PENTAPETES. Monogyna. *Caps.* 5-locularis, polyſperma. *Petala* 5, patentia.

POLYANDRIA.

* *Calyce ſimplici.*

† 8. METEORUS. Monogyna. *Drupa* 1-ſperma. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida.

9. CAMELLIA. Monogyna. *Drupa* 4-locularis. *Cal.* imbricatus.

† 10. CORDYLA.	Monogyna. *Bacca* 1-locularis, clavata. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o.
† 11. OPHELUS.	Monogyna. *Bacca* 12-locularis, lignoſa. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala.
12. SIDA.	Monogyna. *Caps.* locularis. *Cal.* angulatus.
13. BOMBAX.	Monogyna. *Caps.* 5-locularis, polyſperma. *Sem.* lanata.
	** *Calyce duplici.*
14. GOSSYPIUM.	Monogyna. *Caps.* 3-4-locularis, polyſperma. *Sem.* lanata. *Cal.* exterior 3-fidus.
15. URENA.	Monogyna. *Arilli.* 5, 1-ſpermi muricati. *Cal.* exterior 5-fidus.
16. HIBISCUS.	Pentagyna. *Cap.* 5-locularis, polyſperma. *Cal.* exterior polyphyllus.
17. ALCEA.	Polygyna. *Arilli* 1-ſpermi, plures. *Cal.* exterior 6-fidus.
18. MALVA.	Polygyna. *Arilli* 1-ſpermi plures. *Cal.* exterior 3-phyllus

TRIANDRIA.

GENUS I. TAMARINDUS.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 3. *Nectarium* ſetis 2, brevibus ſub filamentis. *Legumen* pulpoſum. Lin. ſy pl. G. 50. Cl. 3.

Sp. 1. TAMARINDUS INDICA. *α* Cây Me.

Differ. ſpec. Tam. *foliis* pinnatis, plurimi-jugis: *pedunculis* poly-floris, lateralibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, cortice ſcabro, fuſco: ramis patentibus. *Folia* pinnata, plurijuga, alterna, nunc cum impari, nunc ſine. *Foliola* minuta, ovato-oblonga, integerrima, glabra, ſeſſilia, luce patentia, nocte imbricata. *Flos* racemulis parvis, lateralibus, pedunculo communi longo, erecto. *Calyx* campanulatus, pallidus, limbo magno, patente, 4-partito, laciniis lanceolatis, concavis, inæqualibus. *Corolla* lutea, venis rubris virgata, petala 3, ovato-lanceolata, concava, inæqualia, patentia, calyce longiora. *Filamenta* 3, filiformia, aſcendentia, corollâ longiora; a baſi uſque ad medium lateraliter coalita in laminam planam, ſuperius libera: ſetis binis ad apicem lamellæ, utrinque adhærentibus. *Nectarium* nullum. *Stylus* ſubulatus, in medio dilatatus, longior ſtaminibus, cum illis adſcendens. *Stigma* craſſiuſculum. *Pericarpium* legumen ſemipedale, craſſum, ſubcurvum, compreſſum ſubtuberoſum, 1-loculare: ſeminibus paucis, circumdatis pulpâ fuſcâ, ſuccoſâ, acidâ, inodorâ.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ.

Tamarindus. Rump. Amb. l. 2. c. 32. t. 23. Bont. Jav. l. 6. c. 4. fig. ibi. Garc. Arom. l. 1. c. 28.

Virtus: pulpæ leguminum. Refrigerans, Incidens, Eccoprotica. Prodeſt in febribus calidis, & putridis: in Teneſmo: in pleriſque morbis bilioſis. Medici indigenæ decoctum corticis propinant pueris variolis confluentibus laborantibus, ſæpe fælici exitu.

Uſus. In Indiis condimentum eſt univerſale, gratiſſimum, & ſalubre.

Obſerv. A claſſe Triandriâ ad Monadelphiam transtuli hoc Genus non ſolum propriâ obſervatione fretus, ſed etiam ab ipſo Linnæo monitus filamenta habere infernè connata, ſeu Monadelpha. Gen. pl. edit. 6. p. 23. g. 46. Similiter ſy. pl. v. 1. p. 92. Gen. 50. Idem monuit ſcopolius. Introd. Hiſt. Nat. pag. 296.

TE-

TETRANDRIA.

† *GENUS II. STEMONA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus.

Cor. Petala 4, infera, ſubulata, erecta, incurva, æqualia, magna: binis exterioribus bina alia interiora ex obliquo tegentibus.

Stam. Filamenta 4, petalis ſimilia, lato-ſubulata, incurva, corollâ paulo breviora: laciniâ verticali, cruciformi ſupra baſim verſus centrum invicem connexa, receptaculo inſidentia. Antheræ lineares, biloculares, magnæ, a medio ſinguli filamenti ad apicem uſque lateraliter adhhærentes.

Piſt. Germen compreſſo-rotundum. Stylus nullus. ſtigma hiatus germinis apice emarginati, ſuppoſitum laciniæ verticali ſtamina connectenti.

Peric. Bacca ſphæroidea, 1-locularis, polyſperma.

Sem. Multa, longiuſcula, ſimplci ordine ſtrata.

Nom. (Στήμων ſtamen) ab ſtaminibus notabili formâ connexis.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* o. *Petala* 4, erecta. *Antheræ* laterales. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. STEMONA TUBEROSA. α Cây Bach. bô. β Pĕ pú tsào.

Differ. ſpec. Stem. *Caule* ſcandente: *foliis* ſeptemnerviis: *floribus* ſolitariis, axillaribus.

Hab: *caulis* fruticoſus, ſcandens, longus, tenuis, inermis, acirrhus: *radice* tuberoſâ, faſciculata, tuberibus longis, teretibus, utrinque attenuatis, albicantibus, edulibus. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, glabra, ſeptemnervia, oppoſita. *Flos* luteo-ruber, ſolitarius, axillaris pedunculis longis. *Bacca* mediocris, mollis, rubra.

Habitat inculta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Virtus: radicis. Incidens, Refrigerans, Demulcens. Utilis in morbis pulmonum, phthiſi, atiquâ tuſſi.

Ubium Polypoides. Rumph. Amb. l. 9. c. 16. tab. 129.

PENTANDRIA.

† GENUS III. ZALA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus.

Cor. Monopetala, lingulata: tubo globoſo, parvo: limbo inferius conſtricto, ſuperius expanſo, ſub-rotundo, acuminato, integerrimo, margine parum reflexo: nectario 2-phyllo, corollæ adnato, foliolo poſtico maiore.

Stam. Filamenta 5-8, filiformia, inæqalia, in faſciculum coalita, nectario incluſa, limbo corollæ breviora. Antheræ ſub-rotundæ.

Piſt. Germen ſuperum, oblongum, apice planiuſculum, tubo corollæ incluſum, a nectario, & ſtaminibus ſeparatum. Stylus ſub-nullus. Stigma longiuſculum, obtusè hians verſus ſtamina inclinatum.

Peric. Folliculus oblongus, gibbus, apice obtuſus, 1-locularis, polyſpermus.

Sem. Oblonga, minuſcula, pauca.

Nom. (Ζάλη fluctuactio) Planta in aquâ fluctuans.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala, lingulata. *Stam.* in faſciculum coalita. *Capſ.* 1-locularis.

Sp. 1. ZALA ASIATICA. α Beò phù Bình. β Fêu pêng.

Differ. ſpec. Zal. *radice* fluctuante: *foliis* turbinatis, obtuſis: *floribus* radicalibus, ſolitariis.

Hab. *Planta* annua, ſub-acaulis. *Folia* turbinato-triangularia, 2-pollicaria, 5-nervia, craſſa, integerrima, utrinque piloſa, ſeſſilia, conferta: inſidentia *radicibus* capillaribus, faſciculatis, longis, ſupra aquam repentibus, a terrâ diſtantibus. *Flos* albo-viridis, ſub-ſeſſilis, parvus, ſolitarius, radicalis.

Habitat fluctuans in fluminibus lenti curſus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Plantago Aquatica. Rumph. Amb. l. 11. c. 53. tab. 74. fig. 2. Bont. Jav. l. 6. c. 38. pag. 129. Nymphæa minima Maderaſpetana. Pluken. Alm. pag. 266. Phyt. tab. 207. fig. 6. Tam hæc, quam Rumphiana icones bonæ ſunt: Rumphiana quidem naturali magnitudine.

Obſerv. Apud Auctores hîc citatos nulla floris delineato, aut deſcriptio. Linnæus: (ſy. pl. vol 4. pag. 62. g. 1112.) plantam iſtam adſcribit Claſſi Gynandriæ, vocatque Piſtiam ſtratiotem: attamen ingenuè fatetur flores ſiccos, quos vidit, non ſatis ipſi feciſſe, li-

temque ad autoptas remittit. Si in Indiâ tantum nata eſſet, mutatâ claſſe, nomen a Linnæo impoſitum ſervaſſem: ſed, quoniam Piſtias Africanas, & Americanas non obſervavi, has aliis obſervandas relinquo ſub-antiquo nomine. Aſiaticam a me rite examinatam diverſo charactere, & nomine indicandam cenſui, ne nota cum ignotis confundantur.

Virtus: totius herbæ. Attenuans, Pellens, Sudorifica, Diuretica, Abſtergens. Valet præcipuè in ſcabie, imo etiam in Leprâ tam externè quam internè ſumpta.

† *GENUS IV. MEDUSA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-phyllum, inferum, perſiſtens: foliolis ovatis, piloſis, incurvis, patentibus.

Cor. Petala 5, ovato-oblonga, curva, inflexa, denuò ad apicem reflexa, calyce longiora.

Stam. Filamenta 5, filiformia, baſi in tubum coalita, corollæ æqualia. Antheræ incumbentes.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus ſubulatus, piloſus, æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.

Peric. Capſula ovata, 3-loba, tecta villis multis, longis, flexuoſis, piloſis, 1-locularis, 3-valvis, 6-ſperma.

Sem. Sub-rotunda.

Nom. a villis *Capſulæ* longis, flexuoſis, angues capitis Meduſæ repræſentantibus.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis, 6-ſperma.

† Sp. 1. MEDUSA ANGUIFERA. α Cây Chôm chôm dât.

Differ. ſpec. Med. *foliis* ovato-oblongis, ſerratis: *pedunculis* paucifloris.

Hab. *Arbor* mediocris, *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, ſerrata, glabra, alterna. *Flos* ruber, pedunculis paucifloris. *Capſula* in 3 lobos dehiſcit, horizontaliter expanſos, tectos villis longis, flexuoſis, piloſis, multis.

GENUS V. MELOCHIA.

Char. Gener. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 894.

Sp. 1. MELOCHIA CORCHORIFOLIA. α Cây bây giết.

Differ. ſpec. Mel. *floribus* capitatis ſeſſilibus : *capſulis*, ſub-rotundis : *foliis* ſub-cordatis, ſub-lobatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, binos cum dimidio pedes longus, ſub-erectus, teres, *ramis* diffuſis. *Folia* ſub-cordata, ſub-angulata, ſerrata, plicata, glabra, alterna. *Flos* terminalis, capitulis ſub-ſeſſilibus : *calyce* duplici, exteriore 3-phyllo, foliolis ſubulatis : interiore 5-dentato, ventricoſo. *Corolla* albo-purpurea, 5-petala. *Stamina* 5, coalita. *Styli* 5. *Capſula* ſub-rotundo-pentagona, 5-locularis, 1-ſperma.

Habitat in agris Cochinchinæ, inculta.

Virtus. Emolliens, Lubricans, Malvæ æmula.

Melochia Corchori folio. Dill. Elth. pag. 221. tab. 176. fig. 217. Burm. Zeyl. pag. 156.

HEXANDRIA.

† GENUS VI. PIMELA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, 3-fidum, inferum : laciniis obtuſis, brevibus, erectis.

Cor. Petala 3, ovato-oblonga, erecta, conniventia, craſſa, calyce longiora. Nectarium lentiforme, carnoſum, 6-crenatum.

Stam. Filamenta 6, ſubulata, baſi in tubum coalita, corollâ breviora. Antheræ oblongæ, 2-loculares, ſtantes.

Piſt. Germen ſub-rotundum, nectario immerſum. Stylus nullus. Stigma acutum, 2-fidum.

Peric. Drupa ovato-oblonga, carnoſa.

Sem. Nux oblonga, utrinque acuta, ſub-hexagona, angulis alternis obtuſioribus, 2-locularis.

Nom. (Πιμελή pinguedo) Genus hoc arborum oleo, & rezinâ pinguiſſimum.

Char. Gen. Monogyna. *Cal.* 3-fidus. *Petala* 3. *Drupa* 1-3-locularis.

† Sp. 1. PIMELA NIGRA. α Cây Bùi. β Ô lãm.

Differ. ſpec. Pim. *foliis* pinnatis, lævibus : *racemis* ſimplicibus, lateralibus : nuce 2-loculari.

Habitus. *Arbor* magna, *ramis* ſub-patentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-5-juga, *petiolis* glabris, ad baſim tumidis : *foliolis* oblongis, acutis,

acutis, integerrimis, utrinque lævibus, nitidis, nigreſcentibus. *Flos* albicans, racemis ſimplicibus, lateralibus. *Drupa* carnoſa, oleoſa, exterius glabra, nigro-cærulea, interius rubeſcens: *nuce* duriſſimâ, plerumque biloculari: nucleo longiuſculo, tereti.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Uſus. Drupæ muriâ conditæ frequenter apponuntur menſis, non minus ſapidæ quam olivæ, ſed ſtomacho graves. Nucleorum in Cochinchinâ nullus uſus.

Canarium Nanarium? Rumph. Amb. l. 3. c. 3. tab. 49.

† Sp. 2. PIMELA ALBA. α Cây Ca na. β Pã lãm.

Differ. ſpec. Pim. *foliis* pinnatis, ſub. 6-jugis, ſcabris: *racemis* confertis, ſubterminalibus: *nuce* 3-loculari.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis aſcendentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-6-juga, inferiora minora, *petiolis* teretibus: *foliolis* ovato-lanceolatis, ſemipedalibus, integerrimis, glabris, ſcabris, pallidis, petiolatis. *Flos* pallidus, racemis congeſtis, ſub-terminalibus. *Calyx* tubuloſus, 3-fidus. *Corolla*, petala 3, erecta, craſſa. *Stamina* 6, connexa. *Stylus* filiformis, brevis: *ſtigmate* rotundo, integro. *Drupa* trigono-ovata, glabra, rugoſa, viridi-lutea, auſtero-acida: *nuce* 3-loculari, ſub-hexagonâ, utrinque acuminata: putamine craſſo, duriſſimo.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Canarium ſinenſe: Caná. Rumph. Amb. l. 3. c. 2. pag. 154. Arbor excelſa e Chinâ heic introducta: kandan. Thunb. Japon. pag. 368.

Uſus. Drupæ hujus arboris muriâ conditæ olivis Europæis ſimiles ſunt colore, & quodammodo etiam formâ, & ſapore: ſunt autem ſaluberrimæ, ita ut medici non eas denegent ægrotis, experientiâ docti digeſtionem, & appetentiam cibi promovere. Nuclei projiciuntur.

† Sp. 3. PIMELA OLEOSA. α Cây Deàu rái.

Differ. ſpec. Pim. *foliis* pinnatis, ſub-4 jugis: *pedunculis* lateralibus, polyfloris: *nuce* 1-loculari.

Hab. *Arbor* maxima, trunco altiſſimo, recto, *ramis* aſcendentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-4-juga, aliquando plura, petiolis glabris, teretibus, nec tumeſcentibus: *foliolis* oblongis, acuminatis, repandis, glabris, ſubſeſſilibus. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, lateralibus. *Drupa* ovalis, parva: *nuce* 1-loculari, nucleo ſolitario. Plura dicere non valeo, quia licet arbores ſæpe viderim, flores non examinavi.

Habitat frequens in ſylvis Cochinchinæ, maximè verſus Cambodiam.

Nanarium Oleoſum, Minjac. Rumph. Amb. l. 3. c. 6. t. 54.

Uſus.

Uſus. Drupæ hujus arboris non ſunt edules. Ex trunco ſupra baſim excavato extrahitur abundanter oleum ſub-flavum, viſcidum, odorum, Copaiferæ Braſilienſis ſimile colore, odore, tenacitate, & aliquatenus etiam virtute penetrante, vulnerariâ, & reſolvente. Operibus ligneis ſuperillitum eleganter nitet, vel purum, vel cum vernice ſinenſi mixtum; eòque plus valet, quod cuicunque colori aptari poſſit abſque hujus detrimento; quamvis duratione vernici ſinenſi cedat, ac vilius habeatur. Frequentior uſus eſt in re navali. Picem Indicam, vulgo *Damar*, & ſtupam ex cortice arundinis bambu cum hoc oleo: & pauca calce contundunt, fitque mixtura tenaciſſima, quâ navium rimas obturant, nullâ præcedente coctione; nam hoc oleum, etiam frigidum tenaciſſimè adhæret, & mixtione calcis condenſatum cito indureſcit, & naturam quaſi lapideam induit, & ſervat, ſine ullo nauſeoſo odore, quo pix Europæa navigantes adeo moleſtat. Lignum arboris eſt fuſco-rufum, durum, & grave, ex quo ſecantur aſſeres, & tabulæ vaſtiſſimæ, quæ ædificandis navibus inſerviunt, licet duratione mediocri. Arbor, quæ producit reſinam *damar*, de quâ Rumphius agit, naſcitur etiam copiosè in Cochinchinâ, ſed flores ego non vidi, nec veros characteres ex deſcriptione Rumphianâ valeo deducere.

Obſerv. Canarium commune Linnæi (Mant. pag. 20. gen. 1281, & ſy. pl. vol. 4. pag. 248. gen. 1214.) deductum fuit ex canario vulgari (Rumph. Amb. l. 3. c. 1. tab. 47.): quod, licet fructificatione, & habitu Pimelæ noſtræ ſit ſimile, maximè vero differt Claſſe, Calyce, & Staminibus Pentandris, nec Monadelphis. Ea arbor puto, quod non naſcatur in Cochinchinâ, nec in Chinâ.

DODECANDRIA.

GENUS VII. PENTAPETES.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 5-partitus. *Stam.* 20: horum 5 caſtrata, longa. *Caps.* 5-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 899.

Sp. 1. PENTAPETES PHOENICEA. α Hoa ti ngo. β.

Differ. ſpec. Pent. *foliis* haſtato-lanceolatis, ſerratis. Lin. ſp. 1.

Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 5-pedalis, erectus, teres, rectus: *ramis* paucis, aſcendentibus. *Folia* ad baſim auriculato-haſtata: inde ſubulata, ſerrata, alterna, petiolis brevibus. *Flos* coccineus axillaris, ſolitarius, meridie expanſus, veſpere deciduus. *Calyx* inferus, 5-phyllus, patens, perſiſtens: foliolis lanceolatis, incurvis, ciliato-piloſis, apice acuminato, reflexo. *Corolla* petala 5, obtuſa, ſubæquilatera, rotato-patentiſſima. *Nectarium* tubuloſum, 5-gonum, bre-

breve, ſuſtinens foliola 5, lanceolata, erecta, concolora. *Filamenta* 15, brevia, ſubulata, nectario inſiſtentia, hujus foliolis breviora, cum illo decidua. *Antheræ* ſagittato-lineares, ſtantes. *Germen* ovatum. *Stylus* turbinato-linearis, 5-angulatus, petalis æqualis. *Stigma* ſimplex. *Capſula* ovata, 5-locularis, 5-valvis, polyſperma. *Semina* duplici ordine, verſus centrum angulata, exterius convexa.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Flos Impius. Rumph. Amb. l. 8. c. 71. tab. 100. Blattaria Zeylanica, flore amplo, coccineo. Commel. H. Amſt. 1. pag. 11. tab. 6. Burm. Zeyl. pag. 47.

Obſerv. Foliola illa 5 nectarii impropriè dicuntur filamenta caſtrata, cum diverſâ formâ, magnitudine, & ſitu gaudeant. Corpus illud tubuloſum, 5-gonum, cui ſtamina inſident, tam ex propriâ obſervatione, quam ex deſcriptione Rumphianâ potius exiſtimo dicendum nectarium, quam filamenta in orbem coaleſcentia.

POLYANDRIA.

† GENUS VIII. METEORUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-fidum, ſuperum: laciniis ſub-rotundis, erectis, perſiſtentibus.

Cor. Monopetala, hippocrateriformis: tubo brevi: limbo 4-fido, laciniis ovatis, patum reflexis.

Stamina. Filamenta ultra 30, filiformia, flexuoſa, corollâ duplò longiora, omnia inferius coalita in tubum cylindricum, brevem cum illis ex corollâ deciduum. Antheræ ſub-rotundæ, minimæ.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Drupa Octogono-ovata, glabra, coriacea, 1-ſperma, coronata.

Sem. 1, rotundum, durum, ſolidum.

Nom. (Μετέωρος pendulus) a flore, & fructu racemis longiſſimis pendentibus.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Drupa* 1-ſperma, coronata.

† Sp. 1. METEORUS COCCINEUS. α. Rau Bung.

Differ. ſpec. Met. *foliis* ovato-oblongis, ſub-ſerratis: *racemis* ſimplicibus, longiſſimis, pendulis.

Hab. *Arbor* magna, *ramis* tortuoſis, aſcendentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuta, ſubſerrata, glabra, ſparſa, petiolata. *Flos* coccineus termi-

minalis : racemis ſimplicibus, longiſſimis, pendulis : pedunculis propriis breviſſimis. *Drupa* obtuſè 8-gona, coriacea, glabra, fuſca, lato-ovata, calycina : *ſemine* magno, ſub-rotundo, corneo.

Habitat ſpontaneus in ſylvis planis Cochinchinæ.

Butonica Terreſtris ? Rumph. Amb. l. 5. c. 30. tab. 116.

Obſerv. Butonicam Albam vocat Linnæus Eugeniam Racemoſam. Meteorus noſter certè non eſt Eugenia ; nam corolla 1-petala, tubuloſa, & ſtamina in tubum connexa diverſum genus repoſcunt, ſicut & claſſem.

Uſus. Foliis teneris utuntur frequenter indigenæ in acetariis. Lignum foco, non ædificiis aptum eſt. Drupæ prorſus inutiles.

GENUS IX. CAMELLIA.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* imbricatus, polyphyllus : *foliolis* interioribus maioribus. Lin. ſy. plant. G. 914.

† Sp. 1. CAMELLIA DRUPIFERA. α Cây Deâu Co.

Differ. ſpec. Cam. *foliis* ovato-oblongis, ſub-crenatis : *floribus* 2-3r natis, terminalibus : *drupis* 4-locularibus.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, ſub-crenata, glabra, dura, parva, alterna, petiolata. *Flos* albus, terminalis, pedunculis binis, aut ternis, monofloris. *Calyx* ſub-rotundus, imbricatus, foliolis ſuperioribus maioribus. *Corolla* petala 8, oblonga, emarginata. *Stamina* plurima, ad baſim in tubum connexa. *Stylus* 4-fidus, æqualis ſtaminibus. *Drupa* ſub-rotunda : *nuce* ſulcata, 4-loculari : nucleis ſub-rotundis. Fructus Juglandi æqualis, nec multum diſſimilis, non tamen eſculentus.

Habitat inculta, cultaque in Cochinchina.

Uſus. Oleum ex nucleis expreſſum æſtimatur ab indigenis ad capillos ungendos, & varia unguenta Medica, nam gratum ſpirat odorem, nec facilè rancore corrumpitur.

† GENUS X. CORDYLA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, 4-fidum, inferum : foliolis acutis.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 34, ſubulata, longa, ſub-inflexa, omnia baſi in orbem coalita. Antheræ ovatæ, incumbentes.

Piſt. Germen ovatum, acuminatum, pedicello longo inſiſtens. Stylus

ſubulatus, brevis. Stigma ſimplex.
Peric. Bacca ovata, acuminata, 1-locularis, polyſperma, pedicellata.
Sem. Sex, ovata.

Nom. (Κορδύλη clava) a Germine, & Baccâ in formam Clavæ pedicello longo impoſitis.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-locularis, pedicellata.

† Sp. 1. CORDYLA AFRICANA. γ Mutondo.
Differ. ſpec. Cord. *foliis* alternatim pinnatis: *pedunculis* polyfloris, lateralibus.
Hab. *Arbor* magna, *ramis* patentibus. *Folia* alternatim pinnata: *foliolis* oblongis, emarginatis, glabris, parvis. *Flos* lateralis, apetalus: *pedunculis* polyfloris, ſolitariis: *ſtaminibus* croceis, longis, pulchris. *Bacca* ſeſquipollicaris, eſculenta.
Habitat ad oram Africæ Orientalem.

† GENUS XI. OPHELUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium campanulatum, 5-fidum, inferum, magnum tubo brevi: laciniis acutis patentibus, apice reflexis.
Cor. Petala 5, ovata, craſſa, deorſum reflexa, calyce longiora.
Stam. Filamenta 500 circiter, filiformia, infernè in tubum magnum coalita, supernè in capitulum hemiſphæricum, vaſtum reflexa, corollâ parum breviora. Antheræ ſub-rotundæ, parvæ.
Piſt. Germen ovatum. Stylus filiformis, craſſus, longior ſtaminibus. Stigma polyfidum; laciniis ſubulatis, patentibus.
Peric. Bacca oblongo-ovata, maxima, 12-locularis, polyſperma: cortice lignoſo, æquali, lævi.
Sem. Plurima, angulata.

Nom (Ὀφελος utilitas) ab uſu æconomico fructus.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 12-locularis: cortice lignoſo.

† Sp. 1. OPHELUS SITULARIUS. γ Mulambeira.
Differ. ſpec. Oph. *foliis* ſparſis, integerrimis: *flore* ſolitario, terminali.

Hab-

Hab. *Arbor* magna, trunco craſſiſſimo, nec alto, apice diviſo in multos ſimul ramos, diffuſos, reclinatos. *Folia* oblonga, acuta, integerrima, glabra, petiolata, ſparſa, congeſtaque. *Flos* albus, terminalis, ſolitarius, patentiſſimus, diametro corollæ 3-pollicari. *Bacca* longitudine 1-pedali, & amplius: cortice duro, nec admodum craſſo, lævi, æqualiſſimo, fuſco.

Habitat agreſtis ad litora Africæ Orientalis.

Uſus. Apud indigenas œconomicus, ad hauriendam aquam, ad ſervandos liquores, ſemina, legumina, &c. in fructu illo cucurbitino.

Obſerv. Lecythis Ollaria Linnæi, & Couroupita Guianenſis Aubleti cum hac plantâ Africanâ conveniunt baccâ maximâ, lignoſâ: ſed fructu operculato, numero partium, & nectario lingulato multum differunt: nec minus differt Creſcentia.

GENUS XII. SIDA.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* ſimplex, angulatus. *Stylus* multi-partitus. *Capſ.* plures, 1-permæ. Lin. ſy. pl. G. 902.

Sp. 1. SIDA ALNIFOLIA. α Cây Bây doủng tiền.

Differ. ſpec. Sid. *foliis* orbiculatis, plicatis, ſerratis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 3-pedalis, ramis multis diffuſis. *Folia* ſub-rotunda, ſerrata, plana, ſulcata, obſcuro-viridia, ſubtus tomentoſa. *Flos* axillaris, ſolitarius, luteus: *calyce* 5-fido, angulato: *petalis* 5, obcordatis: *ſtaminibus* plurimis coalitis. *Capſulæ* 10, monoſpermæ.

Habitat in agris Cochinchinæ.

Malvinda ſtellata, alnifolia. Burm. Zeyl. pag. 150. Dell. Elth. pag. 215. tab. 172. fig. 211.

Virtus. Folia mucilagine abundant: virtutem Malvæ poſſident.

Sp. 2. SIDA VISCOSA. α Cây Bây xoi.

Differ. ſpec. Sid. *foliis* cordatis, crenatis, tomentoſis: *floribus* ſubſolitariis: *capſulis* ſeptem-locularibus, rotundis, depreſſis. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis, erectus, piloſus. *Folia* cordata, crenata, tomentoſa, mollia, albicantia. *Flos* axillaris, ſolitarius, luteus. *Capſula* ſub-rotunda, 10-locularis. Tota planta mucilagine viſcoſâ ſcatet.

Habitat in agris Cochinchinæ.

Althæa populi folio villoſo, leviter ſerrato. Sloan. Jam. 98. pag. 222. tab. 139. fig. 4.

Sp. 3. SIDA CORDIFOLIA. α.

Differ. ſpec. Sid. *foliis* cordatis, ſubangulatis, ſerratis, villoſis. Lin. ſp. 10.

Hab. & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, erectus, hiſpidus. *Folia* cordata, acuta, ſerrata, piloſa. *Flos* luteus, polyanthus, axillaris: *pedunculis* petiolos ſuperantibus: *calycibus* angulatis, hirſutis: *capſulis* 6, monoſpermis.

Habitat in agris Cochinchinæ.

Althæa Maderaſpatana ſub-rotundo folio, molli, & hirſuto: multiplici ſemine ad apicem [illegible]. Pluk. Phyt. tab. 131. fig. 2.

Sp. 4. SIDA INDICA. α

Differ. ſpec. Sid. *foliis* cordatis, ſublobatis, *ſtipulis* reflexis: *pedunculis* petiolo longioribus: *capſulis* multilocularibus, ſcabris, calyce longioribus. Lin. ſp. 19.

Hab. & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 6-pedalis, erectus, teres, glaber, ramis obliquis. *Folia* cordata, ſub-rotunda, ſæpe ſub-lobata, acuminata, crenata, magna, utrinque glabra, cinereo-glauca, petiolata, ſparſa. *Flos* luteus, axillaris, parvus, pedunculo 1-floro petiolis longiore: *calyce* ſimplici, glabro, capſulis breviore. *Capſulæ* ſub-rotundæ, in orbem crenatæ, 16-loculares, 3-ſpermæ: loculis ad apicem acuminatis, reflexis.

Habitat inculta in hortis, & agris Cochinchinæ.

Abutilon Indicum foliis profundè crenatis. Burm. Zeyl. pag. 2. Althææ Theophraſti ſimilis. Bauh. Pin. pag. 316. n. 9. Abutilon læve. Rúmph. Amb. l. 6. c. 14. tab. 11.

Virtutem Malvæ cenſetur habere, nec immeritò.

† Sp. 5. SIDA SCOPARIA. α Cay bây chôi.

Differ. ſpec. Sid. *foliis* lanceolato-linearibus, ſerratis: *floribus* ſolitariis, axillaribus: *capſulis* 5-locularibus.

Hab. & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 4-pedalis, erectus, teres, inermis, *ramis* multis, rectis, aſcendentibus, lentiſſimis, albicantibus. *Folia* lanceolato-linearia, ſerrata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* axillaris, ſolitarius, ſubſeſſilis, pallidè luteus, minimus. *Stipulæ* ſetaceæ. *Calyx* ſimplex, angulatus, 5-fidus. *Petala* 5, obtuſiſſima. *Styli* 5. *Capſula* 5-locularis, glabra, loculis acutis, apice bifidis, 1-ſpermis. *Stamina* plerumque 10, connexa.

Habitat loca agreſtia in Cochinchinâ.

Silagurium Longifolium. Rumph. Amb. l. 10. c. 32. pag. 45. tab. 18. fig. 2. Sida Acuta. Burm. Ind. pag. 147.

Uſus

Uſus: œconomicus caulium ad colligandas ſcopas majores longæ durationis: unde nomen vernaculum ſcoparia.

Virtus: radicis, & foliorum. Emolliens, Reſolvens, Anodyna. Externè valet ad quoſcumque tumores reſolvendos, vel maturandos, doloremque leniendum.

GENUS XIII. BOMBAX.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* 5-fidus. *Stam.* 5. ſive multa. *Caps.* lignoſa, 5-locularis, 5-valvis. *Sem.* lanata. *Recept.* 5-gonum. Lin. ſy. pl. G. 901.

Sp. 1. BOMBAX PENTANDRUM. Cây Gòn. & Mŏ mièn hōa Hĕa xú.

Differ. ſpec. Bomb. *floribus* pentandris; *foliis* ſeptenatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, trunco recto, aculeis brevibus, ſparſis, paucis: *ramis* rectis, horizontalibus, ſtellatis: tribus, vel pluribus, ex eodem centro in orbem extenſis, ſuperioribus ordinibus in pyramidem decreſcentibus. *Folia* digitata, ſeptena, *petiolis* communibus longis, alternis: *foliolis* lanceolatis, integerrimis, glabris, petiolatis, inæqualibus. *Flos* pallidus, carnoſus, racemis brevibus, terminalibus. *Calyx* tubuloſus, inflatus, 5-fidus, laciniis rotundatis. *Corolla* petala 5, ovata, concava, piloſa, ſub-patentia. *Filamenta* 5, connexa, ſubulata, corollæ æqualia. *Antheræ* magnæ, lineares, flexuoſæ, aliquando 3 diſtinctæ, reniformes in quolibet filamento. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus. *Stigma* ſub-rotundum, inæqualiter crenatum. *Capſula* oblonga, 5-pollicaris, obtuſè 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, baſi dehiſcens: cortice craſſo, duro, fuſco, rugoſo. *Semina* plurima, ſub-rotunda, involuta ſeorſim lanâ tenuiſſima, pallidâ, brevi, multâ.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ, copioſius autem in Cambodiâ.

Eriophoros Javana. Rumph. Amb. l. 1. c. 67. tab. 80. Arbor Lanigera, ſive Goſſampinus Plinii. Bont. Jav. l. 6. c. 24. fig. ibidem.

Uſus. Iſtius arboris fructus tomentum omnium optimum, & idoneum præſtat ad farciendas culcitas, pulvinaria, & ſimilia, quæ, licet frequenter comprimantur, elaſticitate naturali reſiliunt, ne indureſcant.

GENUS XIV. GOSSYPIUM.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* duplex: exterior 3-fidus. *Caps.* 4-locularis. *Sem.* lanâ obvoluta. Lin. ſy. pl. G. 910.

Sp. 1. GOSSYPIUM HERBACEUM. Cây Bông. & Mŏ Jú.

Differ. ſpec. Goſſ. *foliis* 5-lobis, ſubtus eglanduloſis: *caule* herbaceo, lævi. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 3-pedalis, ſimplex, erectus, teres, ſub-tomentoſus: *ramis* brevibus, patentibus, trifariam alternis, axillaribus, indiviſis. *Folia* ſub-rotunda, 5-loba, integerrima, eglanduloſa, venoſa, alterna, petiolis longis, teretibus. *Flos* ſolitarius, magnus, axillaris, & terminalis. *Calyx* exterior trigonus, tripartitus, laciniis magnis, conicis, aliquando integerrimis ſæpius dentato-inciſis. *Corolla* petala 5, patentia, calyce ampliora, coloris pallidè-lutei, maculâ fuſco-rubrâ in fundo notata, obtuſiſſima. *Stamina* multa in cylindrum coalita. *Stylus* æqualis ſtaminibus: *ſtigmatibus* 3-4, obtuſis. *Capſula* ovata, acuminata, 3-4-gona; 3-4-locularis, polyſperma. *Semina* ſub-rotunda, pauca, lanâ tenui, albiſſimâ involuta; valvis tribus, vel quatuor erumpente.

Colitur in totâ Cochinchinâ, Chinâ, & pleriſque Aſiæ locis non nimis frigidis.

Thunb. Japon. pag. 271. Goſſipium Capas. Rumb. Amb. l. 6. c. 15. tab. 12. Quæ figura, & deſcriptio partim cum noſtrâ non cohærent.

Uſus. Nullius plantæ univerſalior eſt utilitas, quam Goſſypii. Hæc indumenta præbet quatuor orbis partibus: maximè Aſiæ incolis, minus Europæ. Ejus ſemina, quaſi legumina ſunt edulia, & ſalubria.

Sp. 2. GOSSYPIUM ARBOREUM. γ . . .

Differ. ſpec. Goſſ. *foliis* palmatis: *lobis* lanceolatis: *caule* fruticoſo. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis, crus craſſus, cortice ſcabro, fuſco: *ramis* diffuſis, longis, tortuoſis. *Folia* palmata, 3-5-loba, eglanduloſa, glabra, ſparſa, petiolata, lobis brevibus. *Flos* integrè luteus, terminalis, ſolitarius. *Calyx* exterior 3-phyllus, foliolis magnis, inciſis, erectis: interior 5-crenatus. *Capſula* plerumque 3-gona, 3-valvis, 3-locularis, ſub-ovata, acuminata, ſcabra. *Semina* multa, lanâ albâ obvoluta.

Habitat in orâ Africæ Orientali.

Forsk. Ægyp. pag. 125. Goſſypum Arboreſcens. Alp. Exot. 38. tab. 38.

Uſus idem, qui præcedentis.

GENUS XV. URENA.

Char. Gener. Monogyna. *Cal.* duplex: exterior 5-fidus. *Caps.* 5-locularis, echinata, monoſperma. Lin. ſy. pl. G. 909.

Sp. 1. URENA LOBATA. α Cây Bấy loung. β Sić thầu ſô.

Differ.

Differ. ſpec. Ur. *foliis* angulatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, bipedalis, erectus, teres, piloſus, ramoſus. *Folia* ſub-rotunda, cordata, 3-lobata, ſerrata, piloſa, alterna, petiolis longis. *Flos* rubeſcens, axillaris, pedunculis 1-floris, 2-natis. *Caps.* echinata, 5-locularis, 1-ſperma.
Habitat ſpontanea in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 149. Lappago Rumph. Amb. l. 10. c. 43. tab. 25. fig. 2. Aſt. in Rumphianâ plantâ folia laciniata: in noſtrâ lobata ſunt.

Sp. 2. URENA SINUATA. α Cây Đáy oúc.
Differ. ſpec. Ur. *foliis* ſinuato-palmatis: ſinubus obtuſis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, 3-pedalis: ramis aſcendentibus. *Folia* ſinuato-palmata, ſinibus obtuſis, ſerrata, aſpera, alterna, petiolata: poro glanduloſo unico ſub coſtâ intermediâ. *Flos* coloris roſei, minutus, ſubſolitarius, axillaris: *calyce* utroque 5-fido: *arillis* 5, monoſpermis, ovatis, echinatis.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.
Malvinda foliis inferioribus multifidis, ſuperioribus inciſis, flore ſolitario. Burm. Zeyl. pag. 150. tab. 69. fig. 2. Alcea floribus roſeis, fructu lapaceo, 5-partito. foliis profundè laciniatis. Herm. Muſ. Zeyl. pag. 63.

Sp. 3. URENA PROCUMBENS. α Cây Đáy Cát. β. . .
Differ. ſpec. Ur. *foliis* oblongis, ſinuatis, ſerratis: *caule* procumbente. Lin. ſp. 4.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, procumbens, teres, rubeſcens, ramoſus. *Folia* haſtata, inæqualiter, & profundè ſerrata, aſpera, alterna. *Flos* croceus, axillaris, congeſtus: *calyce* utroque 5-fido: *ſtaminibus* 10: *ſtylo* unico. *Capſula* rotunda, echinata, 4-locularis, 1-ſperma.
Habitat loca arenoſa in Cochinchinâ, & Chinâ.
Urena Procumbens, foliis haſtato-ſubcordatis indiviſis, ſerratis, caule procumbente. Burm. Ind. pag. 150.

Sp. 4. URENA POLYFLORA. β Xie thâu fố.
Differ. ſpec. Ur. *foliis* angulatis: *floribus* congeſtis; *calycibus* polyfloris.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, 2-pedalis, ramis patentibus. *Folia* angulata, inæqualiter crenata, utrinque piloſa, alterna, petiolata. *Flos* croceus, axillaris, congeſtus: *calyce* utroque 5-fido: exteriore polyfloro: interiore laciniis linearibus. *Stylus* unicus: *ſtamina* Monadelpha. *Capſula* ovata, muricata, 5-locularis, monoſperma. Petala 5, obtuſa, baſi ſub-coalita.
Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

Sp.

Sp. 5. URENA MONOPETALA. α Cây Bây chieo.
Differ. ſpec. Ur. *foliis* ovato-lanceolatis, ſerratis: *corollis* monopetalis.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus: 2-pedalis, erectus, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, integra, ſerrata, venoſa, tomentoſa, alterna. *Flos* violaceus, axillaris, ſolitarius. *Calyx* exterior 5-phyllus, brevior. *Corolla* 1-petala, tubo calyci æquali: limbo patente, 5-partito, laciniâ ſuperiore maiore, emarginata: *ſtamina* Monadelpha. *Capſula* ſub-rotunda, muricata, 5-locularis, 1-ſperma.
Habitat inculta in Cochinchinâ.

GENUS XVI. HIBISCUS.

Char. Gener. Monogyna. *Cal* duplex: exterior polyphyllus. *Caps.* 5-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 911.

Sp. 1. HIBISCUS POPULNEUS. α Cây Tla.
Differ. ſpec. Hib. *foliis* cordatis, integerrimis: caule arboreo, *calycum* exteriore truncato. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* Arboreus, 15-pedalis, ramis longis, expanſis. *Folia* baſi cordata, inde conica, integerrima, glabra, ſparſa, petiolis longis. *Flos* magnus, pallidus, in ſenectute ruber, 5-petalus, patens. *Calyx* exterior in Cochinchinâ 3-phyllus; in Malabariâ integer, repandus: interior campanulatus, 5-dentatus. *Capſula* ſphæroidea, ſeſqui-pollicaris, 5-locularis, polyſperma.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ. Etiam longâ ſerie plantatus in urbe Gallorum Pondichery, ubi jucundum umbraculum præbet viatoribus.
Novella Litorea. Rumph. Amb. l. 3. c. 31. tab. 74.

Sp. 2. HIBISCUS TILIACEUS. α Cây Tla làm chieo. β. . . .
Differ. ſpec. Hib. *foliis* cordatis, ſub-rotundis, indiviſis, acuminatis, crenatis: *caule* arboreo: *calyce* exteriore decem dentato. Lin. ſp. 4.
Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 12 pedalis, tortuoſus: *cortice* cannabino: *ramis* multis expanſis. *Folia* cordata, ſub-rotunda, acuminata, ſub-crenata, ſparſa, petiolis longis, teretibus. *Flos* magnus, ſparſus, flavus, rubro-ſtriatus: *calyce* exteriore 10-dentato, interiore 5-fido: *corollâ* 5-petalâ, obtuſâ, patente. *Stamina* multa, Monadelpha. *Stylus* 5-fidus. *Capſula* ovata, rugoſa, fuſca, 5-locularis, polyſperma.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ, maximè ad ripas fluminum, & maris

ris litora : ſimiliter in Chinâ.

Alcea Indica Sinarum, flore luteo, malvaceo. Pluken. Amalt. pag. 6. tab. 355. fig. 5. Novella Daun. Rumph. Amb. l. 3. c. 28. tab. 73.

Virt. foliorum. Refrigerans, Laxans, Reſolvens. Intus ſumpta in decocto valent in ardore febrili, Dyſuria. Externè in partu difficili, phlegmonibus, Cephalgiâ calidâ.

Uſus. Cortex inſervit ad torquendos minores funes, nectenda retia, texendas storeas, & quælibet liganda.

Sp. 3. HIBISCUS ROSA SINENSIS. α Hoàng Kàn. β . . .

Differ. ſpec. Hib. *foliis* ovatis, acuminatis, ſerratis, glabris : *caule* arboreo. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 9-pedalis : *cortice* ſcabro, fuſco : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, acuminata, ſerrata, glabra, nitida, obſcuro-viridia, petiolata, alterna. *Flos* nitidè coccineus, magnus, 4-pollicaris, ſimplex, plenusque, pulcherrimus, inodorus, ſolitarius, ſub-terminalis. *Calyx* exterior 8-phyllus, foliolis linearibus : interior ſemiquinque-fidus, acutus. *Stamina* plurima, brevia, tubo longo, tenui lateraliter inſerta. *Styli* 5, breves. *Capſula* ſub-rotunda, 5-locularis, polyſperma.

Habitat tam culta, quam ſpontanea in Cochinchinâ, & Chinâ.

Flos Feſtalis. Rumph. Amb. l. 6. c. 11. tab. 8. Ketmia Sinenſis, fructu ſub-rotundo, flore pleno. Burm. Zeyl. pag. 133.

Virt. foliorum, & radicis. Emolliens, Reſolvens, Anodyna. Proſunt in Stranguria, & Dyſuriâ; dolores nephriticos mitigant, alvum laxant; inflamationem tonſillarum, & oris per gargariſma leniunt.

Uſus. Flores ſpiritum vini, & ſimiles liquores tingunt colore rubro, additoque parciſſimo alumine, colore violaceo gratiſſimo. Iidem florea recentes, ſi calceis, vel telis nigris affricentur, nigredinem augent, & nitorem. In Cochinchina ſic trivialis eſt iſta planta, ut ex illâ integræ hortorum ſepes ducantur. Præter binas varietates flore ſimplici, & flore pleno coccineis, eſt tertia varietas flore etiam pleno, magno coloris lateritii : prætereà quæque flore albiſſimo, pleno, rarior quidem & culturâ difficilior, quæ aliquantulum differt a præcedentibus foliis ſerrato-inciſis, ad Hibiſcum Syriacum declinantibus.

Sp. 4. HIBISCUS MUTABILIS. α Phù dōng. β Fù yung.

Differ. ſpec. Hib. *foliis* cordato-quinqueangularibus, obſoletè ſerratis : *caule* arboreo. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 9-pedalis, rectus, multiplex, ramoſus : cortice cinereo, glabro, cannabino. *Folia* cordata, ſub-rotunda, 5-angulata, obſoletè-ſerrata, utrinque tomentoſa, albicantia, ſparſa,

ſa, petiolis longis. *Flos* magnus, plenus, colore mutabilis, nunc albus, nunc ruber, plerumque roſeus apparet: pedunculis polyfloris, terminalibus. *Calyx* exterior ſæpius 9-phyllus, foliolis linearibus: interior ſemiquinque-fidus. *Stamina* Monadelpha. *Capſula* ſub-rotunda, 5-locularis, polyſperma.
Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.
Thunb. Jap. pag. 272. Flos Horarius. Rumph. Amb. l. 6. c. 12. tab. 9.
Virt. Fere eadem, quæ præcedentis Roſæ Sinenſis; & Althææ Europææ æmula. In rebus œconomicis nullius uſûs, præter aſpectum pulchrum.

Sp. 5. HIBISCUS SYRIACUS. α Houng kân biêc.
Differ. ſpec. Hib. *foliis* cuneiformi-ovatis, supernè inciſo-ſerratis: *caule* arboreo. Lin. ſy. pl. ſp. 12.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, rectus, 9-pedalis, multiplex: *ramis* ſtrictis, aſcendentibus. *Folia* parva, ſub-cuneiformia, ſuperius inciſo-ſerrata, tomentoſa, alterna, petiolis brevibus. *Flos* cæruleo-violaceus, plenus, mediocris, ſub-erectus, ſubſeſſilis, lateralis, & terminalis. *Calyx* exterior 7-phyllus. *Stamina* Monadelpha. *Fructus* plerumque abortiens.
Habitat in hortis Cochinchinæ: in Chinâ mihi non viſus.
Forsk Ægyp. cent. 4. n. 93. pag. 125. Thunb. Jap. pag. 272.

Sp. 6. HIBISCUS SURATTENSIS. α Cây ſoung chua.
Differ. ſpec. Hib. recurvato-aculeatus: *foliis* 5 lobis: *calycibus* exterioribus appendiculatis: *ſtipulis* ſemicordatis: *floribus* pedunculatis. Lin. ſp. 16.
Hab., & notæ. *Frutex* 6-pedalis, ſcandens, multiplex, ramoſus: caule, foliis, petiolis, calyce, pedunculis omnibus aculeatis. *Folia* mixtim 3-loba, palmataque 5-loba, ſerrata, ſparſa, petiolis longis. *Flos* lateralis, ſolitarius, mediocris, pedunculo longo: corollâ intus croceâ, foris ruberrimâ. *Calyx* duplex, uterque perſiſtens. Exterior rotatus, appendiculatus, exoticus, 10-phyllus, foliolis ovato-oblongis, pedicellatis: interior 5-fidus, laciniis acutis, conniventibus, dorſo, & margine carinatis. *Corolla* petala 5, campanulata, obtuſa, baſi leviter cohærentia. *Filamenta* plurima, ſubulata, inferius coalita in tubum, calyce longiorem. *Antheræ* oblongæ, incurvæ. *Germen* conicum, 5-gonum. *Styli* 5, reflexi, æquales ſtaminibus. *Stigmata* convexa. *Capſula* lato-conica, inermis, ſericea, 5-valvis, 5-locularis, polyſperma, calyce interiore connivente clauſa. Semina angulata, ſcabra.
Habitat inter ſepes Cochinchinæ.
Ketmia Indica, ſpinuloſa, profundè laciniata, acetoſa ſapore. Burm. Zeyl.

Zeyl. pag. 135. Herba crinalium Agreſtis. Rumph. Amb. l. 6. c. 19. pag. 40. tab. 16

Uſus. Foliis gratè acidis condiuntur cibi. In cataplaſmate juvant ad diſſolvendos tumores duros, & puſtulas ex variolis reſiduas: in quem finem plantæ radix efficacior habetur.

Sp. 7. HIBISCUS ESCULENTUS. α Cây boung vàng, chỉa lá. β Hoáng ſóuc qúei.

Differ. ſpec. Hib. *foliis* quinque partito-pedatis: *calycibus* interioribus latere rumpentibus. Lin. ſp. 19.

Habitus, & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 6-pedalis, teres, inæqualis, ſuberectus: ramis herbaceis, diffuſis, reclinatis, hiſpidis. *Folia* palmata, crenata, tomentoſa, petiolis longis, hiſpidis, ſparſis. *Flos* lateralis, ſolitarius, magnus, 5-petalus, luteus, rubro conſperſus. *Calyx* exterior 8-phyllus: interior oblongus, ſpathaceus, apice 4-dentatus, a latere dehiſcens. *Capſula* oblonga, acutè 5-gona, 5-locularis, 5-valvis: *ſeminibus* multis, reniformibus. *Stamina* Monadelpha. *Styli* 5.

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Burm. Ind. pag. 153. Fork. Ægyp. centur. 4. pag. 125. n. 90. Secunda Quigombo ex Africâ traducta. Piſ. Braſ. l. 4. c. 45. pag. 211. fig. ibi.

Uſus. Fructus nondum maturi, ſed cocti eſculenti ſunt. Planta colitur ob formam, & colorem floris, quamvis inodori.

GENUS XVII. ALCEA.

Char. Gener. *Cal.* duplex: exterior 6-fidus. *Arilli* monoſpermi, plures. Lin. ſy. pl. G. 905.

† Sp. 1. ALCEA AFRICANA. γ

Differ. ſpec. Alc. *foliis* 3-lobis, crenatis: *floribus* ſolitariis, axillaribus: *calyce* utroque 6-partito.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 4-pedalis, erectus, multiplex, teres, hiſpidus. *Folia* 3-loba, inæqualiter crenata, aſpera, alterna, petiolata. *Flos* coccineus, lateralis, pedunculis ſolitariis, longis, monofloris: *calycibus* exteriore, & interiore 6-partitis: *ſtaminibus* Monadelphis: *piſtillo* pentagyno: *arillis* 5, monoſpermis, lævibus.

Habitat ad litora Africæ Orientalis.

Obſerv. Alcæa Indica (Burm. Ind. pag. 149.) convenit cum Africanâ foliis 3-lobis, crenatis: differt autem floribus terminalibus, luteis, & calyce interiore 5-fido.

GENUS XVIII. MALVA.

Char. Gener. *Cal.* duplex : exterior 3-phyllus. *Arilli* plurimi, monoſpermi. Lin. ſy. pl. G. 986.

Sp. 1. MALVA TOMENTOSA. Cây bây thi.

Differ. ſpec. Malv. *foliis* cordatis, crenatis, tomentoſis : *floribus* lateralibus congeſtis : *caule* fruticoſo. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 2-pedalis, erectus, teres, hiſpidus, parum ramoſus. *Folia* ovata, ſub-acuta, ſub-cordata, criſpa, crenata, utrinque tomentoſa. *Flos* luteus, minuſculus, axillaris, glomeratus. *Calyx* exterior 3-phyllus : interior 5-dentatus. *Petala* 5, ob-cordata, brevia. *Stamina* 5, coalita. *Styli* multi. *Arilli* monoſpermi multi.

Habitat inculta in Cochinchinâ.

Althæa Orientalis bidens, ſub-rotundis foliis, floribus parvis, luteis. Pluk. Amalth. 11. tab. 356, fig. 1. Malva foliis cordatis, crenatis, villoſis. Hort. Cliff. pag. 347.

Sp. 2. MALVA VERTICILLATA. β Tŭng quĕi trâu. α Dôûng qui tâ.

Differ. ſpec. Malv. *caule* erecto : *foliis* angulatis : *floribus* axillaribus, glomeratis : *calycibus* ſcabris. Lin. ſp. 17.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 3-pedalis, erectus. *Folia* cordata, 5-7-angulata, ſub-crenata, glabra, petiolis longis, alternis. *Flos* albo-ruber, parvus, pedunculis 1-floris; axillaribus, glomeratis. *Calyx* exterior 3-phyllus : interior 5-fidus. *Stamina* Monadelphia, multa. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

Habitat culta Cantone Sinarum. In Cochinchinâ rarò.

Berm. Ind. pag. 149. Hort. Cliff. pag. 502.

Virtus : totius plantæ. Emolliens, Laxans.

CLAS-

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

1. POLYGALA. *Cal.* 2 laciniis alæformibus. [illegible] cylindricum. *Capſ.* obcordata, 2-locularis.

****

DECANDRIA.

* *Stamina omnia connexa.*

2. ERYTHRINA. *Alæ, carinaque* breviſſimæ.

3. ABRUS. *Filamenta* 9 baſi infimâ connexa, latere ſuperiore libera. *Sem.* ovata.

4. GENISTA. *Piſtillum* deprimens carinam. *Stigm.* involutum.

5. LUPINUS. *Antheræ* alternæ rotundæ, alternæ oblongæ. *Legumen* coriaceum.

6. ANTHYLLIS. *Cal.* turgidus, includens ſiliquam.

† 7. ARACHIS. *Legum.* toruloſum, reticulatum. *Cor.* reſupinata, vexillo amplo.

8. ASPALATHUS. *Leg.* muticum, ovatum, ſubdiſpermum.

9. PTEROCARPUS. *Leg.* foliaceum. *Stamina* bina trianthera.

† 10. DERRIS. *Legum.* membranaceum. Petala baſi falcata.

11. CROTOLARIA. *Legum.* pedicellatum, turgidum.

** *Stigma pubeſcens. Nec priorem notæ.*

12. PHASEOLUS. *Carina, ſtylusque* ſpirales.

13. DOLICHOS. *Vexillum* baſi callis 2, alas oblongas comprimentibus.

14. PISUM. *Stylus* ſupra carinatus, villoſusque.

15. VICIA. *Stylus* ſub ſtigmate barbatus.

 *** *Le-*

*** *Legum. ſub-monoſpermum. Nec priorum nota.*

16. PSORALEA. *Cal.* punctis glanduloſis.

17. TRIFOLIUM. *Legum.* vix calyce longius, 1-2-ſpermum. *Flores* capitati.

18. GLYCYRRHIZA. *Cal.* bilabiatus: ſuperiore 3-fido.

**** *Legumen ſub-articulatum.*

19. ÆSCHYNOMENE. *Legum.* articulis monoſpermis. *Cal.* bilabiatus.

20. HEDYSARUM. *Legum.* articulis ſub-rotundis, compreſſis. *Carina* obtuſiſſima.

21. CORONILLA. *Legum.* iſthmis interceptum, rectum.

22. ORNITHOPUS. *Legum.* articulatum, arcuatum.

23. HIPPOCREPIS. *Legum.* compreſſo-membranaceum: altera ſutura emarginaturis ad medium excisa.

24. MEDICAGO. *Legum.* ſpirale, membranaceo-compreſſum. *Piſtillum* carinam deflectens.

† 25. DIPHACA. *Legumina* 2, articulata. *Stam.* Vagina duplici.

***** *Legumen 1-loculare, polyſpermum. Nec priorum nota.*

26. CLITORIA. *Vexillum* ampſum, *alas* obtegens. *Cor.* reſupinata.

27. ROBINIA. *Vexillum* reflexo-patens, ſub-rotundum.

† 28. CITTA. *Vexillum* turgidum. *Legum* exterius celluloſum.

29. GLYCINE. *Carina vexillum* reflectens.

30. INDIGOFERA. *Carina* utrinque denticulo.

† 31. GRONA. *Carina* ſubtus caverноſa, *alis* utrinque coalita.

32. RHY-

† 32. PHYNCHOSIA. *Carina* rhomboidea, roſtrata. *Legum* membranaceum.

† 33. MARCANTHUS. *Carina*, & *alæ* longiſſimæ. *Legum.* Craſſum, teres.

34. ERVUM. *Cal.* 5-partitus, ſub-æqualis, longitudine fere corollæ.

† 35. SARCODUM. *Cal.* ſemitruncatus. *Legum.* carnoſum.

36. CYTISUS. *Legumen* pedicellatum. *Cal.* bilabiatus.

37. LOTUS. *Legumen* teres, farctum *ſeminibus* cylindricis.

OCTANDRIA.

GENUS I. POLYGALA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus: *foliolis* duobus alæformibus, coloratis. *Legum.* obcordatum, biloculare. Lin. G. 921.

Sp. 1. POLYGALA SIBIRICA.

Differ. ſpec. Pol. *floribus* criſtatis: *racemis* nudis: *caulibus* herbaceis. *Foliis* lanceolatis. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 6-pollicaris, ſub-erectus, ramoſus, teres. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* ſpicis brevibus, laxis, axillaribus. *Calyx* foliolis binis lateralibus alæformibus, magnis. *Corolla* albicans, ad viridem declinans: *carina* criſtata, appendice pennicilliformi. *Stamina* 8, coalita. *Capſula* compreſſa, obcordata, 2-locularis, 1-perma.

Habitat inculta Cantone Sinarum. Eſſet Chinenſis (Lin. ſp. 19.) ſi imberbis.

Polygala multicaulis, anguſtiſſimis foliis, floribus carneis. Amm. Ruth pag. 34. n. 44.

† Sp. 2. POLYGALA GLOMERATA. Tāi Kām.

Differ. ſpec. Pol. *floribus* criſtatis, congeſtis: *foliis* ovato-oblongis: *caule* fruticoſo.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, lignoſus, erectus, 7-pollicaris, parum ramoſus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, glabra, alterna, *Flos* albus, ſeſſilis, congeſtus, lateralis. *Calyx* 5-phyllus, compreſſus: foliolis binis lateralibus lato-falcatis, magnis, florem tegentibus, tribus aliis lanceolatis, parvis, omnibus perſiſtentibus. *Corolla* 3-petala, papilonacea, calyce minor. *Vexillum* nullum. *Alæ* 2, turbinatæ, apice rotundatæ, reflexæ. *Carina* ſimplex, inflexa, alis longior, caudâ bifidâ, longâ, penicilliformi, atergo exterius adnatâ. *Filamenta* 8. filiformia, aſcendentia, carinæ æqualia, vaginæ tumidæ inſidentia. *Antheræ* oblongæ ſtantes. *Germen* compreſſum, inverſè cordatum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus. *Stigma* unciforme. *Capſula* compreſſa, obcordato-biloba, 2-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* ovatis, piloſis.

Habitat inculta prope Cantonem ſinarum.

DE-

DECANDRIA.

GENUS II. ERYTHRINA.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus $\frac{1}{1}$. *Vexillum* longiſſimum, lanceolatum. Lin. ſy. pl. G. 926.

Sp. 1. ERYTHRINA CORALLODENDRUM. α Cây Boung: Thích đoung bì. β Tum vè Xù.

Differ. ſpec. Er. *foliis* ternatis, inermibus: *caule* arboreo, aculeato. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, cortice cinereo, glabro: *aculeis* rectis, brevibus, ſparſis: *ramis* ſub-aſcendentibus. *Folia* 3-nata, ſparſa. *Foliola* ſub-cordata, ſub-rotundo-trigona, acuta, integerrima, glabra, glauca: *petiolis* communi, & propiis longis, inermibus. *Flos* coccineus ſpicis terminalibus, erectis. *Calyx* ſpatha ſimplex, ſubacuta. *Corolla* vexillum longiſſimum, acutum, protenſum. *Alæ*, & *carina* quadruplo breviores. *Stamina* 10, vexillo ſubæqualia, omnia in unum baſi coalita. *Legumen* longum, rectum, teres, toruloſum, articulatum, glabrum: *ſeminibus* oblongo-reniformibus, 8 circiter: capſulâ membranaceâ communi veſtitis, à capſulâ externâ leguminis diſtinctâ.

Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ, & Chinâ Auſtrali. Gelala Litorea. Rumph. Amb. l. 3. c. 33. t. 76. Arbor fabifera Boa tſinkring dicta. Bont. Jav. l. 6. c. 44. pag. 135. fig. ibi.

Virtus. Antifebrilis, Mundificans, Antiputridinoſa. Decoctum corticis valet contra febres intermittentes, ſine evacuatione ſenſibili. Folia contuſa purgant ulcera putrida: proſuntque in Odontalgiâ loco applicata.

Uſus. Lignum hujus arboris eſt album, & leviſſimum, ad ædificia ineptum: aptiſſimum vero, & ab indigenis præ omnibus quæſitum ad formandum pulverem pyrium ex ejus carbonibus. Ejus foliis carnes involutæ diu ſervantur a putredine, teneriores que, & ſapidiores redduntur: ſicque aviatoribus, prætermiſſâ coctione, uſurpantur.

Sp. 2. ERYTHRINA FUSCA. α Cây Son dong.

Differ. ſpec. Er. *foliis* ternatis, inermibus, lanceolatis: *corollarum* vexillis convolutis.

Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis: *cortice* fuſco, cannabino: *aculeis* plurimis, brevibus, ſparſis: *ramis* diffuſis. *Folia* ternata, inermia, ſparſa, petiolata: *foliolis* lanceolatis, integerrimis, glabris. *Flos* fuſco-ruber, racemo terminali. *Calyx* ſub-bilabiatus, la-

labiis integris, erectis. *Corollæ* vexillum longiſſimum, obtuſum, ſub-turbinatum, in tubum convolutum, baſi refractum. *Stamina* longa, baſi connexa. *Legumen* longum, teres, articulatum, piloſum: *ſeminibus* oblongis. Porus mellifer ſupra baſim calycis.

Habitat in Cochinchinâ ad ripas fluminum ſpontanea.

Gelala Aquatica. Rumph. Amb. l. 3. c. 35 t. 78.

GENUS III. ABRUS.

Char. Gener. *Cal.* obſoletè 4-lobus: ſuperiore latiore. *Filamenta* 9, baſi infimâ connata, dorſo hiantia. *Stigma* obtuſum. *ſem.* ſphærica. Lin. ſy. pl. G. 924.

Sp. 1. ABRUS PRECATORIUS. α Cam thảo dỏ hột.

Differ. ſpec. Abr. *foliis* abrupto-pinnatis: *pinnis* numeroſis, obtuſis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, multiplex, longus, ramoſus. *Folia* abruptè pinnata, ſparſa, petiolo longo: *foliolis* oppoſitis, ovatato-oblongis, glabris, ſub-12-jugis. *Flos* purpuraſcens, ſpicis lateralibus. *Legumen* compreſſum, breve, glabrum, roſtratum: *ſeminibus* 3-4, ovatis, nitidè coccineis, maculâ laterali nigerrimâ: duriſſima, non edulia.

Habitat in dumetis, & ſepibus Cochinchinæ.

Abrus frutex, Zaga. Rumph. Amb. l. 7. c. 31. tab. 32. Phaſeolus Indicus ruber. Bont. Jav. l. 6. c. 44. pag. 136. fig. ibi. Orobus Indicus Abrus Alpini dictus, fructu coccineo, macula nigrâ notato. Burm. Zeyl. p. 177.

GENUS IV. GENISTA.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus: $\frac{2}{3}$. *Vexillum* oblongum a piſtillo, ſtaminibuſque deorſum reflexum. Lin. ſy. pl. G. 930.

† Sp. 1. GENISTA SCANDENS. α Cây Gieng gieng.

Differ. ſpec. Gen. *ſpinis* ſimplicibus: *caule* ſcandente: *foliis* 2-pinnatis.

Hab., & notæ. *Frutex* magnus, caule ſcandente, longiſſimo, tereti, ramoſo: *ſpinis* multis, ſimplicibus, brevibus, ſparſis, recurvis. *Folia* bipinnata: *foliolis* ovatis, integerrimis, oppoſitis. *Flos* flavus: *calyce* concolore, ſub-bilabiato, 5-fido: *racemis* magnis, laxis, terminalibus, pendulis. *Corolla* papilonacea, vexillo oblongo, reflexo. *Stamina* 10, omnia coalita. *Legumen* ſub-rotundum, compreſſum, glabrum: *ſemine* 1, magno, compreſſo.

Habitat

Habitat in Cochinchinâ prope ripas fluminum, arundinum Indicarum, & maiorum arborum ad ſummitatem uſque pertingens. Abundantiâ, magnitudine, & aureo florum colore jucundum ſpectaculum præbet tranſeuntibus.

GENUS V. LUPINUS.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus. *Antheræ* 5 oblongæ, 5 ſub-rotundæ: *Legumen* coriaceum. Lin. ſy. pl. G. 939

† Spec. 1. LUPINUS COCHINCHINENSIS. α Cây Lac lac. . δ. . .
Differ. ſpec. Lup. *foliis* ſimplicibus, ovalibus: *floribus* ſpicatis, terminalibus: *calycibus* appendiculatis.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſub-teres, rectus, ſtriatus, 2-pedalis: *ramis* aſcendentibus. *Folia* ſimplicia, ovalia, emarginata, glabra, albicantia, alterna. *Flos* luteus, terminalis, ſpicatus: *calycibus* appendiculatis: labio ſuperiore 2-fido: inferiore 3-dentato. *Stamina* 10, connata: *antheris* 5 oblongis, 5 aliis alternis ſub-rotundis. *Legumen* oblongum, turgidum, obtuse 3-gonum, caudatum, glabrum, polyſpermum: *ſeminibus* orbiculatis, uncinatis.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ. Idem a me viſus in Benghalâ.

† Sp. 2. LUPINUS AFRICANUS. γ. . .
Differ. ſpec. Lup. *foliis* lanceolatis, 3-natis: *caule* fruticoſo, diffuſo: *pedunculis* polyfloris, terminalibus.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 3-pedalis, ramis diffuſis. *Folia* ternata, lanceolata, glabra, petiolis alternis. *Flos* luteus, pedunculis terminalibus, polyfloris. *Calyx* appendiculatus, 5-fidus. *Corolla*, *ſtamina*, & *Legumina* generis propria.
Habitat agreſtis in orâ Orientali Africæ.

GENUS VI. ANTHYLLIS.

Char. Gener. *Cal.* ventricoſus. *Legumen* ſub-rotundum, rectum. Lin. ſy. pl. G. 936.

† Sp. 1. ANTHYLLIS INDICA. α. Cây Kiec ſát.
Differ. ſpec. Ant. fruticoſa: *foliis* pinnatis, æqualibus, glabris: *racemis* oblongis, ſub-terminalibus.
Hab., & notæ. *Frutex* magnus, caule erecto, *ramis* ſcandentibus, inermibus. *Folia* impari-pinnata: *foliolis* ovatis, integerrimis, glabris, ſub-æqualibus. *Flos* albus, racemis oblongis, multis, ſubterminalibus. *Calyx* ventricoſus, 5-dentatus, ruber, perſiſtens. *Filamen-*

menta 10, omnia connata. *Legumen* breve, 2-ſpermum: *ſeminibus* reniformibus

Habitat in montibus Cochinchinæ.

GENUS VII. ARACHIS.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus. *Cor.* ſupinata. *Filamenta* connexa. *Legum.* gibbum, toruloſum, venoſum, coriaceum. Lin. ſy. pl. G.937.

Sp. 1. ARACHIS ASIATICA. α Cây dâu phung.

Differ. ſpec. Ar. *foliis* pinnatis, piloſis: *ſtipulis* bifidis: *floribus* congeſtis: *folliculis* 3-4-ſpermis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 3-pedalis, multiplex, teres, piloſiſſimus, ruffeſcens, ſub-erectus, ramis diffuſis procumbentibus. *Folia* ſparſa, petiolata, abruptè pinnata, 2-juga: *foliolis* ovatis, piloſis, integerrimis: petiolis brevibus. *Stipulæ* acutæ, bifidæ, oppoſitæ, ſemi-amplexicaules. *Flos* aureus, congeſtus, axillaris: pedunculis tenuibus, longiſſimis, 1-floris. *Flores* maſculi multi, commixti hermaphroditis. *Calyx* bilabiatus: labio ſuperiore ovato, 3-fido: inferiore ſubulato, integro, incurvo, longiore. *Corolla* papilonacea, reſupinata: *vexillo* latiſſimo, obtuſo, emarginato, expanſo: *alis* brevioribus, ovatis, conniventibus: *carinâ* falcatâ, alis breviore. *Filamenta* 10, omnia in vaginam connata, ad angulum rectum aſſurgentia: *antheris* 5 oblongis, 5 aliis alternis ſub-rotundis. *Germen* (hermaphroditi) oblongum. *Stylus* ſubulatus, æqualis ſtaminibus: *ſtigmate* ſimplici. *Pericarpium* ſupra terram nullum: ſub terrâ folliculus, oblongus, obtuſus, reticulatus, toruloſus, evalvis, 3-4-ſpermus, e germine floris in matureſcentiâ, reclinato pedunculo, terram perforante enatus. *Semina* ovata, ſæpe obliquè truncata.

Habitat culta abundantiſſimè in Cochinchinâ, &c in Chinâ.

Chamæbalanus Japonica. Rumph. l. 9. c. 54. tab. 156. fig. 2.

Senna tetraphylla, ſ. abſi congener hirſuta, Maderaſpatenſis, folliculos ſub terrâ condens. Pluk. Almag. 341. tab. 60. fig. 2.

Uſus. Hæc ſemina leviter toſta ſapida fiunt, & variis tragematibus miſceri ſolent amygdalas ſuppletura. Oleo tenui, limpido ſcatent, lucernis aptiſſimo, communis uſus in Cochinchinâ. Ad frigenda edulia etiam adhibetur, quamvis præſtantiâ ſaporis cedat oleo olivarum.

† Sp. 2. ARACHIS AFRICANA. γ . . .

Differ. ſpec. Ar. *foliis* pinnatis, glabris: *ſtipulis* integris: *folliculis* 2-3-ſpermis.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, longus, procumbens, ramoſus. *Folia* abruptè-pinnata, 2-juga: foliolis ovatis, glabris. *Flos* aureus, plerumque geminus, axillaris, pedunculis brevioribus; *floribus* maſculis cum hermaphroditis ſparſis. *Corollæ alæ*, & *carina* vexillo triplò minores. *Folliculus* evalvis, toruloſus, reticulatus, 2-3-ſpermus, ſubterraneus. *Stipulæ* ſubulatæ, integræ, oppoſitæ ad baſim petiolorum.

Habitat in variis locis Africæ Orientalis. Per me in Luſitaniam delatà floruit, & fructificavit, ſed ita debilis, ut tertio anno ſemina non amplius germinarent. Nullibi vidi Pericarpium in valvas aperiri.

Obſerv. Hæc ſpecies a præcedente non admodum differt, nec qualemcunque differentiam a me notatam apud Auctores invenio, fortaſſe, quia Africanam non viderunt. A Linnæo indiſcriminatim vocantur Arachis Hypogœa.

GENUS VIII. ASPALATHUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus: laciniâ ſuperiore maiore. *Legum.* ovatum, muticum, ſub-diſpermum. Lin. ſy. pl. G. 931.

† Sp. 1. ASPALATHUS ARBOREA. α. Cây Kâa gà.

Differ. ſpec. Aſp. *foliis* pinnato-quinatis: *racemis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: trunco recto, elato: *ramis* debilibus, reclinatis. *Folia* impari-pinnata, 2-juga: *foliolis* ovatis, integerrimis, glabris, ſeſſilibus, inferioribus minoribus. *Flos* albus, parvus, racemis compoſitis, terminalibus: *calyce* 5-fido, patente, laciniâ ſuperiore maiore. *Corolla* vexillo obcordato, latiuſculo, aſcendente: alis oblongis, vexillo æqualibus. *Stamina* omnia connata, corollâ breviora. *Stigma* obtuſum, ſeſſile. *Legumen* oblongo-ovatum, compreſſum, muticum, ſub-diſpermum.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Differt ab Aſpalatho Indicâ, quæ pedunculos habet unifloros, axillares; nec in arborem aſſurgit.

GENUS IX. PTEROCARPUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus. *Capſ.* falcata, foliacea, varicoſa. *Sem.* aliquot, ſolitaria. Lin. ſy. pl. G. 925.

† Sp. 1. PTEROCARPUS FLAVUS. β. Moân pǒ mǒ. ε. Hâyoh hiá.

Differ. ſpec. Pter. *foliis* pinnatis, ſub-trijugis: *ſpicis* lateralibus: *corollis* dentatis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna : ramis aſcendentibus, inermibus : *cortice* glabro, intus ſuccoſo, flavo, amaro. *Folia* impari-pinnata, ſub-trijuga : foliolis ovatis, acutis, integerrimis. *Flos* flavus, ſpicis lateralibus, brevibus. *Corolla* papilonacea, vexillo dentato, reflexo. *Legumen* breve, compreſſum, glabrum : cortice craſſo, duro, vix dehiſcente, inæquali : *ſeminibus* 2-3, compreſſo-rotundis.

Habitat in ſylvis Sinenſibus.

Malaparius. Rumph. Amb. l. 5. c. 32. tab. 117.

Obſerv. Quamvis hâc plantâ frequenter uſus ſum in praxi Medicâ, florem non vidi, niſi pictum, & deſcriptum in herbariis Sinenſibus, & Rumphiano, unde exiſtimo Pterocarpi ſpeciem eſſe.

Virtus : corticis. Reſolvens, Vulneraria. Rumphius ſcribit prodeſſe in Paralyſi, quod experientiâ nondum probavi.

Uſus. Decocto corticis tinguntur ſerica colore flavo permanente, nec injucundo.

† GENUS X. DERRIS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium tubuloſum, coloratum, margine 5-crenato, erecto.

Cor. Petala 4, papilonacea; longitudine ſub-æqualia : vexillo ovato : alis oblongis : carinâ lunatâ : omnibus baſi falcatis, unguibus filiformibus inſiſtentibus.

Stam. Filamenta 10, omnia connata in vaginam, æqualia, brevia. Antheræ didymæ lobis rotundis.

Piſt. Germen oblongum, compreſſum. Stylus æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.

Peric. Legumen oblongum, obtuſum, compreſſiſſimum, membranaceum, læve, monoſpermum.

Sem. Oblongum, planum.

Nom. (Δερρις membrana) a legumine membranaceo.

Char. Gener. *Cal.* 5-crenatus, coloratus. *Petala* unguibus filiformibus. *Legum.* oblongum, membranaceum.

† Sp. 1. DERRIS PINNATA. α Cham bia lo thu.

Differ. ſpec. Der. ſcandens, *foliis* pinnatis : *pedunculis* polyfloris, lateralibus.

Hab. *Frutex* ſcandens, caule longo, inermi, ramoſiſſimo. *Folia* alternatim pinnata, multijuga : *foliolis* ovato-oblongis, baſi rhombeis, parvis, glabris, integerrimis. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, lateralibus. *Legum.* 1-ſpermum. Ha-

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Radix carnoſa, rubeſcens ſupplet defectum fructus Arecæ, quæ ſimul cum folio aromatico Piperis Betle aſſiduè maſticatur ab indigenis; ut ſuavem halitum, & rubedinem oris conciliet.

† Sp. 2. DERRIS TRIFOLIATA. β. Sān leào táu.

Differ. ſpec. Derr. ſcandens, *foliis* ternatis: *racemis* longis, axillaribus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, ramoſus, inermis; *radice* longâ, multiplici, carnoſâ. *Folia* 3-nata, ovato-lanceolata, integerrima, glabra. *Flos* albus, racemis longis axillaribus; *calyce* concolore; leviter 4-dentato. *Corollæ* petala longitudine æqualia, baſi falcata, unguiculata. *Stamina* omnia connexa, æqualia. *Legumen* 2-3-ſpermum, oblongum, tectum, compreſſum, membranaceum? maturum non vidi.

Habitat in ſylvis provinciæ Cantonienſis Sinarum.

GENUS XI. CROTOLARIA.

Char. Gener. *Legumen* turgidum, inflatum, pedicellatum. *Filamenta* connata cum fiſſurâ dorſali. Lin. ſy. pl. G. 934.

† Sp. 1. CROTOLARIA HEPTAPHYLLA. α....

Differ. ſpec. Crot. *foliis* ſeptemnatis: *ſpicis* longis: *caule* arboreo.

Hab., & notæ. *Arbor* 10-pedalis, ramis diffuſis. *Folia* impari-pinnata, 3-juga: *foliolis* ovato-oblongis, venoſis, ſub-tomentoſis, petiolis brevibus. *Flos* albus, axillaris, & terminalis, ſpicis ſimplicibus, longis, ſolitariis. *Calyx* 5-dentatus, villoſus, brevis. *Corollæ vexillum* emarginatum, aſſurgens: *alæ* oblongæ, vexilli dimidiæ: *carina* inflexa, alis brevior. *Stamina* omnia connata. *Legumen* pedicellatum, turgidum, villoſum; inæquale: *ſeminibus* paucis, ſub-rotundis.

Habitat inculta in Cochinchinâ.

† Sp. 2. CROTOLARIA SCANDENS. α Cây Hly....

Differ. ſpec. Crot. *foliis* oblongis: *pedunculis* polyfloris, axillaribus: *caule* fruticoſo, ſcandente.

Hab., & notæ. *Frutex* magnus, *ramis* longis, lignoſis, ſcandentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* albus, axillaris, pedunculis polyfloris; *corollâ* papilonaceâ, petalis ſub-æqualibus, patentibus; *calycibus* glabris: *Staminibus* omnibus connexis. *Legumen* turgidum, utrinque acuminatum: *ſeminibus* paucis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GE-

GENUS XII. PHASEOLUS.

Char. Gener. *Carina* cum *ſtaminibus*, *ſtyloque* ſpiraliter tortis. Lin. ſy pl. G. 940.

Sp. 1. PHASEOLUS VULGARIS. α Dâu tlống. tlả.

Differ. ſpec. Phas. *caule* volubili: *floribus* racemoſis, geminis, *bracteis* calyce minoribus: *leguminibus* pendulis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ *Caulis* annuus, volubilis, 8-pedalis, ſimpliciſſimus. *Folia* 3-nata, acuminata, baſi rotundata, aſpera, petiolis longis. *Flos* albus, axillaris, racemis geminis, vel etiam petiolis ſimpliciter geminis: *bracteis* calyce maioribus. *Legumen* longum, ſub-curvum, ſub-compreſſum, glabrum: *ſeminibus* multis reniformibus, albis.

Habitat rarò in Cochinchinâ, non indigena.

Thunb. Jap. pag. 278. Smilax hortenſis, ſive Phaſeolus maior. Bauh. Pin. pag. 339. n. 1.

Sp. 2. PHASEOLUS LUNATUS. α Dâu dai.

Differ. ſpec. Phaſ. *Caule* volubili: *leguminibus* acinaciformibus, *ſublunatis*, lævibus. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, volubilis, 10, aut ultra pedes longus, ramoſus. *Folia* 3-nata, lævia, acuta, inæqualia. *Pedunculi* polyflori. *Flos* luteus, vexillo patente, viridi, calyci concolore. *Carina*, & *ſtamina* ſpiraliter contorta. *Legumen* compreſſum, latum, ſub-curvum, acuminatum, glabrum: *ſeminibus* orbiculato-reniformibus, nitidis, nigris, albo ſtriatis, magnis.

Habitat cultus in Cochinchinâ. Quamvis eſculentus, ob pulchritudinem ſeminum pluris habetur, quam ob saporem.

Burm. Ind. pag. 157.

† Sp. 3. PHASEOLUS TUBEROSUS. α Dâu sắn rừng.

Differ. ſpec. Phaſ. *Caule* ſcandente: *vexillo* revoluto: radice tuberoſâ, faſciculatâ.

Hab. & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, longus, ramoſus: *ſtipulis* bicornibus, acutis, expanſis: *foliis* 3-natis, magnis: *floribus* integrè luteis, racemoſis, ſubterminalibus. *Calyx* 4-fidus, laciniis longitudine æqualibus, ſummâ obtuſâ, emarginatâ. *Corollæ* vexillum revolutum. *Stamina*, & *carina* ſpiralia. *Legumina* ſub-compreſſa, longa, non edulia. Radix tuberoſa, faſciculata, magna, eſculenta.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Sp.

† Sp. 4. PHASEOLUS TUNKINENSIS. *a* Đậu kẻ bác.

Differ. ſpec. Phaſ. *Caule* volubili, ramoſiſſimo: *foliolis*, conicis, parvis, craſſis: *vexillo* revoluto, calyci concolore.

Hab, & notæ. *Caulis* annuus, volubilis, brevis, ramoſiſſimus. *Folia* 3-nata, conica, parva, craſſa, glabra, plana. *Flos* albus, racemoſus, axillaris: vexillo revoluto, calyci viridi concolore. *Carina* cum ſtaminibus ſpiraliter contorta. *Legumen* ſub-lunatum, compreſſum, læve, pendulum, 3-ſpermum: *ſeminibus* ovatis, pallidis, rubro variegatis, edulibus.

Habitat cultus in Cochinchinâ, ab Tunkino oriundus.

Sp. 5. PHASEOLUS RADIATUS. *a* Đậu Xanh: lục đậu. *ß* Liu teu?

Differ. ſpec. Phas. *Caule* erecto, tereti: *floribus* capitatis: *leguminibus* cylindricis horizontalibus. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, erectus, 2-pedalis, ſub-teres, fuſcatus, piloſus, ramoſus. *Folia* 3-nata, lato-lanceolata, piloſa, ſtipulis geminis, acutis, petiolis longis. *Flos* fuſco-luteus, capitatus, axillaris, pedunculo communi longo, erecto. *Cal.* 4-fidus, acutus, æqualis, laciniâ ſummâ emarginatâ. Corollæ *vexillum* magnum, ſub-rotundum, patens, apice plicato, emarginato. *Alæ* breviores, lato-falcatæ, lobo conico, inflato, exterius prominente. *Carina* falcata, ſimul cum ſtaminibus ſpiraliter contorta, media longitudine inter vexillum, & alas. *Legumen* lineare, teres, rectum, acuminatum, piloſum, fuſcum, polyſpermum, horizontale: *ſeminibus* viridi-luteis, ovatis, parvis, omnium phaſeolorum ſaluberrimis, nec palato ingratis.

Habitat, & colitur abundanter in Cochinchinâ, & Chinâ.

Phaſeolus Minimus. Rumph. Amb. l. 9. c. 30. tab. 139. fig. 2. Phaſeolus Zeylanicus, ſiliquis radiatim digeſtis. Burm. Zeyl. pag. 192.

Virt. Seminum. Reſolvens, Diuretica. Prodeſt in Hydrope, Cephalgiâ, viſûs debilitate.

Sp. 6. PHASEOLUS MUNGO. *a* Đậu muồng ăn. *ß* Siào teu: Tſiám teu.

Differ. ſpec. Phas. *Caule* flexuoſo, tereti, hirſuto: leguminibus capitatis, hirſutis. Lin. ſp. 13.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, flexuoſus, erectus, teres, hiſpidus, ramoſus. *Folia* 3-nata, ſub-rotunda, utrinque ſubacuta, piloſa, mollia, flavo-viridia: *ſtipulis* 2-fidis, acutis, medio adnatis, ciliatis. *Flos* flavus, axillaris, pedunculo communi petiolis ſub-æquali, deſinente in capitulum 3-4-florum. *Calyx* 5-fidus, ſuffultus ſtipulis geminis, incurvis, inflexis, calyce longioribus. *Carina* ab uno latere corniculum ſubuloſum exerens, quo unam ex alis re-

removet : alâ alterâ cum ipsâ carinâ, & ſtaminibus in ſpiram contortis. *Legumen* teres, tenue, longiuſculum, acuminatum, piloſum : *ſeminibus* multis, ſub-ovatis fuſco-viridibus, eſculentis.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ in agris cultus.

Mungo. Garc. Arom. 162. c. 21. Phaſeolus hirſutus, flexicaulis, Mungo affinis Maderaſpatanus, caule tereti. Pluk. Almag. 290.

GENUS XIII. DOLICHOS.

Char. Gener. *Vexilli* baſis callis duobus, parallelis, oblongis, alas ſubtus comprimentibus. Lin. ſy. pl. G. 941.

Sp. I. DOLICHOS SINENSIS. Đậu đũa. Tâu cô : Têu cọ.

Differ. ſpec. Dol. volubilis, *leguminibus* pendulis, cylindricis, toruloſis : *pedunculis* erectis, multifloris. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, longus, teres, tenuis, volubilis, ſubramoſus. *Folia* ternata, lato-lanceolata, glabra : ſtipulis lanceolatis binis, ternisve ab baſim petioli communis. *Flos* albo-violaceus, pedunculis paucifloris, ſub-erectis, axillaribus : *vexillo* aſcendente, obtuſiſſimo, emarginato, callis binis ad baſim exertis. *Stylus* ſub-teres, ſuperius piloſus. *Legumen* lineare, longiſſimum, 1-2-pedale, ſub-teres, toruloſum, glabrum, pendulum : *ſeminibus* oblongo-reniformibus, pallidis, multis.

Habitat cultus ubique in Cochinchinâ, & Chinâ.

Rumph. Amb. L. 9. c. 22. tab. 134. Burm. Ind. pag. 158.

Uſus. Legumina iſta ſunt ſalubria, & ſapida, maximè recentia.

Obſerv. Exiſtimo Dol. ſeſquipedalem (Lin. ſp. 7.) ſpecie non differre : certè notæ omnes ibi expoſitæ utrique æqualiter conveniunt, ſi locum natalem excipias, quod non eſt curandum.

Sp. 2. DOLICHOS UNGUICULATUS.

Differ. ſpec. Dol. volubilis, *leguminibus* capitatis, ſub-cylindricis : *apice* recurvo, concavo. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, volubilis, glaber, mediocris, parum ramoſus. *Folia* ternata, acuta, glabra : ſtipulis medio adnatis, utrinque acutis. *Flos* axillaris, pedunculo longo, craſſo, ſtriato, patente, ſæpe bipartito : capitulis paucifloris. *Corolla* albo, luteo, & violaceo variegata : *vexillo* lato, rotundato, emarginato, aſcendente; callis binis parallelis, curvis, alas deprimentibus. *Alæ*, & *carina* obtuſæ, conniventes, unguiculatæ, ſub-æquales. *Stamina* Diadelpha, aſcendentia, vaginâ longâ : *antheris* ovatis, ſtantibus. *Stylus* teres, ſuperius barbatus : *ſtigmate* craſſiuſculo, glabro. *Legumen* longum, ſub-teres, ſubarcuatum, toruloſum, pendulum : api-

apice recurvo, concavo. *Semina* ovata, rubra.
Habitat in Chinâ, unde in Luſitaniam translatus.
Thunb. Japon. pag. 279. Rumph. Amb. l. 9. c. 27. tab. 138. Cacara Nigra.
Uſus. Semina ſunt edulia: ſed nec ori, nec ſtomaco multum grata.

Sp. 3. DOLICHOS ENSIFORMIS. α Đâu rựa β Tāo têu.
Differ. ſpec. Dol. *caule* ſub-erecto: *leguminibus* gladiatis, dorſo 3-carinatis: *ſeminibus* arillatis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Caulis* perennis, ſuffruticoſus, ſcandens, longus, ramoſus, glaber. *Folia* 3-nata, acuta, rugoſa, glabra: *ſtipulis* ſetaceis, minimis. *Flos* violaceus, pedunculis polyfloris, axillaribus. *Calix* tubuloſus, bilabiatus: labio ſuperiore 2-fido, inferiore 3-dentato, breviore. Corollæ *vexillum* ſub-rotundum, emarginatum, refractum: callis oblongis ad baſim alas prementibus. *Alæ*, & *carinæ* falcatæ, vexillo æquales. *Filamenta* Diadelpha, ſubulata, æqualia, aſcendenthia: *antheris* ovatis, nutantibus. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, glaber, æqualis ſtaminibus. *Stigma* parvum, concavum. *Legumen* magnum, compreſſum, dorſo craſſius, 3-nervium, ad apicem reflexum, acuminatum, acinaciforme: *ſeminibus* 5-6 compreſſo-ovatis, arillatis, magnis.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ: coliturque pro umbraculo contra ſolis calorem: cibo minus aptus. Eſt varietas legumine duplo longiore, & planiore, foliis obtuſioribus, & aliis parvis differentiis, quæ ad mutandam ſpeciem non ſufficiunt.
Thunb. Jap. pag. 279. Lobus Machæroides. Rumph. Amb. l. 9. c. 23. tab. 135. fig. 1.

Sp. 4. DOLICHOS TETRAGONOLOBUS. α Đâu roùng. β . . .
Differ. ſpec. Dol. volubilis, *leguminibus* membranâceo-quadrangulatis. Lin. ſp. 6.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, teres, tenuis, ſcandens, longus, ramoſus. *Folia* ternata, lato-lanceolata, glabra, pallidè viridia: *ſtipulis* lanceolatis, minuſculis. *Flos* pallidè cæruleus, pedunculis lateralibus, longis, paucifloris: *vexillo* ſub-rotundo, magno, refracto, callis binis parallelis alas breviores deprimentibus. *Legumen* craſſum, ſemipedale, a quatuor angulis in longitudinem exerens 4 membranas tenues, laceras, connatas. *Semina* 8 circiter, ſub-ovata.
Habitat, non frequens, in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 159. Lobus Quadrangularis. Rumph. Amb. l. 9. c. 21. tab. 133.
Uſus. Recens legumen ſapidum invêni: ſed caput gravat.

Sp. 5. DOLICHOS PRURIENS. α Dâu ngứa.

Differ. ſpec. Dol. volubilis, *leguminibus* racemoſis: *valvulis* ſub-carinatis, hirtis: *pedunculis* ternis. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, longiſſimus, teres, ramoſus, volubilis, aliquando repens. *Folia* ternata, ovata, ſub-obtuſa, mollia, piloſa, lætè virentia. *Flos* fuſco-violaceus, pedunculis polyfloris, lateralibus, longis, pendulis. *Legumen* 3 pollices longum, compreſſum, ſub-curvum, piloſiſſimum, polyſpermum: *ſeminibus* 5-6, ovatis, compreſſis. Pili ruffi totius plantæ, & præcipuè leguminis, ſi cutem tangant, pruritum excitant intolerabilem.

Habitat ad ripas fluminum in Cochinchinâ, omnibus odioſus.

Phaſeolus Zeylanicus, lobis undequaque piloſis, fructu lucido, nigro. Burm. Zeyl. pag. 191. Cacara pruritus. Rumph. Amb. l. 9. cap. 36. tab. 142.

Sp. 6. DOLICHOS ALTISSIMUS. α Dâu bán Phủ yen.

Differ. ſpec. Dol. *leguminibus* racemoſis, hirtis, æqualibus; *ſeminibus* hilo cinctis: *foliis* utrinque glabris. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, perennis, ramoſus, longiſſimus, ad arborum ſummitatem ſcandens. *Folia* ternata, ſub-rotundo-rhombea, ſub-rugoſa, utrinque glabra: ſtipulis ſubulatis. *Flos* violaceus, racemis longis, lateralibus: *vexillo* ſub-rotundo, magno, reflexo: callis parallelis alas comprimentibus. *Legumen* oblongum, planum, ſcabrum, 3-4-ſpermum: *ſeminibus* ovatis, compreſſis, pallidis, hilo cinctis.

Habitat incultus, cultusque in Cochinchinâ.

Cacara perennis. Rumph. Amb. l. 9. c. 25. tab. 136.

Obſerv. Si caulem perennem excipias, reliquæ notæ hujus plantæ magis conveniunt Dolicho Altiſſimo, quam Lignoſo: huic adſcribe, ſi magis placet, vel potius ex duabus ſpeciebus una fiat.

Uſus. Semina elixa in frequenti uſu ſunt apud indigenas, quamvis magis ſatient, quam delectent.

Sp. 7. DOLICHOS PURPUREUS. α Dâu bán tiá. β Tsù piēn téu.

Differ. ſpec. Dol. volubilis, *caule* glabro: *petiolis* pubeſcentibus: *corollæ* alis patentibus. Lin. ſp. 18.

Hab., & notæ. *Caulis* volubilis, perennis, rubro-purpureus, hiſpidus, ramoſus. *Folia* ſub-cordata, acuta, brevia, venis purpureis, 3-nata: *petiolis* piloſis: *ſtipulis* quaternatis, ſubulatis. *Flos* lætè purpureus, calyce concolore: *ſpicis* longis, erectis, terminalibus. *Legum.* 3-pollicare, lato-planum, glabrum, purpuraſcens: *ſeminibus* compreſſo-ovatis, hilo cinctis. *Corollæ* alæ patentes.

Habi-

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 160.
Uſus. Legumina tenera, & recentia ſapida ſunt, & ſalubria.

Sp. 8. DOLICHOS ALBUS. α Dâu bán tláng. β Pĕ piēn téu.
Differ. ſpec. *Dol. Caule* volubili, glabro: *vexillo* latiſſimo: *legumine* plano, carnoſo.
Hab., & notæ. *Caulis* volubilis, perennis, teres, glaber, albicans, ramoſus. *Folia* 3-nata, trigono-rotunda, pubeſcentia, mollia, pallida: petiolis glabris: ſtigulis binatis, acutis, brevibus. *Flos* albus, racemis brevibus, ſub-terminalibus: *vexillo* latiſſimo, reflexo, callis binis alas comprimentibus. Legumen 3-pollicare, lato-planum, carnoſum, glabrum, dorſo tuberculoſum, roſtratum: ſeminibus compreſſo-ovatis, hilo cinctis.
Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ, tenerior, & ſapidior præcedente, nec formâ valde differens.
Cacara Alba. Rumph. Amb. l. 9. c. 26. tab. 137.

Sp. 9. DOLICHOS BULBOSUS. α Sắn rúong.
Differ. ſpec. Dol. volubilis, *foliis* glabris, multangulis, dentatis. Lin. ſp. 14.
Hab., & notæ. *Caulis* volubilis, perennis, ſuffruticoſus, longus, teres, glaber, ramoſus: ſtipulis nullis. *Folia* ſub-rotundo-angulata, 3-nata, acuminata, glabra, petiolata. *Flos* terminalis, racemis longis. *Calyx* Cyathiformis, 4-fidus, laciniâ ſuperiore breviore, emarginatâ. *Corolla* pallidè violacea: *vexillo* ovato, integerrimo, connivente. *Filamenta* Diadelpha, æqualia: *antheris* omnibus ovato-oblongis incumbentibus. *Stylus* longior ſtaminibus, filiformis, ſulcatus, glaber: *ſtigmate* craſſiuſculo, glabro. *Legumen* compreſſum, lineare, iſthmis interceptum, 4 pollices longum, ſub-arcuatum. *Radix* tuberibus faſciculatis, ſub-rotundis, caudatis, ſuccoſis, albis. *Sem.* ſub-quadrata, compreſſa.
Habitat cultus In Cochinchinâ.
Caçara Bulboſa. Rump. Amb. l. 9. c. 20. t. 132. fig. 2. Phaſeolus Nervicenſis, foliis multangulis, tuberosâ radice. Pluk. Almag. pag. 292. tab. 52. fig. 4.
Uſus. Tubera tam cruda, quam cocta eſculenta ſunt: non autem ſemina.

Sp. 10. DOLICHOS TRILOBUS. α Sắn deại cu: Cat cắn. β Kēn cŏ.
Differ. ſpec. Dol. volubilis: *foliolis* lateralibus, extrorſum gibbis: intermedio trilobo. Lin. ſp. 15.
Hab., & notæ. *Caulis* perennis, ſuffruticoſus, teres, longiſſimus, ramo-

moſus, volubilis, vel repens quando terram attingit, hirſutus. *Folia* 3-nata, petiolata, ſtipulis bicornibus: *foliolis* 3-lobatis, acuminatis, pubeſcentibus. *Flos* purpureus, ſpicis longis, terminalibus, & lateralibus. *Calyx* 4-fidus, laciniis acutis, inferiore longiore. *Corollæ vexillum* lato-ovatum, emarginatum, erectum, patens, maculâ luteâ magnâ in medio notatum. *Alæ* oblongæ, vexillo breviores. *Carina* alis longior. *Filamenta* 10, Diadelpha, aſcendentia, æqualia, vaginæ longæ connata: *antheris* omnibus oblongis, incumbentibus. *Germen* lineare, piloſum. *Stylus* ventricoſus, æqualis ſtaminibus. *Stigma* ſub-rotundum, glabrum, minimum. *Legumen* 4-pollicare, lineare, rectum, compreſſum, iſthmis interceptum: *ſeminibus* 8 circiter, ſub-quadratis, compreſſis, rufis. *Radix* tuberibus longis.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 160. t. 50. fig. 1. Phaſeolus Maderaſpatanus, foliis glabris, trilobis. Pluk. Almag. pag. 292. t. 214. fig. 3.

Uſus. Tubera radicis faſciculata, pauca, 2-pedalia, ſubteretia, fibroſo-carnoſa, pallida, edulia ſunt cocta, non cruda, nec etiam legumina.

Virtus: radicis. Refrigerans, Pellens, Diaphoretica, Antifebrilis. Prodeſt in omnibus febribus calidis, etiam malignis: in teneſmo, & dyſenteria: ſitim mitigat, & ebrietatem.

Obſerv. Dubito an ſit eadem planta, de quâ Plukenetius, & Burmamus locuti ſunt: maximè, quia de tuberibus tacuerunt, quæ in noſtrâ ſunt valdè notabilia magnitudine, & virtute.

† Sp. 11. DOLICHOS MONTANUS. α Sắn rừng.

Differ. ſpec. Dol. *Caule* fruticoſo, ſcandente: *foliolis* ovato-rhombeis: *filamentis* 5 *antheris* oblongis: 5 aliis alternis, ſub-rotundis.

Habitus, & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, ramoſus, ſcandens: *radice* ſub-tuberoſâ, faſciculatâ, durâ, macrorrhizâ. *Folia* ternata, foliolis ovato-rhombeis, magnis, tomentoſis, integris. *Flos* integrè purpureus, ſpicis longis, lateralibus. *Calyx* 4-fidus, laciniis acutis inferiore longiore. *Corollæ* vexillum ovatum, emarginatum, connivens: *alæ* vexillo æquales: *carina* alis brevior. *Stamina* 10, Diadelpha, ſubulata, aſcendentia: 5 alterna longiora, *antheris* oblongis: 5 alia breviora, *antheris* ſub-rotundis. *Germen* lineare, rectum. *Stylus* ſubulatus, æqualis ſtaminibus. *Stigma* craſſiuſculum, glabrum. *Legumen* lineare, rectum, compreſſum, iſthmis interceptum: *ſeminibus* compreſſis, ſub-orbiculatis.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

Obſerv. Hæc ſpecies duabus proximè antecedentibus affinis eſt, imprimis radice tuberoſâ, leguminibus linearibus iſthmis interceptis, ſty-

ſtylis, ſtigmatibuſque non pubeſcentibus. Si Linnæus binas priores ſpecies Dolicho non adjudicaſſet, aliter de omnibus tribus ſentirem: quod indubius decernere non poſſum, quia nec ſatis memini, nec in adverſariis meis notatum invenio, an in his plantis inveniantur calli illi vexillares, qui Dolichi characterem determinant.

Sp. 12. DOLICHOS BIBLORUS. α Sân cũ.
Differ. ſpec. Dol. *Caule* perenni, lævi: *pedunculis* biſloris: *leguminibus* erectis. Lin. ſp. 25.
Hab., & notæ. *Caulis* perennis, ſuffruticoſus, ſeſquipedalis, erectus, ramoſus, piloſus. *Radix* tuber ovatum, fuſcum. *Folia* liniari-lanceolata, integerrima, venoſa, utrinque pubeſcentia, ſub-ſeſſilia. *Flos* luteus, axillaris, pedunculis 2-floris, erectis: ſtipulis binis lateralibus, ſubulatis, longis. *Corollæ* vexillum callis duobus oblongis, parallelis ad baſim alas prementibus. *Legumen* hirſutum, coriaceum, inflatum, 2-ſpermum.
Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.
Burm. Ind. pag. 161. Phaſeolus vulgaris, Lablab effigie, flore parvo, ochroleuco, ſiliquis falcatis, gemellis. Pluk. Almag. pag. 291. tab. 213. fig. 4.

Sp. 13. DOLICHOS SOIA. α Dậu nanh. β Hoâm têu.
Differ. ſpec. Dol. *Caule* erecto, flexuoſo: *racemis* axillaribus erectis: *leguminibus* pendulis, hiſpidis, ſub-diſpermis. Lin. ſp. 23.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, erectus, teres, piloſus, ſub-rectus, ſimplex, ramis aſcendentibus. *Radix* indiviſa, radiculis tuberculoſis. *Folia* 3-nata, ovata, ſub-acuminata, piloſa, petiolis longis. *Flos* violaceus, axillaris, racemis ſimplicibus, erectis: *leguminibus* hirſutis, pendulis. *Calyx* tubuloſus, 5-fidus, laciniis acutis, binis ſuperioribus brevioribus. *Corollæ* vexillum ſub-ovatum, emarginatum, connivens. *Alæ* oblongæ, vexillo breviores, unguibus longis, filiformibus. *Carina* 2-phylla, lato-falcata, unguiculata, minima. *Filamenta* 10, Diadelpha, quorum 9 breviſſima, vaginæ longæ, ſubcurvæ connata. *Antheræ* ſub-rotundæ. *Germen* oblongum, hirſutum. *Stylus* æqualis ſtaminibus. *Stigma* craſſiuſculum, glabrum. *Legumen* rectum, ſub-compreſſum, toruloſum, hiſpidum, pendulum: *ſeminibus* ovatis, lævibus, pallidis, tribus circiter. *Corolla* parvula, vix calycem ſuperans, callis binis oblongis, ex baſi vexilli prodeuntibus, alas premit. Eſt varietas flore albo, & purpureo diſtincta, pedunculis brevioribus. Eſt alia ſeminibus nigris.
Habitat in Cochinchinâ, & in Chinâ frequenter cultus.
Thunb. Japon. pag. 282. Phaſeolus erectus, Daidſu. Kaempf. Amæn, pag. 837. fig. 838. Cadelium. Rumph. l. 9. c. 131. fig. 140. Ubi no-

notandum hanc plantam herbarii Amboinenſis a Linnæo citari pro Phaſeolo Maximo, cum tam deſcriptio, quam figura, & uſus ad hanc ſpeciem Dolichi Soia omnino pertineant, poſt-habito tantummodo colore floris, qui in diverſis locis non ſemper idem.

Uſus. Hæc ſemina elixa, aut leviter toſta tam ſtomacho, quam palato accepta ſunt. Ex illis fit celebris muria Japonienſis, Soia dicta, quâ Chinenſes, & Cochinchinenſes frequenter utuntur ad condiendos cibos, & appetitum excitandum. Fit etiam pulmentum candidum, lactis coagulati ſimile, Sinenſibus dictum *Téu bú*, vel *Táu bu*, quo nullus cibus eſt illis familiarior: & quamvis ex ſe inſipidum, propriis condimentis adhibitis, dat ferculum nec injucundum, nec inſalubre.

Sp. 14. DOLICHOS CATIANG.

Differ. ſpec. Dol. *Caule* erecto: *leguminibus* geminis, linearibus, erectiuſculis. Lin. ſp. 24.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, erectus, ſub-teres, ſcaber, ramoſus. *Folia* 3-nata, lato-lanceolata, glabra, petiolo communi longo: ſtipulis lanceolatis, minutis. *Flos* ſub-terminalis, pedunculo longiſſimo, 2-3-floro. *Corollæ vexillum* ovatum, patens, callis binis ad baſim alas prementibus. *Stamina* Diadelpha. *Stylus* a medio ad apicem ſuperius villoſus: *ſtigmate* ſimplici. *Legumen* lineare, 4-pollices longum, ſub-teres, tenue, glabrum, ſub-erectum: *ſeminibus* oblongo-ovatis, ſub-compreſſis, hilo diſcolore.

Varietas 1. α Dâu den. β Hě téu. Flore violaceo: ſemine nigerrimo.
2. α Dâu bạc. β Min téu. Flore luteo: ſemine pallido.
3. α Dâu deà. β Siào hûm téu. Flore purpuraſcente: ſemine rufo.

Habitant in agris culti in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 161. Phaſeolus minor. Rumph. Amb. l. 9. c. 29. tab. 139. fig. 1.

Uſus. Omnes iſtæ varietates ſunt vulgaris cibus in Indiâ. Virtutem Medicam, quam indigenæ illis attribuunt, ſatis probatam non habeo, nec judico.

Sp. 15. DOLICHOS HASTATUS. γ . . . .

Differ. ſpec. Dol. *Caule* procumbente: *foliis* ſub-haſtatis: *pedunculis* polyfloris, erectis.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, procumbens, longus, teres, ramoſus. *Folia* ſub-haſtata, 3-nervia, glabra, 3-nata. *Flos* luteus, axillaris, pedunculis polyfloris, longis, ſtriatis, erectis. *Corollæ vexillum* patens, callis binis alas comprimentibus. *Legumen* lineare, rectum, ſub-teres: ſeminibus ovatis, pallidis, eſculentis.

Habitat cultus in orâ Africæ Orientali.

GE-

GENUS XIV. PISUM.

Char. Gener. *Stylus* triangularis, ſupra carinatus, pubeſcens. *Calycis* laciniæ ſuperiores 2 breviores. Lin. ſy. pl. G. 944.

Sp. 1. PISUM SATIVUM. α Dâu tlòn. β . . .
Differ. ſpec. Piſ. *petiolis* teretibus : *ſtipulis* infernè rotundatis, crenatis : *pedunculis* multifloris. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ramoſus, albicans, glaber, ſcandens, cirrhis terminalibus. *Folia* abruptè pinnata, ſub-bijuga : foliolis ovalibus, glabris, petiolis teretibus : *ſtipulis* caulinis, perfoliatis, magnis, rotundatis, crenatis. *Flos* albus, lateralis pedunculis paucifloris, longis. *Legumen* bi-pollicare, rectum, ſub-teres, glabrum : *ſeminibus* globoſis, ſubſenis, edulibus.
Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ, non frequens, nec fortâſſe indigena.
Thunb. Japon. pag. 283. Hill. Brit. herb. pag. 279. tab. 40. fig. 2.

GENUS XV. VICIA.

Char. Gener. *Stigma* latere inferiore tranſversè barbatum. Lin. ſy. pl. G. 947.
Sp. 1. VICIA FABA. β Sàm têu. α Tàm dâu.
Differ. ſpec. Vic. *caule* erecto : *petiolis* abſque cirrhis. Lin. ſp. 18.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, erectus, 2-pedalis, craſſus, angulatus, ramoſus. *Folia* impari-pinnata, ſub-trijuga, foliolis ovato-oblongis, tomentoſis : cirrhis nullis. *Flos* axillaris, polynatus, albus, maculâ nigrâ diſtinctus. *Legumen* craſſum, ſub-teres, rectum, acuminatum, tomentoſum, polyſpermum : *ſeminibus* ovatis, compreſſis, magnis, edulibus.
Habitat culta in Chinâ, raró in Cochinchinâ.
Thunb. Japon. pag. 284. Faba vulgaris ; fructu minore. Hill. Brit. herb. pag. 286. tab. 41. fig. 6.

GENUS XVI. PSORALEA.

Char. Gener. *Calyx* punctis calloſis adſperſus, longitudine *leguminis* 1-ſpermi. Lin. ſy. pl. G. 967.

† Sp. 1. PSORALEA SCUTELLATA. α Cây Nênh hoa tím.
Differ. ſpec. Pſor. *arborea* ; *foliis* pinnatis : *calycibus* ſcutellatis : ſpicis congeſtis.

Hab.,

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis longis, reclinatis. *Folia* impari-pinnata, multi-juga: *foliolis* ovatis, acuminatis, integerrimis, glabris, coſtis multis obliquis, parallelis. *Flos* violaceus, ſpicis congeſtis, ſub-terminalibus. *Calyx* ſcutellæformis, truncatus, brevis, craſſus, excreſcentiis albis, glanduloſis conſperſus. *Corolla* papilonacea, *vexillo* ſub-rotundo, patente: *alis*, & *carinâ* brevioribus. *Stamina* 10, Diadelpha. *Legumen* breve, compreſſum, acuminatum, 1-2-ſpermum.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. PSORALEA RUBESCENS. α Nênh hoa dò.

Differ. ſpec. Pſor. *arborea*, *foliis* pinnatis: *pedunculis* polyfloris, lateralibus: *calycibus* ſub-truncatis, biglanduloſis.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* pinnata, oblongo-ovata. *Flos* lateralis, albo-ruber, pedunculis polyfloris. *Calyx* ſub-truncatus, tuberculoſus: glandulis binis, viſcoſis ad baſim ſuffultus. *Corolla* papilonacea. *Stamina* Diadelpha. *Legumen* compreſſum, acuminatum, 1-ſpermum.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XVII. TRIFOLIUM.

Char. Gener. *Flores* ſub-capitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum. Lin. ſy. pl. G. 968.

Sp. 1. TRIFOLIUM MEL. INDICA. β Sam pa lim.

Differ. ſpec. Trif. *leguminibus* racemoſis, nudis, monoſpermis: *caule* erecto. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, erectus, teres, ramis diffuſis. *Folia* 3-nata, ovata, integerrima. *Flos* purpureus, terminalis, racemis brevibus. *Legumen* lanceolato-ovatum, compreſſum, 1-ſpermum, nudum.

Habitat in agris Cantonienſibus.

Burm. Ind. pag. 172.

Sp. 2. TRIFOLIUM GLOBOSUM. β Tſin ſi quong.

Differ. ſpec. Trif. *capitulis* villoſis, globoſis: *calycibus* ſuperioribus floſculo deſtitutis. Lin. ſp. 16.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, ſub-erectus, ramoſus. *Folia* 3-nata, oblonga. *Flos* pallidus, axillaris, & terminalis: capitulo globoſo, villis albis plurimis circumdato, calycibus ſuperioribus apetalis, nec fertilibus. *Legumina* ovata, 1-ſperma.

Habitat in agris prope Cantonem Sinarum.

Tri-

Trifolium Orientale, capitulo lanuginoſo. Tournef. Cor. 27.

† Sp. 3. TRIFOLIUM. CUSPIDATUM. α Câỵ chia ba.
Differ. ſpec. Trif. *pedunculis* ſub-capitatis: *leguminibus* 1-ſpermis, nudis: *foliolis* linearibus, cuſpidatis.
Hab., & notæ. *Caulis* perennis, ſuffruticoſus, 4-pedalis, hirſutus, erectus, ramis aſcendentibus. *Folia* 3-nata, linearia, integerrima, cuſpide acutâ apici rotundato accreſcente. *Flos* albus, lateralis, pedunculis paucifloris, ſub-capitatis: *calycibus* piloſis: *corollæ vexillo* ovato, maculâ purpureâ diſtincto. *Legumen* nudum, monoſpermum.
Habitat agreſte in Cochinchinâ.

† Sp. 4. TRIFOLIUM VOLUBILE. γ. . . .
Differ. ſpec. Trif. *pedunculis* polyfloris, axillaribus: *leguminibus* biſpermis, nudis: *caule* volubili.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, tenuis, teres, longus, procumbens, ſæpe volubilis. *Folia* 3-nata, ſub-rotunda, integerrima, tomentoſa. *Flos* luteus, axillaris, pedunculis polyfloris. *Legumen* oblongum, acutum, nudum, glabrum, 2-ſpermum.
Habitat ad litora Africæ Orientalis.

GENUS XVIII. GLYCYRRHIZA.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus: $\frac{1}{1}$. *Legumen* ovatum, compreſſum. Lin. ſy. pl. G. 955.

Sp. 1. GLYCYRRHIZA ECHINATA. β Fu chău căn tsào. α Cám thảo.
Differ. ſpec. Glyc. *leguminibus* echinatis: *foliis* ſtipulatis, *foliolo* impari ſeſſili. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* perennis, 5-pedalis, erectus, teres, glaber, inermis, pallidè virens: *ramis* multis patentibus: *radice* longiſſimâ, tereti, repente, intus luteâ, ſuccoſâ, foris fuſco-ruſâ, ſapore dulci. *Folia* impari-pinnata, ſub-quadrijuga: foliolis lanceolato-ovatis, integerrimis, impari ſeſſili: ſtipulis ſubulatis. *Flos* purpuraſcens, axillaris, ſpicis capitatis, ſub-rotundis: *pedunculo* communi longo, erecto. *Calyx* bilabiatus, labio inferiore lineari, indiviſo. *Corolla* papilonacea, *vexillo* acuto: *alis*, & *carinâ* brevioribus. *Stamina* Diadelpha. *Legumen* oblongum, compreſſum, echinato-ſcabrum: *ſeminibus* reniformibus, fuſcis, paucis.
Habitat in provinciis Borealibus imperii Chinenſis.
Glyzyrrhiza capite echinato. Bauh. Pin. pag. 352, n. 1. Glycyrrhiza ſiliquis conglobatis, echinatis. Hill. Brit. herb. pag. 288. tab. 41. fig. 8.

Sp. 2. GLYCYRRHIZA GLABRA. Fan chau can tsao. Cam. thao.
Differ. spec. Glyc. leguminibus glabris: stipulis nullis: foliolo impari petiolato. Lin. sp. 2.
Hab., & notae. Caulis perennis, 4-pedalis, erectus, teres, glaber, parum ramolus: radice longa, tereti, lutea: dulci. Folia lanceolato-ovata, pinnata, cum impari petiolato: stipulis nullis. Flos albo-purpureus lateralis, spicis oblongis, pedunculo communi longo, erecto. Legumen oblongum, laeve, compressum: seminibus paucis.
Habitat agrestis, cultaque in variis locis imperii Chinensis.
Glyzyrrhiza siliquosa, vel Germanica. Bauh. Pin. pag. 352. n. 1. Glycyrrhiza vulgaris, siliquis glabris. Hill. Brit. herb. pag. 287. tab. 41. fig. 7.
Virtus: radicis utriusque speciei. Edulcorans, Pectoralis. Valet in Tussi, Asthmate, Rheumatismo, Stranguria. Faucium asperitatem, sitim, & famem mitigant pastilli ex Glycyrrhizae, & argullae albae (indigenis dictae Hoat thach) aequalibus partibus confecti, quos dum itinerantes ore volvunt, contra illa incommoda levamen sentiunt.

GENUS XIX. AESCHYNOMENE.

Char. Gener. Cal. bilabiatus. Legumen articulis truncatis, monospermis. Lin. sy. pl. G. 960.

Sp. 1. AESCHYNOMENE HETEROPHYLLA. Cay bot muoi.
Differ. spec. Aesch. caule fruticoso: foliis inferioribus 3-natis, ovatis: superioribus pinnatis, sub-rotundis.
Hab., & notae. Caulis arboreus, debilis, 8-pedalis: ramis patentibus, tomentosis. Folia inferiora 3-nata, ovata, petiolata: superiora impari-pinnata, foliolis sub-rotundis, sessilibus. Flos albus, parvus, axillaris, pedunculis polyfloris. Calyx 4-dentatus. Corollae papilonaceae carina ovata, alis longior, vexillo brevior. Stamina 10, omnia in unum coalita. Legumen lineare, compressum, pilosum, articulis multis truncatis, cordatis: seminibus reniformibus.
Habitat inculta in via Nha ho Cochinchinae Borealis.
Observ. Legumen, & Corolla ad Aeschynomenem pertinent: non ita Calyx, & Stamina.

Sp. 2. AESCHYNOMENE LAGENARIA. Cay dien dien.
Differ. spec. Aesch. herbacea, foliolis obtusis, plurimi-jugis: leguminibus muricatis.
Hab., & notae. Caulis herbaceus, 3-pedalis, erectus, crassus, teres, spon-

spongiosus: ramis plurimis brevissimis, patentibus. Folia impari-pinnata, plurimi-juga: foliolis ovato-oblongis, obtusis, integerrimis, glabris, minusculis. Flos luteus, pedunculis lateralibus, polyfloris. Calyx bilabiatus: labio superiore obtuso, emarginato, refracto: inferiore 3-fido, laciniis acūtis, sub-aequalibus. Corollae papilonaceae vexillum ovatum, integrum, ascendens. Alae oblongae, vexillo breviores. Carina lunāta, aequalis vexillo. Filamenta Diadelpha, filiformia, adnata vaginae versus carinam fissae. Antherae ovatae incumbentes. Germen lineare, compressum, rectum. Stylus subulatus, aequalis staminibus. Stigma simplex. Pericarpium Legumen longum, rectum, strictum, compressum, muricatum, articulatum, articulis truncatis, longiusculis, deciduis. Semina compressa, reniformia.

Habitat in paludibus, & locis caenosis, aquosisque in Cochinchina.

Usus. Caulis spongiosus, & facile cedens, ac elastice resiliens commodo aptatur ad obturandas lagenas, defectu suberis, quo regio illa caret.

Observ. Raro accidit, ut vagina staminum versus carinam sissa inveniatur, cum potius versus vexillum findi soleat. Hoc tamen jam notaverat Linnaeus in Bauhinia Divaricata, & Acuminata, licet contrarium ac in Papilonaceis fieri contingat. Gen. pl. ed. 6. pag. 205. n. 511, & sy. pl. vol. 2. pag. 248.

GENUS XX. HEDYSARUM.

Char. Gener. Cor. carina transverse obtusa. Legumen articulis monospermis. Lin. sy. pl. G. 961.

Sp. 1. HEDYSARUM RENIFORME. Lo im tsao.

Differ. spec. Hed. foliis simplicibus, reniformibus: caule tereti. Lin. sp. 6.

Hab., & notae. Caulis annuus, sesquipedalis, ramosus, teres, tenuis, glaber, procumbens. Folia pauca, transverse ovata, sub-reniformia, integerrima, glabra, sparsa, solitaria, suprema ternata, petiolis longis, filiformibus. Flos violaceus, specis terminalibus, paucifloris. Calyx 5-fidus, pilosus, connivens. Corollae vexillum latum, obtusissimum. Legumen tenue, articulis 6, refracto-plicatis, laevibus, 1-spermis.

Habitat suburbia Cantonis Sinarum.

Burm. Ind. pag. 164. tab. 52. fig. 1.

Sp. 2. HEDYSARUM VESPERTILIONIS. Cay ho diep.

Differ. spec. Hed. foliis simplicibus, lunatis: lobis retrofalcatis: racemo

cemo terminali : *leguminibus* retrofractis, in calyce inflato incluſis. Lin. Jun. ſupplem. pl. pag. 331.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 4-pedalis, erectus, rectiſſimus, ſubſimpliciſſimus, teres, ad apicem quadragonus, ſulcatus, ſubtiliter hiſpidus, ſæpe uno, vel duobus ramulis, brevibus, erectis. *Folia* ſublunata, 4 lineas longa, 2 pollices lata, in formam arcûs ſagittarii curvata, apice retuſa, 3-nervia, reticulato-venoſa, glabra, luteo, rubro, & viridi verſicolora : *petiolis* longis, rectis, gracilibus, trifariam alternis : ſtipulis binis, acutis, minutis. *Flos* albus, ſpicâ ſimplici, longâ, erectâ, terminali. *Calyx* 5-fidus, piloſus : laciniis tribus inferioribus ſub-longioribus, omnibus acuminatis, dorſo carinatis, perſiſtentibus. *Corollæ* papilonaceæ *vexillum* lato-cordatum, connivens, calyce paulo longius : *alæ* oblongæ, incurvæ, vexillo breviores : *carina* media longitudine inter alas, & vexillum. *Filamenta* Diadelpha, ſimplicia, & novem-fida, corollâ breviora : *antheris* ſimplicibus, ſub-rotundis. *Germen* filiforme, flexuoſum. *Stylus* ſubulatus, craſſus, brevis : *ſtigmate* craſſiuſculo. *Pericarpium* Legumen lineare, glabrum, tenue, articulatum : articulis ſub-lenticularibus, filo dorſali connexis, in matureſcentiâ hinc, inde plicatis, intra calycem inflatum, apice conniventem retractis. *Semina* ſub-reniformia, compreſſa, brevia, fuſca, lævia. *Folia* ad apicem caulis ſæpe heterophylla obſervantur, minuſcula, inæqualiter, & obtusè trigona, ibique aliquando ternata.

Habitat in Cochinchinâ, a Siamenſi regno oriundum. Colitur ob pulchritudinem; nam, lenni aurâ afflante, commota folia totidem verſicolores papiliones volitantes repræſentant. Hæc planta cum aliis jam anno 1774 per me miſſa fuerat in Sueciam, & Angliam.

Sp. 3. HEDYSARUM GANGETICUM. a Tſung loung thùa.

Differ. ſpec. Hed. *foliis* ſimplicibus, ovatis, acutis, ſtipulatis. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, ceſpitoſus, diffuſus, ſtipulatus, teres, piloſus. *Folia* ovato-lanceolata, ſimplicia, integerrima, utrinque piloſa, alterna. *Flos* ſpicis terminalibus, longis. *Corollæ vexillum*, & *carina* lutea : *alæ* violaceæ. *Legumen* articulatum, arcuatum, ad ſingulos articulos ex parte convexà emarginatum.

Habitat agreſte in ſuburbiis Cantonienſibus.

Hedyſarum monophyllum, latifolium, ſiliculis plurimis ſpicâ longâ digeſtis. Burm. Zeyl. pag. 113. tab. 49. fig. 2. Phaſeolus Montanus. Rumph. Amb. l. 11. c. 36. tab. 66.

Sp. 4. HEDYSARUM TRIQUETRUM. a Cay Dổ dọt.

Differ. ſpec. Hed. *foliis* ſimplicibus, cordato-oblongis : *petiolis* alatis : *ramis* triquetris. Lin. ſp. 12. Hab.,

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, fruticoſus, procumbens, multiplex, 3-pedalis : *ramis* triquetris. *Folia* oblonga, acuta, lateribus rectilineis, ſub-parallelis : *petiolis* alatis, alternis. *Flos* purpureus, ſpicis ſub-terminalibus. *Corollæ vexillum* ſub-rotundum. *Legumen* compreſſum, rectum, lineare, articulatum, piloſum.

Habita in Collibus *Son coung* in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 165. tab. 52. fig. 2. Onobrychis Zeylanica, monophyllos, caule triangulo, petiolis foliorum alatis. Burm. Zeyl. pag. 176. tab. 81. Phaſeolus Montanus ſextus. Rumph. Amb. l. 11. cap. 36. pag. 146.

Obſerv. In noſtrâ plantâ folia non habent margines rotundatos, nec petiolos refractos, ſicut in Zeylanica : gâudet autem ſimiliter ſtipulis lanceolatis, & caule ad verticem rubeſcente.

Sp. 5. HEDYSARUM DIPHYLLUM. β . . .

Differ ſpec. Hed. *foliis* binatis, petiolatis : *bracteis* geminis ovatis, acutis, ſeſſilibus. Lin. ſp. 14.

Hab, & notæ. *Radix* ſub-fuſiformis, magna. *Caulis* herbaceus, teres, tenuis, multiplex, 8-pollicaris, diffuſus. *Folia* ovata, apice acuta., binata, glabra, parva : petiolo communi longo : ſtipulis geminis, acutis. *Flos* luteus, axillaris, ſolitarius : *calyce* bilabiato, colorato, ciliato. *Legumen* hiſpidum, rectum : articulis paucis, lentiformibus.

Habitat agreſte prope Cantonem Sinarum.

Burm. Ind. pag. 165. Hedyſarum bifolium, foliolis ovatis, ſiliculis aſperis geminis. Burm. Zeyl. pag. 114. tab. 50. fig. 1.

Sp. 6. HEDYSARUM PULCHELLUM. β A phô ſien.

Differ. ſpec. Hed. *foliis* ternatis : *bracteis* geminis, conjugatis, orbiculatis, lineatis. Lin. ſy. pl. ſp. 15.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, erectus, 3-pedalis, teres, glaber, *ramis* multis, obliquis. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, glabra, ternata, foliolo medio triplo maiore. *Flos* luteus, *ſpicis* longis, rectis, terminalibus: *bracteis* orbiculatis, lineatis, conjugatis flores ternos occulentibus. *Legumen* planum, rectum, acuminatum, articulatum, 2-permum, eiſdem bracteis aſſurgentibus defenſum.

Habitat incultum prope Cantonem Sinarum.

Onobrychis Indica 3-phyllos, foliis amplis mucronatis, ſiliquis parvis in ſpicam longam ex alis inter bina foliola circinata arctè conniventia reconditis. Pluk. Amalt. pag. 161. tab. 433. fig. 7. Hedyſarum trifoliatum fruteſcens, flore, ac fructu inter duo foliola rotunda abſconditis. Burm. Zeyl. pag. 116. tab. 52. Figura iſta eſt optima, quamvis aliquantulum diſcrepet a Sinenſi plantâ numero florum, & ſeminum.

† Sp. 7.

Sp. 7. HEDYSARUM ELEGANS. Hap chiong tsao.
Differ spec. Hed. foliis ternatis, obtusis, utrinque tomentosis: bracteis conjugatis, ovatis: leguminibus arcuatis.
Hab., & notae. Caulis suffruticosus, erectus, 3-pedalis, ramosus. Folia ternata, ovata, obtusa, utrinque tomentosa, oblique nervosa. Flos luteus congestus, bracteis geminis, ovatis, conjugatis, lineatis, pilosis in spicas subterminales, erectas dispositis. Legumina curva, pilosa, articulata, 3-sperma, erecta.
Habitat incultum prope Cantonem Sinarum.
Observ. Haec species primo aspectu non multum differt a praecedente: differt tamen foliis obtusis, pilosis, bracteis ovatis, forma curva leguminis, & maiori numero florum, & seminum: quod varietati tribui nequit, maxime cum ambas examinaverim eodem tempore, & in eodem solo agresti natas.

Sp. 8. HEDYSARUM TRIFLORUM. Sic thoi tsao.
Differ. spec. Hed. foliis ternatis obcordatis: caulibus procumbentibus: pedunculis unifloris, ternis. Lin. sp. 35.
Hab., & notae. Caulis annuus, teres, brevis, cespitosus, procumbens. Folia ternata, obverse cordata, glabra, parva, petiolata. Flos albus, pedunculis monofloris, congestis, axillaribus. Legumina arcuata, articulata, polysperma, compressa.
Habitat agreste prope Cantonem Sinarum.
Burm. Ind. pag. 167. Hedysarum trifoliatum, repens, Acetosellae folio glabro, caule hirsuto, siliqua plana, articulata. Burm. Zeyl. pag. 119. tab. 54. fig. 2.

Sp. 9. HEDYSARIUM LAGOPODIOIDES. Tsui fum tsao.
Differ. spec. Hed. foliis ternatis: racemis oblongis: leguminibus inflexis: calycibus hirsutis. Lin. sp. 37.
Hab., & notae. Caulis suffruticosus, erectus, 2-pedalis, teres, hispidus: ramis diffusis. Folia 3-5 nata, ovato-lanceolata, glabra, petiolata: Stipulis lanceolatis, minutis. Flos obscuro-purpureus, spicis oblongis, densis, hirsutissimis, terminalibus: bracteis sub-rotundis, acuminatis, 2-floris, deciduis: pedunculis 1-floris, longis, inflexis, hirsutis. Calyx 5-fidus, laciniis longe acuminatis, conniventibus: pilis multis, longis corollam occultantibus. Legumen lineare, coloratum, articulatum: articulis retracto-plicatis: seminibus compressis, reniformibus, fuscis, laevibus, minusculis.
Habitat incultum circa Cantonem Sinarum.
Burm. Ind. pag. 168. tab. 53. fig. 2. Quae tamen figura non satis convenit cum nostra observatione tam numero, quam forma foliorum.

Sp. 10. HEDYSARUM CRINITUM. Cay Day nam.
Differ. spec. Hed. foliis pinnatis: racemis longis: leguminibus inflexis: Caule fruticoso. Lin. sp. 52.
Hab., & notae. Caulis 5-pedalis, erectus, fruticosus, teres, tomentosus, multiplex: ramis diffusis. Folia impari-pinnata, sub-trijuga: foliolis lanceolatis, 4-pollicaribus, integerrimis, glabris, venosis. Flos violaceus, spica densa, tereti, 1-pedali, recta, terminali: bracteis lanceolatis, longe acuminatis, ciliatis, 2-floris: pedunculis longis, pilosis, inflexis. Foliorum stipulae lanceolatae, minimae. Calyx 5-partitus, pilosissimus, laciniis subulatis, patentibus. Corolla papilonacea: vexillo sub-rotundo, integro, connivente, alis brevioribus, oblongis: carina lunata, longitudine media inter vexillum, & alas. Filamenta Diadelpha, brevia: antheris ovatis, stantibus. Germen lineare, flexuosum. Stylus subulatus, ascendens: stigmate obtuso. Legumen longum, tenue, articulatum; articulis 7 circiter, subrotundis, filo dorsali connexis, intra calycem retracto-plicatis, pedunculo communi appressis, pedicellis propriis arcuato-inflexis.
Habitat in collibus agrestibus Conchinchinae.
Burm. Ind. pag. 169. tab. 56.
Observ. Haec, & praecedens planta, quamvis in multis differant, non multum differunt. Observavi utramque recentem in natali solo: hanc scilicet in Cochinchina foliis semper pinnatis, 2-3 jugis, rarissime ternatis: illam vero in China foliis promiscue ternatis, & quinatis: nec in aliis notis maior, & constantior differentia.

Sp. 11. HEDYSARUM ALPINUM. Dau nhut.
Differ. spec. Hed. foliis pinnatis: leguminibus articulatis, glabris, pendulis: caule erecto. Lin. sp. 40.
Hab., & notae. Caulis suffruticosus, 4-pedalis, erectus, teres, simplex, ramosus. Folia impari-pinnata, multijuga: foliolis oblongis, obtusis, stipulatis. Flos luteus, racemis parvis, erectis. Legumen lineare, rectum, tenue, glabrum, articulatum, longum, pendulum: seminibus sub-reniformibus, multis.
Habitat agreste in Cochinchina.
Gmel. Sibir. v. 4. pag. 26. n. 35. tab. 10 Hedysarum saxatile, siliqua laevi. Amman Ruthen. pag. 116. n. 152. 153.

Sp. 12. HEDYSARUM VIRGINICUM. Cay muong dat.
Differ. spec. Hed. foliis pinnatis: caule fruticoso: leguminibus articulatis, glabris, pedunculatis, erectis. Lin. sp. 46.
Hab., & notae. Caulis fruticosus, erectus, 3-pedalis: ramis ascendentibus. Folia impari-pinnata: foliolis oblongis, obtusis, parvis,

multis. *Flos* violaceus, ſpicis terminalibus. *Legumen* tenue, articulatum, glabrum, pedunculatum, erectum: *ſeminibus* ſub-rotundis, compreſſis.
Habitat in agris Cochinchinæ ad portum Turanum, vulgo *Hàn*.
Gronov. Virgin. 174.

† Sp. 13. HEDYSARUM LINEARE. α Cây Ve ve cđi.
Differ. ſpec. Hed. *foliis* pinnatis, *foliolis* lanceolato-linearibus: *ſpicis* terminalibus: *leguminibus* rectis, lævibus: *caule* diffuſo.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 2-pedalis, diffuſus, ramoſus. *Folia* impari-pinnata, foliolis lanceolato-linearibus, glabris. *Flos* obſcuro-violaceus, parvus, ſpicis erectis, terminalibus. *Legumen* lineare, rectum, læve, acuminatum, 6-ſpermum.
Habitat incultum in Cochinchinâ.
Virtus: radicis. Deobſtruens, Emennagoga, Cibi appetentiam excitans.

GENUS XXI. CORONILLA.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus: $\frac{2}{3}$: dentibus ſuperioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Legumen* iſthmis interceptum Lin. ſy. pl. G. 956.

† Sp. 1. CORONILLA COCHINCHINENSIS. α Dâu Chi.
Differ. ſpec. Cor. ſuffruticoſa: *foliolis* ſub-15 jugis: *pedunculis* ſub-trifloris: *leguminibus* erectis, toruloſis.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 4-pedalis, erectus ramoſus. *Folia* pinnata, 15-juga, foliolis oblongis, obtuſis, cuſpide tenui. *Flos* luteus, axillaris, pedunculis ſub-trifloris. *Calyx* 5-dentatus, brevis, dentibus ſub-æqualibus. Corollæ *vexillum* alis ſub-longius. *Legumen* erectum, rectum, filiforme, longum, toruloſum, iſtmis interceptum. *Semina* multa, ſub-cylindrica.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS XXII. ORNITHOPUS.

Char. Gener. *Legumen* articulatum. teres, arcuatum. Lin. ſy. pl. G. 957.

† Sp. 1. ORNITHOPUS RUBER. α Cây Ve ve duc.
Differ. ſpec. Orn. *foliis* alternis, ovatis, ciliatis: *leguminibus* compreſſis, ſcabris: ſpicis terminalibus.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 2-pedalis: *ramis* multis, ſub-erectis, rubris. *Folia* ovata, alterna, ciliata, petiolata, pauca. *Flos* pallidus, papilonaceus, ſpicis terminalibus. *Legumen* arcuatum, compreſ-

compreſſum, ſcabrum, articulatum, ex parte convexâ ſinuatum, polyſpermum: ſeminibus ſub-rotundis.

Habitat Agreſtis in Cochinchinâ.

Obſerv. Accedit ad Orn. Compreſſum: (Lin. ſp. 2.) recedit foliis alternis, flore ſpicato. Cumque ab Hedyſaro non abhorreat, eò transferetur, ſi libet.

GENUS XXIII. HIPPOCREPIS.

Char. Gener. *Legumen* compreſſum: alterâ ſuturâ pluries emarginatum; curvum. Lin. ſy. pl. G. 958.

† Sp. 1. HIPPOCREPIS BARBATA. *a* Cây Xuong nguc.

Differ. ſpec. Hip. *Leguminibus* rectis: *ſpicâ* oblongâ, terminali,

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 4-pedalis, erectus, teres. *Folia* ovata, integerrima, glabra, ternata, medio maiore. *Flos* purpureus, terminalis, papilonaceus, in ſpicam oblongam, denſam accreſcens. *Legumen* pedunculatum, erectum, rectum, planum, barbatum, ſuturâ exteriore pluries, & profundè emarginatâ: *ſeminibus* quadrato-reniformibus, parvis, compreſſis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS XXIV. MEDICAGO.

Char. Gener. *Legumen* compreſſum, cochleatum. *Carina* a vexillo deflectens. Lin. ſy. pl. G. 971.

Sp. 1. MEDICAGO POLYMORPHA. *a* Cò ſỏ nhò cây.

Differ. ſpec. Med. *leguminibus* cochleatis: *ſtipulis* dentatis: *caule* diffuſo. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* ſub-erectus, diffuſus, 2-pedalis. *Folia* obtuſa, glabra. *Flos* luteus, pedunculis 1-floris ſolitariis. *Legumen* in orbem volutum, compreſſo-planum, ſub-articulatum, inerme, glabrum, luteo-fuſcum.

Habitat in agris Cochinchinæ.

Thunb. Jap. pag. 291. Medica Orbiculata. Bauh. hiſt. 2. pag. 384.

GENUS XXV. DIPHACA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 5-fidum, gibbum, perſiſtens: laciniis acutis, inferiore longiore: ſtipulis binis lanceolatis, curvis ſuffultum.

Corol. Papilonacea. Vexillum trigono-rotundum, emarginatum, aſcendens. Alæ ovatæ, vexillo breviores. Carina 2-phylla, lunata, vexillo æqualis: unguibus longis filiformibus.

Stam. Filamenta 10, æquali numero inſiſtentia laminis duabus, oblongis planis, erectis, vaginæ locum tenentibus. Antheræ oblongæ, incumbentes.

Piſt. Germina 2, oblonga, compreſſa, recta. Styli ſinguli ſubulati, longiores ſtaminibus. Stigmata craſſiuſcula.

Peric. Legumina 2, compreſſa, recta, acuminata, articulata: articulis ovatis, ſtriatis, glabris, inæqualibus.

Sem. Ovata, compreſſa.

Nom. (Δις binis: Φακη legumen) a duplici legumine ex ſingulo flore prodeunte.

Char. Gener. *Legumina* 2. Vagina *ſtaminum* duplex.

Sp. 1. DIPHACA COCHINCHINENSIS. Kim phung.

Differ. ſpec. Diph. *foliis* pinnatis, *floribus* geminis.

Hab. *Caulis* arboreus, 8-pedalis: *cortice* inæquali, fuſco, inermi: *ramis* patentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-ſeptemjuga: *foliolis* ovatis, glabris, parvulis, ſubſeſſilibus, oppoſitis, alterniſque. *Flos* pallidus, *pedunculis* 2-natis, 1-floris, axillaribus.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Solulus arbor: Roraco. Rumph. Amb. l. 5. cap. 45. tab. 128.

Obſerv. Hanc plantam Hedyſarum Ecaſtaphyllum vocaverat Linnæus (Mantiſſæ 446): ſpeciem Pterocarpi fecerat D. Bergius: Parkinſoniæ adſcripſerat Joannes Burmannus; ſiquidem, deficiente plenâ deſcriptione, proprium locum aſſignare non poterant. Licet Filamenta in duos faſciculos æquales connata jam antea Brownius notaviſſet.

GENUS XXVI. CLITORIA.

Char. Gener. *Cor.* ſupinata: *vexillo* maximo, patente, alas obumbrante. Lin. ſy. pl. G. 943.

Sp. 1. CLITORIA TERNATEA. Cay Dan biéc.

Differ. ſpec. Clit. *foliis* pinnatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, teres, tenuis, longus, ramoſus. *Folia* impari-pinnata, 2-3-juga: *foliolis* ovatis, ſub-pubeſcentibus. *Flos* ſolitarius, lateralis, oppoſitifolius. *Calyx* 5-fidus, erectus. *Corolla* reſupinata, cyanea, maculâ luteâ notata: *vexillo* amplo, expanſo, alas, & carinam latè obtegente. *Legumen* longum, ſub-compreſſum, rectum, acuminatum, polyſpermum: *ſeminibus* reniformibus.

Habi-

Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ.

Flos cœruleus. Rumph. Amb. l. 7. cap. 50. tab. 31. Flos Clitorius, flore cæruleo. Burm. Zeyl. pag. 100.

Uſus. Succo hujus floris ſolent indigenæ tingere liba, aliaque edulia colore cyaneo, pulcherrimo quidem, ſed breviter evaneſcente; ideoque ad imbuendas telas inepto.

GENUS XXVII. ROBINIA.

Char. Gener. *Cal.* 4-fidus. *Legumen* gibbum elongatum. Lin. ſy. pl. 953.

† Sp. 1. ROBINIA MITIS. ŝ Khũ sēm. ắ Khỏ sâm hoa vàng.

Differ. ſpec. Rob. *racemis* pedicellis ternis : *foliis* impari-pinnatis : *caule* enermi. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 3-pedalis, erectus, inermis, ramoſus. *Folia* impari-pinnata, ovato-lanceolata, glabra, lætè viridia, ſub-bijuga. *Flos* luteus, racemis terminalibus, brevibus, pedicellis ternis. *Legumen* oblongum, utrinque attenuatum, glabrum, polyſpermum : *ſeminibus* reniformibus.

Habitat agreſtis in Chinâ : raro in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 163. Pluken. Phyt. tab. 310. fig. 3.

† Sp. 2. ROBINIA AMARA. ắ khỏ sâm hoa tiá. ŝ Khũ sēm.

Differ. ſpec. Rob. *racemis* elongatis, pedicellis ternis : *foliis* impari-pinnatis, ſub-quinque-jugis : *caule* inermi.

Hab., & notæ. *Planta* fruticoſa, 4-pedalis, tota inermis : ramis diffuſis, fuſco-rubentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-quinque-juga : *foliolis* ovato-oblongis, ſuperius fuſco-virentibus, ſubtus albicantibus. *Flos* violaceus, racemis erectis, longis, ſub-terminalibus : pedicellis ternis. *Calyx* planiuſculus, 4-dentatus. *Corollæ* vexillum ſub-rotundum, patens : alæ oblongæ, rectæ : carina brevior, obtuſa, monophylla. *Legumen* longum, ſub-teres, rectum, acuminatum, glabrum : *ſeminibus* multis oblongo-reniformibus. *Radix* ſub-carnoſa, multiplex, luteo-fuſca, amariſſima.

Habitat inculta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Virtus : radicis. Attenuans, Roborans, Exſiccans. Prodeſt in fluxu ventris diuturno : ſtomachi debilitate : obſtructionibus meſenterii, & uteri : humores craſſos, & nimios compeſcit. Ejus virtutem non tantum in aliis, ſed in me ipſo efficaciter expertus. Uſus commodior in pilulis. Ad tollendum ſaporem, quem habet, nauſeoſum debet macerari in aceto, & leviter torreri.

† Sp. 3. ROBINIA FLAVA. *a* Hòam Khìn. *a* Hùynh câm.

Differ. ſpec. Rob. *pedunculis* ternis, 3-floris, terminalibus: *foliis* abruptè-pinnatis, ſub-octojugis, *caule* inermi.

Hab. & notæ. *Planta* fruticoſa, 1-pedalis, inermis. *Folia* erecta, abruptè-pinnata, ſub-octojuga: *foliolis* oblongis, ſub-acutis, glabris, pallidè virentibus. *Flos* albus, terminalis, pedunculis ternis, erectis, trifloris. *Radix* ſimplex, lignoſa, craſſa, lutea, amara, carioſa. Plantam virentem non vidi.

Habitat agreſtis in provinciis Borealibus imperii Sinenſis.

Virtus: radicis. Pellens, Antifebrilis. Uſus præcipuus in decocto.

† GENUS XXVIII. CITTA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium bilabiatum, gibboſum, coloratum, hiſpidum: labio ſuperiore integro: inferiore 3-fido, laciniis ſubulatis, mediâ longiore.

Cor. Papilonacea. Vexillum ſub-rotundum, calyce duplo longius, ad baſim gibboſo-turgidum, ſuperius patens, aſcendens. Alæ oblongæ, acutæ, conniventes, vexillo longiores. Carina falcata, alis æqualis.

Stam. Filamenta 10 (ſimplex, & 9-fidum) quorum 5 alterna craſſiora, corollæ æqualia. Antheræ 5 oblongæ; 5 aliæ ſub-rotundæ.

Piſt. Germen oblongum, piloſum. Stylus filiformis, longior ſtaminibus. *Stigma* ſub-rotundum.

Peric. Legumen ovato-oblongum, craſſum, compreſſum, hiſpidum: cortice exterius diviſo in cellulas ſub-quadratas, obliquè formatas ex membranis verticalibus, ordinatis.

Sem. 3, ovata, compreſſa, arillata, magna.

Nom. (Κίττα pica) a flore turgido, maculis albis, & nigris hanc avem repræſentante.

Char. Gener. *Cal.* & *vexillum* giboſo-turgida. *Legum.* exterius celluloſum, hiſpidum: *ſeminibus* arillatis.

† Sp. 1. CITTA NIGRICANS. *a* Cây Boung mât.

Differ. ſpec. Cit. *caule* fruticoſo volubili: *foliis* ternatis, ovatis: *floribus* ſub-umbellatis.

Hab. *Caulis* fruticoſus, teres, volubilis, digitum craſſus, longus, ramoſus, inermis. *Folia* 3-nata, ovata, acuminata, integerrima, venoſa, glabra, petiolo communi longo, ſtipulis nullis. *Flos* axillaris,

latis, pedunculis polyfloris, ſub-umbellatis : *calyce* fuſco. *Corolla* nigra, maculâ albâ notata.

Habitat inter ſepes in Cochinchinâ.

Lobus Litoralis. Rumph. Amb. l. 7. c. 6. tab. 6. Lobus Cartilagineus. Cluſ. Exot. l. 3. c. 9, & 10. Quamvis Auctores iſti cellulas leguminis non exprimant, eandem eſſe plantam exiſtimo.

GENUS XXIX. GLYCINE.

Char. Gener. *Cal.* bilabiatus. *Corollæ* carina apice vexillum reflectens. Lin. ſy. pl. G. 942.

Sp. 1. GLYCINE SUBTERRANEA. γ Jugo.

Differ. ſpec. Glyc. *foliis* ternatis, radicalibus : *caulibus* poſtratis; flexuoſis : *pedunculis* bifloris. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſemipedalis, poſtratus, multiplex, teres, flexuoſus, radicans. *Folia* ternata; radicalia : *foliolis* lanceolatis, acutis, integerrimis, venoſis, glabris : *petiolo* communi longo, erecto, propriis brevibus. *Flos* dilutè flavus, radicalis, ſparſus : *pedunculo* brevi, erecto, ſolitario, monofloro. *Corollæ* vexillum ob-ovatum, apice carinæ compellente, reflexum. *Germen* ſubrotundum, in matureſcentiâ terram penetrans, ibique fructificans. *Legumen* ſub-reniforme, bivalve, reticulatum, 1-ſpermum : valvis rarò dehiſcentibus. *Semen* lato-ovatum, nec compreſſum, luteum, edule.

Habitat prope Sofalam, & in variis locis Africæ Orientalis : undę ſemina per me delata in Luſitaniam flores, & fructus produxerunt duobus annis: tertio autem anno nova ſemina non germinarunt.

Mandóbi fructus ex oris Africæ translatus. Piſ. Braſ. pag. 256. Mandubi de Angola. Marcgr. Braſ. 43. Arachis Africana. Burm. Ind. Fl. Capens. pag. 22.

GENUS XXX. INDIGOFERA.

Char. Gener. *Cal.* patens. *Corollæ* carina utrinque calcari ſubulato, patulo. *Legumen* lineare. Lin. ſy. pl. G. 962.

† Sp. 1. INDIGOFERA COCCINEA. β Louc hām tsào.

Differ. ſpec. Ind. *foliis* ternatis, ovato oblongis : *pedunculis* polyfloris, axillaribus : *leguminibus* teretibus, arcuatis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, ſub-erectus, ramoſus. *Folia* ternata, ovato-oblonga, obtuſa, pubeſcentia, parva. *Flos* coccineus, axillaris, pedunculis polyfloris. *Calyx* 5-fidus, margine

ne ſuperiore truncatâ, hians. *Corollæ* carina calcaribus binis, longis, reflexis. *Legumen* longum, teres, tenue, arcuatum.
Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. INDIGOFERA ROTUNDIFOLIA. β Ô tam ſin.
Differ. ſpec. Ind. *foliis* ternatis, ſub-rotundis, utrinque tomentoſis: *racemis* brevibus, axillaribus: caule volubili.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, filiformis, volubilis, piloſus. *Folia* ternata, ſub-rotunda, apice ſub-acuta, utrinque tomentoſa: ſtipulis ſubulatis. *Flos* luteus, racemis brevibus, axillaribus. *Corollæ* carina calcaribus duobus, longis, ſubulatis, curvis. *Legumen* oblongum, planum, acuminatum, glabrum, biſpermum.
Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.
Obſerv. Affinitatem habet cum Indigoferâ Procumbente, ex Cap. B. Spei. Linn. ſp. 4.

† Sp. 3. INDIGOFERA BUFALINA. α Dậu tlâu.
Differ. ſpec. Ind. *foliis* ternatis, ovatis, glabris: *racemis* axillaribus: *leguminibus* craſſis, villoſis: caule ſcandente.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſcandens, teres, longus, glaber. *Folia* ternata, ovata, glabra. *Flos* albo-purpureus, racemis axillaribus, & terminalibus: pedunculo communi longo. *Carina* vexillum impellens dentibus binis calloſis, ſupra baſim exertis. *Calyx* bilabiatus, 5-fidus, patens. *Legumen* longum, rectum, craſſum, villoſum, ſub-compreſſum: ſeminibus ovatis.
Habitat in dumetis Cochinchinæ.

Sp. 4. INDIGOFERA TINCTORIA. α Chàm nhỏ lá. β Lân trâo: tá cỉm.
Differ. ſpec. Ind. *foliis* pinnatis, obovatis: *racemis* brevibus: *caule* ſuffruticoſo. Lin. ſp. 12.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, ſimplex, 3-pedalis, rectus, teres, glaber, ramoſus. *Folia* impari-pinnata, ſub-ſeptemjuga: foliolis ovatis, integerrimis, glabris, glaucis, brevi-petiolatis. *Flos* axillaris, racemis ſimplicibus, erectis, brevibus. *Calyx* planiuſculus, leviter 5-fidus. *Corollæ* vexillum oblongo-ovatum, aſcendens, flavum. Alæ, & carina rubræ: hæc ad baſim dente utrinque inſtructa. Legumen longum, tenue, teres, ſub-arcuatum, ſub-toruloſum, glabrum, pendulum: ſeminibus multis cylindricis.
Habitat ſpontanea, coliturque vaſtiſſimè in Cochinchinâ, & Chinâ.
Indicum. Rumph. Amb. l. 8. c. 39. tab. 80. Anil. Garc. Arom. l. 2. cap. 26. pag. 239. edit. Lat. Cluſ. Ubi notandum Garciam non erraſſe dicendo Indigoferam ſive Anil Ocymo ſimilem; ſiquidem caulis, & foliola ovata, oppoſitaque in utrâque plantâ aliquo modo con-

convenunt: nec de modo parandi Indicum in paſtillos hæc ſimilitudo intelligi debet, neque Garcias aſſeruit.

Virtus: foliorum. Reſolvens, Abſtergens. Ex Indigoferâ iſtâ cum curcumâ fit unguentum aptum ad reſolvendas contuſiones, & inflammationes, abſtergenda ulcera, & ſcabiem.

Uſus. Folia contuſa, & in aquâ, paucâ admixtâ calce, macerata reſolvuntur in pigmentum, Indicum dictum, ad tingendum colore cyaneo, viridi, & purpureo uſitatiſſimum in toto orbe.

† GENUS XXXI. GRONA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-fidum, perſiſtens: laciniis ſub-æqualibus, ſuperiore emarginatâ.

Cor. Papilonacea. Vexillum obcordatum, ſub-clauſum. Alæ turbinatæ, obtuſæ, vexillo breviores. Carina inflexo-concava, alæ utrique infra medium coalita, ſubtus divaricata in cavernam hians.

Stam. Filamenta 10 (ſimplex, & 9-fidum) vaginæ aſcendenti inſidentia. Antheræ ſub-rotundæ, minimæ.

Piſt. Germen lineare. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.

Peric. Legumen lineare, rectum, compreſſum, acuminatum, hirſutum, polyſpermum.

Sem. Reniformia, compreſſa, minuta.

Nom. (Γρωνη caverna) ob carinam ſubtus cavernoſam.

Char. Gener. *Corollæ* carina alis utrinque coalita: *ſubtus* in cavernam hians. *Legumen* lineare.

† Sp. 1. GRONA REPENS. *a* Dậu Lan rậug.

Differ. ſpec. Gron. *foliis* ovatis, alternis: *ſpicis* axillaribus: *caule* repente.

Hab. *Caulis* ſuffruticoſus, multiplex, poſtratus, repens. *Folia* ovata, integerrima, alterna, petiolata: *ſtipulis* binis ſubulatis. *Flos* purpureus, *ſpicis* erectis, axillaribus, & terminalibus: *bracteis* acuminatis, 2-floris.

Habitat in collibus agreſtibus Cochinchinæ.

† *Genus XXXII. Rhynchosia.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium bilabiatum: labio ſuperiore latiore, emarginato: inferiore 3-fido, laciniâ mediâ longiore.

Cor. Papilonacea. Vexillum ovatum, aſcendens. Alæ oblongæ, vexillo breviores: unguibus filiformibus, appendiculatis. Carina monophylla, rhomboidea, roſtro longo, acuto terminata.

Stam. Filamenta 10 (ſimplex, & 9-fidum) vaginæ longæ, aſcendenti inſiſtentia, vexillo æqualia. Antheræ ſub-rotundæ.

Piſt. Germen oblongum, compreſſum. Stylus ſub-æqualis ſtaminibus. Stigma ſimplex.

Peric. Legumen ovatum, compreſſum, membranaceum, ſub-acuminatum, 2-ſpermum.

Sem. ſub-ovata, compreſſa.

Nom. (Ρυγχος roſtrum) a carinâ floris roſtratâ.

Char. Gener. *Carina* rhomboidea, roſtrata. *Legumen* membranaceum, 2-ſpermum.

† Sp. 1. RHYNCHOSIA VOLUBILIS. β Chiq tśu.

Differ. ſpec. Rhynch. *foliis* ternatis, ſub-rotundis, tomentoſis: pedunculis polyfloris, binnatis.

Hab. *Caulis* herbaceus, volubilis, teres. *Folia* ternata, ſub-rotunda, tomentoſa. *Fos* luteus, *pedunculis* 2-natis, polyfloris, axillaribus. *Semina* nigra, nitida.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

† *Genus XXXIII. Marcanthus.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 4-fidum, tubuloſum, coloratum, tomentoſum, perſiſtens: laciniis acutis, binis lateralibus brevioribus.

Cor. Papilonacea, longa, ſub-clauſa. Vexillum ovatum, emarginatum, connivens, calyce longius. Alæ oblongæ, vexillo triplo longiores, rectæ. Carina alis longior: apice acuto, aſcendente.

Stam. Filamenta 10 (ſimplex, & 9-fidum) omnia liniari-turbinata, acuminata, recta: horum 4 triplo craſſiora reliquis. Antheræ craſſiorum ovatæ, incumbentes: tenuiorum oblongæ, ſtantes.

Piſt. Germen oblongum, teres. Stylus filiformis, totus piloſus, æqua-

lis

lis ſtaminibus. Stigma obtuſum, ſcabriuſculum.
Peric. Legumen rectum, ſub-teres, craſſum, acuminatum, polyſpermum.
Sem. Sub-ovata.

Nom. (Μακρὸς longus) ex notabili floris longitudine.

Char. Gener. *Carina*, & *alæ* longiſſimæ. *Legum.* craſſum, ſub-teres.

† Sp. 1. MARCANTHUS COCHINCHINENSIS. α Dâu mèo.
Differ. ſpec. Marc. *foliis* ternatis: *pedunculis* polyfloris axillaribus: *caule* volubili.
Hab. *Caulis* herbaceus, longus, teres, volubilis, ramoſus. *Folia* ternata, ovato-rhombea, piloſa: *ſtipulis* filiformibus. *Flos* albus, calyce concolore: *pedunculis* polyfloris axillaribus. *Legumen* eſculentum, quamvis nec ſapidum, nec ſalubre.
Habitat cultus in Cochinchinâ.

GENUS XXXIV. ERVUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus, longitudine corollæ. Lin. ſy. pl. G. 948.

Sp. 1. ERVUM HIRSUTUM. α Cây Deâi chôn.
Differ. ſpec. Erv. *pedunculis* multifloris: *ſeminibus* globoſis, binis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, ſub-erectus, angulatus, hirſutus, ramoſus. *Folia* ternata, ſub-lanceolata, integerrima, rugoſa, piloſa. *Flos* purpuraſcens, axillaris, ſpicis ovatis, erectis. *Calyx* 5-partitus, piloſus. *Corolla* papilonacea, breviſſima, vix calyci æqualis. *Legumen* teres, acuminatum, 2-ſpermum: *ſeminibus* globoſis.
Habitat incultum, per agros diſperſum in Cochinchinâ.
Cicer pedunculis multifloris, feminibus globoſis. Hort. Cliff. pag. 370.
Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis, hirſutis. Baub. Pin. pag. 345. n. 2.

† GENUS XXXV. SARCODUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium cyathiforme, breve, coloratum, perſiſtens: parte ſuperiore truncatum, inferiore denticulis 3, acutis, erectis.
Cor. Papilonacea. Vexillum ovatum, integrum, aſcendens. Alæ oblongo-ovatæ, breves, planæ. Carina monophylla, falcata, vexillo æqualis.

Stam. Filamenta 10 (ſimplex, & 9-fidum) ſubulata, vaginæ longæ connata, vexillo breviora. Antheræ ovatæ, incumbentes.

Piſt. Germen lineare. Stylus ſubulatus, æqualis ſtaminibus. Stigma craſſiuſculum.

Peric. Legumen longum, teres, rectum, æquale, carnoſum, glabrum, polyſpermum.

Sem. Reniformia.

Nom. (Σαρκώδης carnoſus) a Legumine carnoſo.

Char. Gener. *Cal.* ſemitruncatus. *Alæ* planæ, breves. *Legumen* carnoſum, teres.

† Sp. 1. SARCODIUM SCANDENS. α Cây mṓng deci.

Differ. ſpec. Sarc. *foliis* pinnatis: *ſpicis* terminalibus: *Caule* fruticoſo, ſcandente.

Hab. *Caulis* fruticoſus, lignoſus, ſcandens, inermis, longus, ramoſiſſimus. *Folia* pinnata, multijuga: *foliolis* ovato-oblongis, acuminatis, integerrimis, lanuginoſis: *ſtipulis* linearibus. *Flos* coloris roſei, *ſpicis* ſimplicibus, terminalibus: *bracteis* lanceolatis, ciliatis, monofloris.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Quamvis cum Loto conveniat Legumine farcto, differt tamen calyce ſemitruncato, 3-dentato, alis planis, nec conniventibus, ſeminibuſque reniformibus, atque vexillo aſcendente.

GENUS XXXVI. CYTISUS.

Char. Gener. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *Legumen* baſi attenuatum. Lin. ſy. pl. G. 951.

Sp. 1. CYTISUS CAJAN. α Đậu ſáng. β Xān tếu kēu: sận tấu cao.

Differ. ſpec. Cyt. *racemis* axillaribus, erectis: *foliolis* ſub-lanceolatis, tomentoſis: *intermedio* longius petiolato. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* arboreſcens, lignoſus, 10-pedalis, teres, rectiſſimus: *ramis* ſimiliter rectis, aſcendentibus. *Folia* ternata, lanceolata, integerrima, obliquè nervoſa, venoſa, tomentoſa, mollia, albicantia, petiolata, petiolo medio longiore. *Flos* flavus, *pedunculis* longis, erectis, axillaribus, ſub-ſexfloris. *Calyx* ſemiquinque-fidus, laciniis acutis, ſub-æqualibus. *Corolla* papilionacea, petala 4, longitudine ſub-æqualia. *Vexillum* ſub-rotundum, patens. *Alæ* ovatæ, ad baſim dente notata. *Carina* lunata. *Filamenta* 10, Diadelpha, ſubulata, ſub-æqualia. *Antheræ* ovatæ, ſtantes. *Germen* li-

neare. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus, baſi hirſutus, ſuperius glaber. *Stigma* ſub-rotundum. *Legumen* longum, rectum, ſub-teres, acuminatum, pubeſcens, obliquè ſtriatum, (non contortum) ſub-articulatum; polyſpermum: *ſeminibus* reniformibus, 6 circiter.

Habitat incultus, cultuſque ad ordinandas ſepes in Cochinchinâ, & in Chinâ.

Obſerv. In utroque regno hanc plantam obſervavi omnino conformem: attamen in herbariis Sinenſibus invenio duas eodem nomine deſcriptas, & pictas valdè differentes: alteram quidem caule erecto, ſed foliis pinnatis, ſub-trijugis, aliam vero foliis ternatis, caule ſcandente, ut videtur, herbaceo.

Cytiſus folio molli, incano: ſiliquis Orobi contortis, & acutis: Burm. Zeyl. pag. 86. tab. 37. Phaſeolus Balicus. Rumph. Amb. l. 9. cap. 24. tab. 135. fig. 2.

Virtus: radicis. Attenuans, Reſolvens, Odontalgica. Prodeſt in Chloroſi, faucium inflammatione, dentium dolore, fluxu ventris ex craſſis humoribus, ani. ulceribus, morſu animalium venenatorum.

GENUS XXXVII. LOTUS.

Char. Gener. *Leg.* cylindricum, ſtrictum. *Alæ* ſurſum longitudinaliter conniventes. *Cal.* tubuloſus. Lin. ſy. pl. G. 969.

Sp. 1. LOTUS ARABICUS. Dâu Jeo vàng.

Differ. ſpec. Lot. *leguminibus* cylindricis ariſtatis: *caulibus* poſtratis: *pedunculis* 3-floris: *bracteis* monophyllis. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſtriatus, ſcandens, acirrhus, ſæpè poſtratus. *Folia* ternata, ovata, piloſa, petiolis brevibus: *ſtipulis* binis lanceolatis. *Flos* luteus pedunculis longis, erectis, polyfloris, axillaribus. *Calix* tubuloſus labio ſuperiare obtuſo, emarginato. Corollæ *alæ* oblongæ, conniventes. *Stylus* linearis, teritiuſculus, villoſus, cum ſtaminibus aſcendens. *Legumen* teres, acuminatum, rectum, piloſum: *ſeminibus* oblongis, cylindricis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Lotus Hirſuta. Forskæl. Arab. Cent. 5. n. 39. pag. 140.

Obſerv. Notæ Loti Hirſutæ ex Forskæleo potius conveniunt Loto Arabico Linæi, quam illius Lotus Roſea foliis quinatis, ſive impari-pinnatis, 2-jugis, prout in Flora Arabicâ exponuntur: Loto verò Arabico folia 3-nata a Linnæo tribuuntur, totidemque in Cochinchinenſi numeravimus.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

ICOSANDRIA.

1. CITRUS. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 20 in tubum fiſſum connata. *Stylus* 1. *Bacca* locularis, pulpâ veſiculari.

2. MELALEUCA. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 40 in 5, 6 phalanges. *Stylus* 1. *Capſ.* 3-valvis, calyce ſemiveſtitâ.

POLYANDRIA.

† 3. BALSAMARIA. *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 200 in 5, 6 phalanges. *Stylus* 1. *Drupa* 1-ſperma.

4. GLABRARIA. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* phalanges 5 ex ſenis. *Stylus* 1. *Drupa.*

5. HYPERICUM. *Cal.* 5-partitus, inferus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 1, 3, 5. *Capſ.* locularis.

ICOSANDRIA.

GENUS I. CITRUS.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5, oblonga. *Antheræ* 20, filamentis connatis in varia corpora. *Bacca* 9-locularis. Lin. ſy. pl. G. 974.

Sp. 1. CITRUS MEDICA. Cây Tanh yen. β . . .
Differ. ſpec. Cit. *petiolis* linearibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis, erectus, aculeatus: *ramis* longis, reclinatis. *Folia* ovato-oblonga, alterna, ſub-ſerrata, glabra, pallido-virentia: *petiolis* linearibus. *Flos* albus, odoratus, mediocris, pedunculis polyfloris, ſub-terminalibus. *Bacca* ſemipedalis, ovata, apice protuberante, ſub-9-locularis: pulpâ veſiculari, albâ, ſæpius acidâ: cortice flaveſcente, craſſo, duriuſculo, odorato, inæquali. *Fructus* eſculentus tam crudus, quam ſaccharo conditus.
Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Malum Citrium. Rhumph. Amb. l. 2. c. 35. tab. 25. Malus Medica. Bauh. Pin. pag. 435. n. 1.
Eſt hujus Varietas, non rara in Sinis, caule, foliis, & floribus ſimilis: fructu vero oblongo, ſolido abſque loculis, aut pulpâ, ſupra medium diviſo in 5, vel plures lacinias longas, teretes, ſub-curvas, manum hominis repræſentante lateraliter conniventem, digitiſque parum curvatis. Ex quâ formâ deducitur nomen. vulgare *Phat thu*, id eſt Citrus digitata, ſeu Chirocarpus.

Varietas 2. Citrus Limon. α Cây Canh. β Tsim pi xú. *Caulis* arboreus, 8-pedalis, tortuoſus, aculeatus: *ramis* multis diffuſis. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-integerrima, alterna: *petiolis* plerumque linearibus. *Flos* albus, maculâ rubeſcente, *pedunculis* terminalibus, paucifloris: *corollâ* 5-petalâ, oblongâ: *Staminibus* 20, in varia corpora collectis. *Bacca* ſeſquipollicaris, apice protuberante, ſub-globoſa, æqualis, nitida, flavo-viridis, odorata, ſub-9-locularis, pulpâ multâ, acidiſſimâ, ſeminibus paucis, ſub-ovatis. Hæc Citri varietas in uſu œconomico eſt omnium optima: vocaturque a Rumphio Limonellus Nipis. Amb. l. 2. c. 39. tab. 29. Limonum arbores multum variant non ſolum magnitudine, & formâ fructus, ſed etiam foliorum, & petiolorum ſimplicium, & alatorum: quas notas apud citatum Rhumphium facile obſervabis.

Sp. 2.

Sp. 2. CITRUS AURANTIUM. α Cây Cam. β Cân xã.
Differ. ſpec. Cit. *petiolis* alatis : *foliis* acuminatis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, aculeata, cortice viridi-fuſco, ramis patentibus. *Folia* lato-lanceolata, ſub-integerrima, glabra, alterna, *petiolis* plerumque alatis. *Flos* albus, 5-petalus, odoratus: *pedunculis* terminalibus, polyfloris. *Stamina* 20, connata in varia corpora tubum formantia. *Bacca* ſub-globoſa, apice planiuſcula, coloris aurei, nitida, odorata, 3-pollicaris, ſub-9-locularis, pulpâ veſiculari, acido-dulci : cortice carnoſo, mediocri, pelliculâ exteriore guſtûs ſub-ardentis, amaricantis. Hæc deſcriptio imprimis convenit Aurantio vulgariſſimo in quatuor obis partibus, quod in Europâ dici ſolet Luſitanum, aut Sinenſe; quia a Sinis per Luſitanos traslatum per totam Europam propagatum hodie videmus.
Habitat culta, incultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.
Aurantia Mala, Matth. in Dioſc. l. 1. c. 131. pag. 206. fig. 7.
Aurantium Sinenſe. Tournef. Inſt. pag. 620. n. 15. tab. 393.
Virtus: pulpæ. Refrigerans, Antiſcorbutica. Corticis flavi exterioris. Calefaciens, Tonica, Stomachica, Pellens per ſudorem, & urinam. Petuitam, & tuſſim domat. Vomitum, nauſeam, & anxietates cohibet. Pharmacum eſt apud Sinas uſitatiſſimum : cortex ſcilicet, non medulla fructûs, quæ non permittitur infirmis a Medicis Sinenſibus, quamvis tam facilè in Europâ concedatur.

† Sp. 3. CITRUS NOBILIS. α Cam Sanh. β Tsem căa.
Differ. ſpec. Citr. *inermis*, *ramis* aſcendentibus : *petiolis* ſtrictis *fructû* tuberculoſo : ſub-compreſſo.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis aſcendentibus*, inermibus. *Folia* lanceolata, integerrima, ſparſa, nitida, obſcuro-viridia, gravè olentia: *petiolis* linearibus. *Flos* albus, 5-petalus, odoratus, pedunculis polyfloris, terminalibus. *Bacca* compreſſo-rotunda, ſub-9-locularis, intus, & foris rubra : cortice craſſo, ſuccoſo, dulci, eduli, tuberculoſo-inæquali. Sinenſi vulgari duplò maior eſt, diametro 5 pollices æquante. Eſt Citrorum omnium gratiſſima.
Habitat abundanter in Cochinchinâ : etiam in Chinâ, quamvis Cantone illam non viderim.
Malus Arantia cortice dulci, eduli. Bauh. Pin. pag. 436. n. 3. Aurantium, quæ malus Aurancia regia, dulcis : cortice ſuavi, & dulci. Burm. Zeyl. pag. 39. Aurantium verrucoſum : Manis beſaar. Rumph. Amb. l. 2. c. 43. Tabula vero 35 minus cum noſtrâ deſcriptione cohæret, quam tabula 34 : nec iſta, aut Rumphii expoſitio in totum convenit, fortaſſe, quia plantam non viderit, cum ipſemet fateatur ibi non eſſe vulgarem.

Sp. 4.

† Sp. 4. CITRUS MADURENSIS. α Kīm kúit. β Kīn: kúit xú.
Differ. ſpec. Citr. *inermis*: ramis diffuſis, angulatis: petiolis linearibus: fructu globoſo, lævi.
Hab., & notæ: *Arbuſcula* 3-pedalis: *ramis* patentibus, tortuoſis, angulatis, inermibus. *Folia* lato-lanceolata, ſub-integerrima, alterna, glabra: *petiolis* linearibus. *Flos* albus, 5-petalus, odorus, minuſculus: pedunculis paucifloris. *Bacca* globoſa, lævis, luteo-viridis, ſemipollici vix æqualis, ſub-8-locularis: pulpâ veſiculari, amaricante. Sacchαro condita edulis eſt, & grata: non autem cruda.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ: coliturque ob pulchritudinem.
Limonellus Madurenſis. Rumph. Amb. l. 2. cap. 40. pag. 110. tab. 31.

† Sp. 5. CITRUS MARGARITA. β Chū tuì. α Châu tu.
Differ. ſpec. Citr. *ramis* aſcendentibus, aculeatis: *petiolis* linearibus: baccis 5-locularibus, oblongis.
Hab., & notæ. *Arbuſcula* 4-pedalis: ramis aſcendentibus, aculeatis. *Folia* lanceolata, integerrima, nitida, ſparſa: *petiolis* linearibus. *Flos* albus, 5-petalus, odoratus: *pedunculis* paucifloris, ſparſis. *Bacca* oblongo-ovata, rubro-lutea, glabra, 8 lineas longa, 5-locularis: cortice tenui: pulpâ veſiculari, dulci, eduli.
Habitat Cantone Sinarum, nec rara: in Cochinchinâ mihi non viſa.

† Sp. 6. CITRUS FUSCA. α Cây Baòng. : Chỉ Xác. β Chỉ Kéu.
Differ. ſpec. Citr. *ramoſiſſima*, aculeata: *foliis* lanceolato-ovatis: *petiolis* cordato-alatis: *baccis* globoſis, aſperis.
Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ramis* plurimis, tortuoſis, ſub-aſcendentibus: aculeis plurimis longis, validis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, obſcuro-viridia, glabra, ingrati odoris: *petiolis* magnis, alatis, cordiformibus. *Flos* albus, ſub-odorus: *pedunculis* polyfloris, ſubterminalibus. *Bacca* globoſa, 2-pollicaris, aſpera, fuſco-viridis, corticoſa, ſub-9-locularis: pulpâ veſiculari, pallidâ, acidâ, ſub-amarâ, ingratâ.
Habitat latiſſimè in Cochinchinâ, rariùs in Chinâ.
Aurantium Acidum Lemon Itam. Rumph. Amb. l. 2. c. 41. tab. 33.
Virtus: Corticis integri baccarum. Attenuans, Deobſtruens, Eccoprotica.

Sp. 7. CITRUS DECUMANA. α Cây Buởi. β Yéu Xú.
Differ. ſpec. Citr. *petiolis* alatis: *foliis* obtuſis, emarginatis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ramis* patentibus, aculeatis. *Folia* ovata, ſub-acuta, raró obtuſa, rariſſimè emarginata, glabra, ſpar-

ſparſa : *petiolis* cordato-alatis, magnis. *Flos* albus, odoratiſſimus, *racemis* vaſtis, erectis, terminalibus. *Corolla* 5-petala, reflexa. *Stamina* 20 circiter, petalis ſub-æqualia, in tubum polyfidum coalita. *Bacca* ſphæroidea, ſæpius utrinque retuſa, diametro 8-pollicari, æqualis, luteo-viridis, in 12, & amplius loculos diviſa : pulpâ veſiculari rubrâ, in aliis albâ, nunc dulci, nunc acidâ : cortice craſſiſſimo, albo, fungoſo, amaricante, inutili. *Semina* ovata, ſub-acuta, 2, 3 in quolibet loculo. Harum arborum ſunt multæ varietates, fortaſſe ſpecies : quarum una præſtantior ſapore, & odore fructûs caulem habet minorem, ſimiliter aculeatum, baccas ſub-globoſas, 5-pollicares, intus albas, dulciſſimas, exterius flaveſcentes. Dicitur idiomate Sinico *Hiàm yûen*, Cochinchinenſi vero *Huong ien* : quod interpretatur Globus Odoratus.

Habitat frequenter in Cochinchinâ, & Chinâ.

Aurantium fructu omnium maximo Pumpelmus dicto. Burm. Zeyl. pag. 39. Limo Decumanus, Pompelmoes. Rumph. Amb. l. 2. c. 34. pag. 96. tab. 24. fig. 2.

Obſerv. Exiſtimo multas alias dari ſpecies Citri in Indiâ, quarum aliquas vidi, ſed non ſatis examinavi. Nec dici poteſt eas eſſe tantummodo varietates, prout habentur etiam in Europâ. Namque, ut bene notavit Rumphius, (Amb. l. 2. c. 40.) illæ in Europâ variant per artificioſam culturam, oculationem, & inſitionem, quam artem plerique Indiani, maximè Cochinchinenſes, penitus ignorant. Hæ vero naſcuntur in ſylvis, abſque ullâ culturâ, & tamen conſtanti varietate, adeoque ſpecie differre cenſendum, niſi tam levis, aut minus conſtans ſit differentia, quæ diſſuadeat.

Quæ a Linnæo dicitur Citrus Trifoliata huic generi prorſus repugnat. Quique Auctores illam a Kæmpfero prius expoſitam Citro adjudicarunt, videntur recentis plantæ corollam, ſtamina, & baccam non obſervaſſe : certè non fatentur, nec accuratè exponunt. Vide ſupra Claſſ. 5. G. 58. Triphaſia Aurantiola. Ubi notabis characterem Genericum a me ex vivâ plantâ diligenter excerptum planè differre a Citro : notas vero ſpecificas, & habitum omnimodo convenire Trifoliatæ.

GENUS II. MELALEUCA.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Filamenta* multa, connata in 5 corpora. *Stylus* 1. *Capſ.* ſemiveſtita calyce baccato, 3-valvis, 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 978.

Sp. MELALEUCA LEUCADENDRA. α Cây Tlàm. Lin. ſp. 1.
Differ. ſpec. Mel. *foliis* lineari-lanceolatis, quinque-nerviis, ſparſis : *ſpicâ* longâ apice folioſa. Hab.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, trunco alto, flexuoſo: *ramis* aſcendentibus, incomptis, paucis: *cortice* craſſo, pallido, lamellato, fiſſili, tenaci. *Folia* lineari-lanceolata, integerrima, 5-nervia, plana, recta, cinerea, odorata, duriuſcula, ſparſa, petiolata. *Flos* albus, ſeſſilis: *ſpicis* longis, ſub-terminalibus, apice in folia homogenea rurſus erumpentibus: bracteis floralibus minutis, ovatis, acutis. *Calyx* tubuloſus, 5-fidus: tubo ſub-rotundo, coriaceo, rubrofuſco: laciniis rotundatis, deciduis. *Corolla* petala 5, ſub-rotunda, concava, calyce longiora. *Filamenta* 40 circiter, in 5-6 faſciculos connata, longa, capillaria, inæqualia, margini tubi calycis inſiſtentia. *Antheræ* minimæ, ovatæ, incumbentes. *Germen* inferum, ſub-rotundum, 3-lobum, calyce cinctum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus. *Stigma* craſſiuſculum. *Pericarpium* capſula ſub-rotunda, 3-locularis, 3-valvis, apice dehiſcens: calyce truncato (laciniis decidentibus) ſemiveſtita. *Semina* multa, oblonga, compreſſo-angulata, minima.

Habitat frequens in ſylvis Cochinchinæ.

Melaleuca Leucadendron, Latifolia, & Anguſtifolia. Lin. Jun. ſup. pl. ſyſt. veget. pag. 342. Arbor Alba. Rumph. Amb. l. 2. cap. 25. tab. 16. & cap. 26. tab. 17.

Uſus. Cortice hujus arboris in laminas flexiles divulſo utuntur quotidie indigenæ ad obturandas rimas quarumdam navium, quarum tabulæ non clavis, ſed funiculis ligantur. Item ad tegendas domos, & quidquid aliud aeri expoſitum ab ejus mutationibus ſervare volumus longo tempore indemne.

Virtus: foliorum. Attenuans, Roborans, Stomachica, Diuretica, Emmenagoga. Valet in Obſtructione hepatis, Hydrope, debilitate ventriculi, difficultate reſpirationis, menſium, aut lochiorum ſuppreſſione. Hoc decocto utuntur commodè Cochinchinenſes viatores ad præcavenda mala ex cibis craſſioribus venalibus in diverſoriis.

POLYANDRIA.

† GENUS III. BALSAMARIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium 2-phyllum, coloratum, inferum: foliolis rotundis, concavis, deciduis.

Cor. Petala 6, oblongo-ovata, concava, patentia, calyce longiora.

Stam. Filamenta 200 circiter, corollâ breviora, connata in 5-6 faſciculos, receptaculo inſidentes. Antheræ oblongæ, ſtantes.

Piſt. Germen globoſum, rubrum, nitidum. Stylus filiformis, longior ſtami-

ſtaminibus. Stigma convexum, margine inæquali.

Peric. Drupa globoſa, lignoſa, glabra, æqualis: nucleo rotundo, acuminato, ſolido, carnoſo, oleoſo.

Nom. Balſamaria, quaſi Balſamum Mariæ, nomen eſt, quo in multis Indiæ locis hæc arbor vulgo cognoſcitur.

Char. Gener. *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* 200 circiter in 5-6 faſciculis. *Stylus* 1. *Drupa* globoſa, 1-ſperma.

† Sp. 1. BALSAMARIA INOPHYLLUM. « Cây Mu.

Differ. ſpec. Balſ. *foliis* ovatis, ſub-emarginatis, lineatis: *racemis* corymboſis, terminalibus.

Hab. *Arbor* ſupra mediocrem, trunco elato, tortuoſo: *cortice* craſſo, ſcabro, fuſco: *ramis* incomptis, aſcendentibus. *Folia* ovata, ſub-emarginata, integerrima, tranſverſè lineata, plana, dura, nitida, oppoſita: petiolis brevibus. *Flos* candidus, pulcherrimus, ſuavèolens, *racemis* in formam Corymbi ordinatis, pedunculis longis, albis, ſub-terminalibus. *Calyx* albus, viridi mixtus, unde a corollâ dignoſcitur, ſimulque ex foliorum brevitate, & rotunditate. *Drupa* globoſa, 1-pollicaris, lævis, viridi-fuſca: *cortice* exteriore tenui, ſuccoſâ: interiore craſſiore, lignoſâ: *nucleo* albo, laxo.

Habitat tam culta, quam agreſtis in locis mediterraneis Cochinchinæ. Vidi etiam frequentem in Cambodiâ, & in ſylvis Malaiorum juxta fretum Malacenſe.

Inophyllum flore 8-fido. Burm. Zeyl. pag. 131. Bitangor Maritima. Rumph. Amb. l. 3. c. 26. tab. 71. Ubi etiam dicitur Cajù Maria.

Obſerv. Circa florem hujus arboris variant Auctores. Burmannus dixerat 8-fidum. Rumphius loco citato ex 9, vel 10 petalis compoſitum: poſtea vero libro 4. capite 55. deſcribens arborem dictam Lignum Clavorum dicit eam magnam affinitatem habere cum Bitangora, ſeu Cajû Maria, illique tribuit, ſicut nos iſti, calycem 2-phyllum, & corollam 6-petalam. Linnæus eam facit ſpeciem Calophylli, cui (Gen. pl. ed. 6. pag. 266.) attribuit corollam 4-petalam, calycem nullum: at in Syſtemate plantarum, & Vegetabilium Characterem genericum decernit Calophyllo calycem 4-phyllum, Corollam 4-petalam. Sed nullus, quem viderim, advertit plantam eſſe Polyadelpham, ſicut nos conſtanter obſervavimus in vivis arboribus, ſimul cum aliis notis ſupra deſcriptis. Eadem planta a Linnæo adſcripta fuerat claſſi Polyandriæ, inſuperque alia ſpecies ab eo dicta Calophyllum Calaba. Hanc ego non vidi, nec a loco dimovere præſumo: illi vero, re melius probatâ, novam claſſem, genus, & nomen debui decernere, ne confundantur.

Uſus. Truncus, rami, & folia ſcatent humore albo, craſſo, tenaciſſimo:

ſimo : quod collectum mutat colorem in viridem obſcurum, diciturque Balſamum Mariæ. Valet in curatione vulnerum, quæ non admodum citò conſolidat, ſed prævalet in præcavendâ inflammatione, & putredine. Ex Druparum nucleis exprimitur abundans oleum, ſimiliter viride, tenue, & ingrati odoris, lychnis aptum, in re Medicâ balſamo inferius.

GENUS IV. GLABRARIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Nectarium* receptaculi ſetis longitudine Calycis. *Stam.* 30 : ſenis ſemper connexis. *Drupa.* Lin. ſy. pl. G. 975.

Sp. 1. GLABRARIA TERSA. α Cây Phło lłói. Lin. ſp. 1.

Differ. ſpec. Glab. foliis ovato-lanceolatis, alternis : pedunculis polyfloris, lateralibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, ſuperius ſcabriuſcula, ſubtus cinerea, petiolata, alterna, ſparſaque. *Flos* albus, parvus, pedunculis polyfloris, brevibus, lateralibus. *Florem* non examinavi, quamvis, arborem obviam habuerim.

Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ.

Lignum Leve : Halaur. Rumph. Amb. l. 4. c. 38. tab. 43.

Uſus. Lignum eſt leviſſimum, pallidum, acris odoris, craſſis, & piloſis conſtans fibris, ab inſectis, & putredine immune, dummodo ſiccum ſervetur ; ideoque ad ſuperiora ædificiorum tigna maximè idoneum.

GENUS V. HYPERICUM.

Char. Gener. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Filamenta* multa in 5 phalanges baſi connata. *Capſula.* Lin. ſy. pl. G. 981.

Sp. 1. HYPERICUM OLYMPICUM ? α Le nganh tláng. β Hôang xôe.

Differ. ſpec. Hyp. *floribus* trigynis : *calycibus* acutis : *ſtaminibus* corollâ brevioribus : *caule* fruticoſo. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Arbor* 10-pedalis, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* luteus, pedunculis incanis, ſub-bifloris, lateralibus, & terminalibus : *calycibus* 5-partitis, acutis : *corollis* 5-petalis, integerrimis. *Stamina* in 3 plalanges elevata. *Styli* 3. *Capſula* 3-locularis, polyſperma.

Habitat incultum in Cochinchinâ, & Cantone Sinarum.

Hort. Cliff. pag. 380. Hypericum Orientale, flore magno. Tournef. Inſt. Corol. pag. 19.

Sp. 2. HYPERICUM PETIOLATUM. ꞵ Hoàng niêu thâu.
Differ. ſpec. Hyp. *floribus* trigynis : *foliis* ovatis, petiolatis, integerrimis : *caule* fruticoſo, tetragono, compreſſo. Lin. ſp. 10.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, multiplex, 3-pedalis, angulatus, diffuſus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, vix tomentoſa, oppoſita, petiolata. *Flos* flavo-ruber, axillaris, & terminalis, pedunculis paucifloris. *Staminum* phalanges 3, elevatæ : glandulis totidem, alternis, magnis, ad baſim ſitis. *Styli* 3. *Capſula* 3-locularis, polyſperma.
Habitat incultum prope Cantonem Sinarum.
Lin. Syſt. Veget. pag. 583. ſp. 7.

† Sp. 3. HYPERICUM COCHINCHINENSE. a Le ngành đỏ.
Differ. ſpec. Hyp. *floribus* trigynis : *foliis* ſub-petiolatis, denſiſſimis : *caule* arboreo : *pedunculis* ſub-quinquefloris, axillaribus.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, 16-pedalis; *ramis* aſcendentibus : ramulis plurimis, obſcuro-rubentibus. *Folia* lanceolato-ovata, obtuſa, integerrima, glabra, denſiſſima, parva, oppoſita, ſub-petiolata. *Flos* coccineus, *pedunculis* ſub-quinquefloris, axillaribus. *Calyx* 5-partitus, laciniis acutis, integris. *Corolla* petala 5, ovato-oblonga, integra, patentia. *Nectarium* glandulis 3, magnis, reclinatis. *Stamina* 100 circiter, in tria corpora coalita. *Styli* 3. *Capſula* ovata, colorata, 3-locularis, polyſperma : *ſeminibus* oblongis, planiuſculis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Uſus. Lignum hujus arboris rubeſcit : grave, durum, ac tenax eſt; ad eaque opera aptiſſimum, quæ pondus, & impetum ferunt cedendo potius ne frangantur : quales ſunt navium remi, & antennæ. Florum ſuccus tingit colore aureo.

† Sp. 4. HYPERICUM AUREUM. ꞵ Guéi thoung hôa.
Differ. ſpec. Hyp. *floribus* ſemipentagynis : *pedunculis* ſub-diviſis; terminalibus : *caule* fruticoſo.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 3-pedalis, erectus, multiplex, teres, ramis reclinatis. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, glabra, oppoſita, ſeſſilia, nec amplexicaulia. *Flos* maiuſculus, nitidè aureus, ſtaminibus, & piſtillo concoloribus : *pedunculis* ſub-diviſis, terminalibus, paucifloris. *Calyx* 5-partitus, coloratus. *Corolla* petala 5, oblonga, patentia. *Stamina* multa, corollâ breviora, in 5 plalanges ordinata : *antheris* ſub-rotundis, minuſculis. *Stylus* 1, ſemi-5-fidus, corollæ æqualis, ſtaminibus longior. *Stigmata* 5, ſimplicia. *Capſula* ſub-ovata, 5-locularis, polyſperma : *ſeminibus* oblongis, minimis.

Habitat

Habitat incultum prope Cantonem Sinarum: colitur etiam ob florum nitorem, & pulchritudinem.

Obſerv. Suſpicor hoc eſſe Hypericum Monogynum. Thunb. Jap. pag. 297. Quia plures notæ conveniunt. Sed non valeo certò ſtatuere, cùm Vir Clariſſimus, cæteroquin ſolers obſervator, nec ſtylum 5-fidum memoret, nec phalanges ſtaminum recenſeat.

CLAS-

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA ÆQUALIS.

* *Semifloſculoſi* : *corollis omnibus ligulatis.*

1\. CICHORIUM. — *Recept.* ſub-paleaceum. *Papp.* ſub 5-dentatus. *Cal.* calyculatus.

2\. PICRIS. — *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus, ſtipitatus. *Cal.* calyculatus.

3\. LEONTODON. — *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus, ſtipitatu.s *Cal.* imbricatus, ſquamis laxis.

4\. SCORZONERA. — *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus, ſtipitatus. *Cal.* imbricatus margine ſcarioſo.

5\. LACTUCA. — *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus, ſtipitatus. *Cal.* imbricatus margine ſcarioſo

6\. SONCHUS. — *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus, ſeſſilis. *Cal.* imbricatus, gibbus.

7\. LAPSANA. — *Recept.* nudum. *Papp.* nullus. *Cal.* calyculatus.

** *Flores Capitati.*

8\. CARTHAMUS. — *Cal.* ſquamis ſquarroſis, foliaceis.

9\. CARDUUS. — *Cal.* ſquamis ſpinoſis, ventricoſus.

10\. SERRATULA. — *Cal.* ſquamis acutiuſculis, muticis imbricatus, ſub-cylindricus.

*** *Flores Diſcoidei.*

11\. SPILANTHUS. — *Recept.* nudum. *Papp.* 2-ariſtatus. *Cal.* ſub-æqualis.

12\. AGERATUM. — *Recept.* nudum. *Papp.* 5-ariſtatus. *Cal.* ſub-æqualis. *Corollulæ* 4-fidæ.

13\. CA-

13. CACALIA. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cal.* calyculatus.

14. CHRYSOCOMA. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cal.* imbricatus. *Piſt.* breviſſima.

15. EUPATORIUM. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus. *Cal.* imbricatus. *Piſt.* longiſſima.

16. CALEA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* piloſus. *Cal.* imbricatus.

17. BIDENS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ariſtatus. *Cal.* imbricatus.

18. PTERONIA. *Recept.* ſetis partitis. *Papp.* ſub-plumoſus. *Cal.* imbricatus.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

* *Diſcoidei.*

19. ARTEMISIA. *Recept.* ſub-nudum. *Papp.* nullus. *Cor.* radii nulli.

† 20. CENTIPEDA. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus. *Cor.* diſci 8, 4-fidæ. Sem. ſetoſa.

21. COTULA. *Recept.* ſub-nudum. *Papp.* marginatus. *Cor.* diſci 4-fidæ.

22. BACCHARIS. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cor.* fæminæ hermaphroditis mixtæ.

23. CONYZA. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cor.* radii 3-fidæ.

† 24. PLACUS. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cor.* radii nullæ: diſci 5-fidæ.

25. GNAFALIUM. *Recept.* nudum. *Papp.* plumoſus. *Cal.* ſcarioſus: ſquamis concavis.

26. XERANTHEMUM. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ſub-ſetaceus. *Cal.* ſcarioſus: radio explanato.

* *Flo-*

** *Flores Radiati.*

27. MATRICARIA. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus. *Cal.* ſquamis imbricatis, acutis.

28. CRHYSANTHEMUM. *Recept.* nudum. *Papp.* nullus. *Cal.* ſquamis intimis ſcarioſis.

29. ERIGERON. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cor.* radii capillares.

30. SOLIDAGO. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cor.* radii ſub-ſeni, remoti.

31. CINERARIA. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cal.* æqualis, ſimplex.

32. SENECIO. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cal.* ſquamis apice ſphacelatis.

33. TUSSILAGO. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cal.* ſquamis ſub-membranaceis.

34. ASTER. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Cal.* ſubſquarroſus.

35. TAGETES. *Recept.* nudum. *Papp.* ariſtatus. *Cal.* 1-phyllus.

36. SIEGESBECKIA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus. *Radius* dimidiatus.

37. ECLIPTA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* nullus. *Corollulæ* diſci 4-fidæ.

38. BUPHTHALMUM. *Recept.* paleaceum. *Papp.* marginatus. *Stigma* hermaphroditi ſimplex.

39. VERBESINA. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ariſtatus. *Floſculi* radii circiter 5.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

40. GORTERIA. *Recept.* nudum. *Papp.* piloſus. *Radius* corollæ ligulatus.

41. CEN-

41. CENTAUREA. *Recept.* ſetoſum. *Papp.* piloſus. *Radius* corollæ tubuloſus.

42. COREOPSIS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ariſtatus. *Cal.* calyculatus.

43. HELIANTHUS. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ariſtatus. *Cal.* ſquarroſus.

POLYGAMIA SEGREGATA.

44. SPHÆRANTHUS. *Recept.* multiflorum. *Papp.* nullus. *Polygamia* neceſſaria.

† 45. ENYDRA. *Cal.* com. 4-phyllus: partialis 1-florus. *Floſc.* omnes tubuloſi: hermaphroditi, & fœminei. *Pappus* nullus.

MONOGAMIA.

46. IMPATIENS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis. *Capſ.* ſupera, 5-valvis.

47. VIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis. *Capſ.* ſupera, 3-valvis.

48. LOBELIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Capſ.* infera, 2-locularis.

† 49. SOLENA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* nulla *Bacca* polyſperma.

POLYGAMIA ÆQUALIS.

GENUS I. CICHORIUM.

Char. Gener. *Receptac.* ſub-paleaceum. *Cal.* calyculatus. *Papp.* ſub-5-dentatus, obſoletè piloſus. Lin. ſy. pl. G. 1000.

Sp. 1. CICHORIUM ENDIVIA. β Khổ mại. α Khổ thiou.
Differ. ſpec. *Cic. floribus* ſolitariis, pedunculatis: *foliis* integris crenatis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 2-pedalis, erectus, teres, craſſus, ramoſus. *Folia* ad radicem multa, magna, ſub-cuneiformia, ſinuato-dentata, utrinque glabra: ſuprema lanceolata, parva. *Flos* dilutè cæruleus, ſolitarius, pedunculatus. Sapor plantæ amaricans: odor nullus. Eſculenta, Refrigerans.
Habitat in locis Borealibus imperii Sinenſis.
Thunb. Jap. pag. 304. Intybus ſativa, latifolia, ſive Endivia vulgaris. Bauh. Pin. pag. 125. n. 1.

GENUS II. PICRIS.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* plumoſus. *Sem.* traſversè ſulcata. Lin. G. 986.

† Sp. 1. PICRIS REPENS. β Hù hoàn liên. α Hó hoàng lien.
Differ. ſpec. Pic. *perianthiis* exterioribus imbricatis, brevibus: interioribus cylindraceis, 8-phyllis, lævibus: *caule* repente.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, procumbens, repens, tenuis, teres, glaber. *Folia* lanceolato-linearia, obtuſa, repanda, denticulata, glabra. *Flos* ſemifloſculoſus, luteus: pedunculis longis, paucifloris, ſparſis, foliis ſub-æqualibus. *Calyculus* brevis imbricatus: *calyx* interior oblongus, teres, 8-phyllus, foliolis linearibus, lævibus, æqualibus. *Corollulæ* omnes hermaphroditæ, ligulatæ, 5-fidæ. *Pappus* ſub-plumoſus, ſtipitatus. *Semina* in longitudinem (non tranſversè) ſulcata. Radix tenuis, amariſſima.
Habitat ſpontanea Cantone Sinarum. Eſt alia planta, ejuſdem virtutis, ſaporis, & nominis, ſed caule erecto, & radice craſſiuſculâ, quam ſolummodo pictam vidi in herbariis Sinenſibus.
Virtus: radicis. Deobſtruens, Antifebrilis.

GE-

GENUS III. LEONTODON.

Char. Gener. *Receptaculum* nudum. *Cal.* imbricatus ſquamis laxiuſculis. *Pappus* plumoſus. Lin. ſy. pl. G. 991.

† Sp. 1. LEONTODON SINENSE. β Pa ōum tsão. α Bō coung anh.
Differ. ſpec. Leont. *Calyce* ſupernè reflexo: foliis oblongis: infernè runcinatis.
Hab., & notæ. *Herba* annua, acaulis. *Folia* turbinato-oblonga, apice rotundata, integerrima: inferius runcinata, glabra, ſeſſilia, in orbem expanſa. *Pedunculi* 1-flori, longi, erecti, glabri. *Calyx* ſub-erectus, ſquamis acutis, laxis, ſupremis reflexis. *Corolla* aurea, tota ligulata. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus.
Habitat incultum apud Sinas.
Virtus. Attenuans, Reſolvens, Mundificans.

GENUS IV. SCORZONERA.

Char. Gener. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumoſus. *Calyx* imbricatus, ſquamis margine ſcarioſis. Lin. ſy. pl. G. 985.

† Sp. 1. SCORZONERA PINNATIFIDA. γ. . . .
Differ. ſpec. Scor. *foliis* pinnatifidis, ſemiamplexicaulibus: *paniculâ* diffuſâ, terminali.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, debilis, 3-pedalis, ramoſus. *Folia* pinnatifida, denticulata, craſſa, glabra, ſemiamplexicaulia. *Flos* ſemifloſculoſus, dilutè luteus, paniculâ diffuſâ, terminatâ pedunculis ſub-umbellatis. *Calyx* oblongus, imbricatus. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumoſus.
Habitat ſpontanea in continenti Africæ, Orientalis, prope Mozambicum.

GENUS V. LACTUCA.

Char. Gener. *Receptaculum* nudum. *Calyx* imbricatus, cylindricus, margine membranaceo. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus. *Semina* lævia. Lin. ſy. pl. G. 988.

Sp. 1. LACTUCA SATIVA. α Rau diep taû. β Yě tsai: Kiñ.
Differ. ſpec. Lact. *foliis* rotundatis, caulinis cordatis: *caule* corymboſo. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, erectus, craſſus, glaber, albicans, corymboſo-ramoſus. *Folia* turbinato-rotunda, plicato-

to-rugoſa, glabra, concava, petiolata, imbricata, margine ſinuata. *Flos* luteus, ſemifloſculoſus, terminalis, bracteis cordatis: *calyce* cylindrico, imbricato: *pappo* piloſo: *receptaculo* nudo: *ſeminibus* lævibus.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Macai Sinarum ex ſemine ab Europâ oriundo.

Thunb. Jap. pag. 300. Bauh. Pin. pag. 122. n. 1.

Uſus. Olus eſt ſalubre, & refrigerans, maximè gratum tempore æſtatis.

Sp. 2. LACTUCA SALIGNA. α Rau diep hoang.

Differ. ſpec. *Lact.* foliis haſtato-linearibus, ſeſſilibus, carinâ aculeatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 4-pedalis, *erectus*, teres, albicans, ramoſus. *Folia* ſub-haſtato-linearia, ſemiamplexicaulia, glabra, inermia, integerrima. *Flos* albus, ſemifloſculoſus, paniculâ terminali.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Lactuca Sylveſtris altiſſima, foliis inferioribus dentatis, ſuperioribus acuminatis, integris. Rai. Suppl. 135.

Sp. 3. LACTUCA INDICA. α Rau diep nhà.

Differ. ſpec. Lact. *foliis* lanceolato-enſiformibus, ſeſſilibus, inæqualiter dentatis. Lin. ſp. 7.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, teres, glaber. *Folia* oblongo-lanceolata, pinnato-ſinuata, inæqualiter dentata, glabra, inermia: caulina ſub-rotunda, integerrima, perfoliata. *Flos* ſemifloſculoſus, dilutè luteus, paniculâ erectâ, terminali. *Calyx* imbricatus, oblongus. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus.

Colitur in Cochinchinâ, ſapore multò inferior Sativâ.

Obeck. It. ad Ind. Orient.

GENUS VI. SONCHUS.

Char. Gener. *Receptaculum* nudum. *Calyx* imbricatus, ventricoſus. *Pappus* piloſus. Lin. ſy. pl. G. 987.

Sp. 1. SONCHUS FLORIDANUS. β. Nieù ſi ſòi.

Differ. ſpec. Sonch. *pedunculis* ſub-ſquamoſis: *foliis* lyrato-haſtatis. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ *Caulis* herbaceus, annuus, 4-pedalis, erectus, teres, glaber, ramoſus. *Folia* lyrato-haſtata, ſeſſilia. *Flos* luteus, terminalis, multus: pedunculis ſquamoſis.

Habitat.

Habitat incultus prope Cantonem Sinarum.

Sonchus annuus Canadenſis, altiſſimus, laciniatus, flore cæruleſcente. Vaill. Act. Par. 1721. pag. 198.

Sp. 2. SONCHUS SIBIRICUS. β. Xān tū.

Differ. ſpec. Sonch. *pedunculis* ſquamatis: *foliis* lanceolatis, indiviſis, ſeſſilibus. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 4-pedalis, ſimplex, erectus, teres. *Folia* lanceolata, indiviſa, ſub-denticulata, glabra, ſeſſilia. *Flos* luteus, paniculâ magnâ, patente: pedunculis ſquamoſis. *Calyx* oblongus, ventricoſus, imbricatus, lævis. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus. *Floſculi* ligulati.

Habitat incultus prope Cantonem Sinarum.

Lactuca ſalicis folio, flore cæruleo. Amman. Ruth. pag. 150. n. 211. Sonch. foliis lanceolatis, ſeſſilibus, plerumque denticulatis. Gmel. Sibir. 2. pag. 11. tab. 3.

GENUS VII. LAPSANA.

Char. Gener. *Receptaculum* nudum. *Cal.* calyculatus, ſquamis ſingulis interioribus canaliculatis. Lin. ſy. pl. G. 998.

Sp. 1. LAPSANA RHAGADIOLUS. α Cải nhà tlội.

Differ. ſpec. Lapſ. *Calycibus* fructus undique patentibus: *radiis* ſubulatis: *foliis* lyratis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis, erectus, teres, ſtriatus. *Folia* oblonga, lyrato-dentata, laciniis acutis. *Flos* croceus, ſemifloſculoſus, pedunculis ſub-diviſis, lævibus, terminalibus. *Calyx* calyculatus, in maturitate undique patens. *Seminis* pappo in aliquibus piloſo, in aliis nullo.

Habitat inculta in hortis, & agris Cochinchinæ.

Rhagadiolus edulis Hieracio affinis. Bauh. hiſt. 2. pag. 1014. Rhagadiolus Lapſanæ foliis. Tourn. Inſt. Cor. pag. 36.

GENUS VIII. CARTHAMUS.

Char. Gener. *Cal.* ovatus, imbricatus: *ſquamis* apice ſub-ovatis, foliaceis. Lin. ſy. pl. G. 1009.

Sp. 1. CARTHAMUS TINCTORIUS. α Cây Rum. Dieu Kanh. β Hùm làn hōa.

Differ. ſpec. Cart. *foliis* ovatis, integris, ſerrato-aculeatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 5-pedalis, rectus, teres,

firmus, parum ramoſus. *Folia* ovato-oblonga, ſerrato-aculeata, alterna, ſub-petiolata. *Flos* croceo-ruber, *pedunculis* 1-2-floris, terminalibus. *Calyx* ovatus, imbricatus, ſquamis infimis foliiformibus, aculeatis. *Corollulæ* omnes tubuloſæ, hermaphroditæ, longæ, tenues, 5-fidæ. *Semina* ovata, ſub-angulata, lævia, fuſco-pallida: *pappo* ſub-piloſo. *Receptaculum* convexo-planum, pilis longis ſtratum.

Habitat abundantèr cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Cnicus Indicus: Caſſomba. Rumph. Amb. l. 8. cap. 38. tab. 79. fig. 1.

Cnicus Sativus, ſive Carthamus officinarum. Bauh. Pin. pag. 378. n. 1.

Virtus: ſeminum. Purgans. Florum Eccoprotica, Reſolvens, Emmenagoga. Valet præcipuè in dolore ventris, & aliis ſymptomatibus ex ſuppreſſione lochiorum ortis.

Uſus. Florum ſucco imbuuntur telæ pulcherrimo colore roſeo, coccineo, purpureo, aut violaceo. Ad extrahendam tincturam ex ſiccis floribus macerari debent prius cum ſale aliquo fixo vegetabili: ſed coloris elegantiam non exprimit, niſi poſtea admiſceatur ſuccus limonum, vel aliud acidum vegetabile.

GENUS IX. CARDUUS.

Char. Gener. *Cal.* ovatus, imbricatus, ſquamis ſpinoſis. *Receptaculum* piloſum. Lin. ſy. pl. G. 1004.

Sp. 1. CARDUUS LANCEOLATUS. *a* La di tsao. Sião Ky.

Differ. ſpec. Card. *foliis* decurrentibus, pinnati-fidis, hiſpidis: laciniis divaricatis: *calycibus* ovatis, ſpinoſis, villoſis: *caule* piloſo. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, teres, inermis, ad apicem villoſus. *Folia* lanceolata, decurrentia, pinnati-fida, ſubtus albicantia, pubeſcentia. *Flos* capitatus, terminalis, pedunculis longis, 1-floris. *Calyx* ventricoſo-ovatus, imbricatus, foliolis lanceolatis, inermibus. *Corollulæ* dilutè purpureæ, deorſum refractæ. *Receptaculum* ſemi-ovatum, piloſum. *Pappus* piloſus, longus.

Habitat incultus prope Cantonem Sinarum: ubi hâc herbâ facilè nutriunt porcos.

Carduus Lanceolatus, latifolius. Bauh. Pin. pag. 385. n. 6. Gmel. Sib. 2. pag. 66.

Sp. 2. CARDUUS TUBEROSUS. *a* Thu gin sen.

Differ. ſpec. Card. *foliis* petiolatis, ſub-decurrentibus, ſub-pinnatifidis,

dis, ſpinoſis: *caule* inermi: *floribus* ſolitariis. Lin. ſp. 16.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, erectus, ſimpliciſſimus, inermis, piloſus: *radice* tuberibus multis faſciculatis, ſub-fuſiformibus, carnoſis, dulcibus. *Folia* oblonga, ſub-decurrentia, pinnatifida, inermia. *Flos* purpureus, terminalis, binatus: *calyce* ventricoſo, ſpinoſo: *corollulis* omnibus hermaphroditis, floſculoſis, erectis.

Habitat incultus prope Cantonem Sinarum.

Carduus pratenſis, Aſphodeli radice, foliis tenuiter laciniatis. Bauh. Pin. pag. 377. n. 4. Cirſium radicibus bulboſis, foliis ſemipinnatis. Hall. Helv. n. 177.

Virtus. Tubera hujus Cardui a Sinenſibus cenſentur Corroborantia, Phtyſi, aut diuturno morbo laborantibus prodeſſe.

GENUS X. SERRATULA.

Char. Gener. *Cal.* ſub-cylindricus, imbricatus, muticus. Lin. gen. pl. G. 1003.

Sp. 1. SERRATULA MULTIFLORA. β Ne nin ſô.

Differ. ſpec. Serr. *foliis* lanceolatis, ſubtus villoſis, ſub-decurrentibus, integerrimis: *caule* corymboſo: *calycibus* cylindricis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, corymboſo-ramoſus, denſiſſimus, inermis. *Folia* lato-lanceolata, ſerrato-lyrata, glabra, ſparſa. *Flos* rubeſcens, parvus, plurimus: *pedunculis* terminalibus, faſtigiatis: *calyce* cylindraceo, imbricato ſquamis brevibus, arctatis, muticis, apice conniventibus. *Corollulæ* tubuloſæ, minimæ. *Pappus* piloſus. *Receptaculum* lanuginoſum.

Habitat inculta Cantone Sinarum.

Cirſium inerme, caulibus adſcendentibus, foliis linearibus, infra cinereis. Gmelin. Sib. v. 2. pag. 71.

† Sp. 2. SERRATULA SCORDIUM. α Cay muoi túoi: Trạch lan. β Tsě lân.

Differ. ſpec. Serr. *foliis* lanceolatis, ſerratis, ſemiamplexicaulibus: *floribus* faſtigiatis: *radice* repente.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, ſeſquipedalis, ſemiprocumbens, teres, craſſiuſculus: *ramis* paucis: *radice* longè repente. *Folia* lanceolata, acutè, & profundè ſerrata, inermia, ſubtus tomentoſa, ſuperius nitida, ſucculoſa, odora, ſemiamplexicaulia. *Flos* terminalis, purpureus, faſtigiatus: calyce ſub-cylindrico, imbricato, lævi, paucifloro. *Corollulæ* omnes tubuloſæ, 5-dentatæ, hermaphroditæ: piſtillo longitudine æquali. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus, ſeſſilis. *Semina* oblonga, involucro proprio cincta.

Habi-

Habitat ſpontanea, cultaque in Cochinchinâ, & Chinâ: hîc verò duæ aliæ plantæ, habitu prorſus diverſæ eodem nomine indicantur.

Virtus totius herbæ. Reſolvens, Antiputridinoſa, Diaphoretica, Emmenagoga. Internè valet in Hydrope, & menſium irregularitate. Externè in ulceribus putridis, & Gangrænâ.

GENUS XI. SPILANTHUS.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Papp.* ariſtis duabus: alterâ minore. *Cal.* ſub-æqualis. Lin. ſy. pl. G. 1011.

† Sp. 1. SPILANTHUS TINCTORIUS. α Chàm Hòn lá. β . . .

Differ. ſpec. Spil. *foliis* lanceolatis, ſerratis, glabris: *pedunculis* polyfloris, terminalibus: *caule* diffuſo.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, ſub-procumbens, teres, diffuſus: radice repente. *Folia* lanceolata, inæqualiter ſerrata, utrinque glabra, enervia, oppoſita, ſuccoſa, lætè viridia. *Flos* albo-cæruleus, terminalis, polynatus: *calyce* hemiſphærico, imbricato, æquali, foliolis obtuſis. *Corollulæ* omnes hermaphroditæ, tubuloſæ. *Receptaculum* convexum, nudum. *Pappus* ariſtis tribus, capitatis.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Uſus. Folia contuſa dant optimam tincturam cæruleam, viridemque, faciliori methodo parabilem, & coloris nitore non inferiorem Indigoferæ Tinctoriæ.

Obſerv. Abecedaria Rumphii (Amb. l. 11. c. 35. t. 65.) vix a noſtrâ plantâ formâ differt, ſi pedunculos 1-floros, & laterales prætermittamus: ſed imprimis diverſam eſſe judico, quia diligens Auctor de uſu tinctorio prorſus tacet. Hoc uſu, & aliquibus notis convenit cum Serratulâ Tinctoriâ (Lin. ſy. pl. ſp. 1.): aſt, præter diverſa folia, Pappi ariſtæ ad Spilanthum revocant.

GENUS XII. AGERATUM.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Papp.* 5-ariſtatus. *Cal.* oblongus, ſub-æqualis. *Corollæ* 4-fidæ. Lin. ſy. pl. G. 1016.

Sp. 1. AGERATUM CILIARE. β . . .

Differ. ſpec. Ag. *foliis* ovatis, crenatis, obtuſis: *caule* glabro. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, craſſus, glaber, ſub-fuſcus, ramoſus. *Folia* ovata, ſub-acuta, crenata, venoſa, glabra, oppoſita. *Flos* terminalis, ſub-umbellatus. *Calyx* ſub-ovatus,

tus, ſub-æqualis. *Corollulæ* tubuloſæ, hermaphroditæ, 5-fidæ. *Stamina*, & *ſtylus* calyci ſub-æqualia. *Stigmata*. 2 filiformia, longa. *Corona ſeminum* cuſpidibus 5 elevata. Receptaculum nudum.
Habitat incultum propè Cantonem Sinarum.
Centaurium ciliare minus, Biſnagaricum, Origani foliis amplioribus: floribus in umbellis. Pluk. Almag. 93. tab. 81. fig. 4.

GENUS XIII. CACALIA.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cal.* cylindricus, oblongus, baſi tantum ſub-caliculatus. Lin. ſy. pl. G. 1013.

† Sp. 1. CACALIA PROCUMBENS. α Rau lui. β. . . .
Differ. ſpec. Cac. *caule* ſuffruticoſo, procumbente: *foliis* ovato-lanceolatis, ſub-ſerratis, carnoſis: *racemis* elongatis, interruptis.
Hab., & notæ. *Caulis* perennis, 9-pedalis, multiplex, procumbens, inermis, teres, æqualis, glaber, ſuccoſus, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-ſerrata, lætè viridia, carnoſa, glabra, alterna, petiolata. *Flos* aureus, racemis terminalibus, elongatis, interruptis. *Calyx* cylindricus, lævis, calyculatus. Corollulæ omnes hermaphroditæ, tubuloſæ, paucæ, longæ, limbi laciniis erectis. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus, longus.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ tam culta, quam agreſtis.
Sonchus Volubilis. Rumph. Amb. l. 8. c. 78. tab. 103. fig. 2.
Uſus. Inter olera ſalubria habetur, & indigenarum menſis apponitur.
Eſt varietas caulibus, & foliis ſubtus purpureis, cætera non differens.

† Sp. 2. CACALIA BULBOSA. α Cây Tam thất. β Săn sất.
Differ. ſpec. Cac. *foliis* radicalibus lyratis: *caule* ſub-nudo: *paniculâ* pauciflorâ.
Hab., & notæ. *Radix* bulbus ſub-rotundus, nodoſus, perennis. *Folia* radicalia oblonga, lyrata, denticulata, ſub-carnoſa, petiolata, pauca. *Caulis* ſeſquipedalis, ſub-nudus, erectus, teres. *Flos* aureus, pedunculo polyfloro, terminali. *Calyx* cylindricus: *calyculus* 5-phyllus, foliolis filiformibus, laxis. *Corollulæ* omnes tubuloſæ: tubulis calycem ſuperantibus, inflatis, reflexis: limbo brevi, connivente. *Stigmata* 2, longa, erecta.
Habitat culta, incultaque in Chinâ, & Cochinchinâ.
Virtus. Emolliens, Refrigerans, Reſolvens. Uſus potiſſimum externus. Cataplaſma reſolvit tumores lenitque dolores mamillarum: convenit etiam in Eriſipelate. Succus foliorum prodeſt in Ophtalmiâ antiquâ, rubore, & doloribus oculorum. Gargariſma dolores, & inflammationem faucium mitigat.

Sp. 3. CACALIA SONCHIFOLIA. α Cây Mặt thang.

Differ. ſpec. Cac. *Caule* herbaceo : *foliis* lyratis, amplexicaulibus, dentatis. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis, teres, erectus, interdum diviſus, reclinatus. *Folia* oblonga, profundè lyrata, dentata, amplexicaulia, carnoſa, piloſa, glauca : ſeminalia ſubrotunda, maculâ purpureâ lunatâ ſubtus notata. *Flos* purpuraſcens, paniculâ terminali, paucìflorâ. *Calyx* ſimpliciſſimus, oblongus, baſi ſubventricoſus. *Receptaculum* nudum. *Flosculi* omnes tubuloſi, pedicellis longis. *Pappus* piloſus, longus.

Habitat ſpontanea in agris, & hortis minus cultis in Cochinchinâ.

Sonchus Amboinicus. Rumph. Amb. l. 8. c. 77. tab. 103. fig. 1. Tagolina Luſonum, flore purpureo. Petiv. Gaz. tab. 80. fig. 13.

Virtus : totius herbæ. Abſtengens.

Uſus. Tenera folia cruda edulia ſunt.

† Sp. 4. CACALIA PINNATIFIDA. β Cien ſin. sit.

Differ. ſpec. Cac. *foliis* pinnatifidis : *laciniis* lanceolatis, ſerratis : *caule* herbaceo, tortuoſo.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, tortuoſus, craſſus. *Folia* pinnato-inciſa, laciniis lanceolatis, ſerratis, glabris, nec carnoſis. *Flos* luteus, panniculâ terminali, pauciflorâ. *Calyx* oblongus, teres, calyculatus. *Corollulæ* omnes hermaphroditæ, tubuloſæ. *Pappus* piloſus.

Habitat prope Cantonem Sinarum inter Oryzæ ſegetes : unde vernaculum nomen Sinenſe *Cacalia Segetum*.

Obſerv. Invenitur apud Linnæum (ſy. pl. vol. 3. pag. 712, & Mant. pag. 281) ſpecies Cacaliæ dicta Pinnatifida, cum pinnatifida non ſit, ſed bipinnata, quæ hoc nomine rectius indicatur a Linnæo Juniore. Suppl. pl. pag. 353. Noſtra vero, cum habeat folia ſimplicia, nec pinnata, aut bipinnata, meliori jure Pinnatifidæ nomen, & locum occupabit.

GENUS XIV. CHRYSOCOMA.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Calyx* hemiſphæricus, imbricatus. *Stylus* vix floſculis longior. Lin. ſy. pl. 1019.

Sp. 1. CHRYSOCOMA VILLOSA. α Rau cúc.

Differ. ſpec. Chryſ. herbacea, *foliis* lanceolatis, villoſis : *calycibus* arctis. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, teres, incanus,

canus, ramoſus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, villoſa, incana, alterna, ſeſſilia. *Flos* luteus, umbellis parvis, terminalibus. *Calyx* arctus, piloſus, hemiſphæricus, imbricatus. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſimplex.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Coniza tomentoſa, & incana, floribus luteis umbellatis. Amman. Ruth. pag. 141. n. 190. Aſter incanus, calycibus laxis, oblongis, foliolis ex lineari lanceolatis, floribus nudis, umbellatis. Gmel. Sibir. 2. pag. 192. tab. 82. fig. 2.

GENUS XV. EUPATORIUM.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* plumoſus. *Calyx* imbricatus; oblongus. *Stylus* ſemibifidus, longus. Lin. ſy. pl. G. 1019.

Sp. 1. EUPATORIUM PURPUREUM. α Cây Bạch ſơn.

Differ. ſpec. Eup. *foliis* quaternis, ſcabris, lanceolato-ovatis, inæqualiter ſerratis, petiolatis, rugoſis. Lin. ſp. 14.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, ſimplex, ſtriatus, parum ramoſus. *Folia* congeſta, ſub-quaterna, ovato-lanceolata, ſub-ſerrata, rugoſo-aſpera, ſub-ſeſſilia, obſcuro-viridia. *Flos* purpureus, corymbo faſtigiato. *Calyx* imbricatus, oblongus, ſub-octoflorus: floſculis tubuloſis hermaphroditis: *ſtylo* ſemibifido, longo. *Receptaculum*, ſub-nudum. *Pappus* piloſus.

Habitat ſpontaneum in agris Cochinchinæ.

Eupatorium Canadenſe, longioribus foliis, rugoſis, integris, & caulibus ferrugineis. Moris. hiſt. 3. pag. 97. tab. 13. fig. 4.

† Sp. 2. EUPATORIUM SINUATUM. γ. . . .

Differ. ſpec. Eup. *foliis* ovatis, ſinuatis, piloſis, alternis: *calycibus* ſub-octofloris.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, hiſpidus. *Folia* ovata, ſinuata, denticulata, piloſa, alterna. *Flos* purpuraſcens, ſub-octoflorus, paniculis terminalibus. *Calyx* oblongus, imbricatus, floſculis tubuloſis uniformibus. *Stylus* longus, ſemibifidus. *Receptaculum* concavum, nudum.

Habitat agreſte in inſulâ Africanâ Mozambicco.

GENUS XVI. CALEA.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* piloſus. *Cal.* imbricatus. Lin. ſy. pl. G. 1021.

† Sp. 1. CALEA CORDATA. α Cây Bạc dầu.
Differ. ſpec. Cal. *floribus* ſub-ternis : *foliis* cordatis , alternis.
Hab. , & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus , 2-pedalis , erectus , ramoſus. *Folia* cordata , ſub-crenata , venoſa , ſubtus tomentoſa , alterna. *Flos* dilutè purpureus , pedunculis 3-4-natis , terminalibus. *Corolla* compoſita , uniformis , floſculis hermaphroditis , tubuloſis , æqualibus. *Calyx* hemiſphæricus , imbricatus. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* piloſus , brevis , in aliquibus ſub-nullus.
Habitat ſpontanea in Cochinchinâ.

GENUS XVII. BIDENS.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ariſtis erectis , ſcabris. *Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius floſculo uno , alterove radiante inſtruitur. Lin. ſy. pl. G. 1012.

Sp. 1. BIDENS PILOSA. α. . . .
Differ. ſpec. Bid. *foliis* pinnatis , ſub-piloſis : *caule* geniculis barbatis : *calycibus* involucro ſimplici : *ſeminibus* divergentibus. Lin. ſp. 7.
Hab. , & notæ. *Caulis* herbaceus , 3-pedalis , erectus , angulatus , geniculis barbatis. *Folia* imparipinnata , foliolis ovato-lanceolatis , ſerratis , ſub-piloſis. *Flos* terminalis , luteus , paniculis erectis , paucifloris. *Calyx* imbricatus , involucro patente , 5-phyllo , foliolis oblongis , parvis. Floſculi omnes ſæpius hermaphroditi , tubuloſi : interdum floſculi pauci fœminei , nudi. in radio. *Semina* longiuſcula , angulata , divergentia : *pappo* ariſtato. *Receptaculum* paleis oblongis , deciduis.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.
Thunb. Japon. pag. 307. Agrimonia Molucca. Rumph. Amb. l. 10. cap. 27. tab. 15. fig. 2.
Virtus. Radix Odontalgica. Folia Opthalmica , & contra tuſſim , ac ambuſtiones valere dicuntur.

Sp. 2. BIDENS BIPINNATA. α Cây Loùng dèn. β. . . .
Differ. ſpec. Bid. *foliis* bipinnatis , inciſis : *calycibus* involucratis : *corollis* ſemiradiatis : *ſeminibus* divergentibus. Lin. ſp. 8.
Hab. , & notæ. *Caulis* herbaceus , ſimplex , erectus , 2-pedalis , ſubquadragonus. *Folia* impari-bipinnata , bijuga : *foliolis* ovato-lanceolatis , ſerrato-inciſis. *Flos* aureus , axillaris , 2-natus : *calycibus* imbricatis , ſquarroſis , apicibus ſquamarum reflexis. *Corollulæ* omnes hermaphroditæ : diſci tubuloſæ , longæ : radii ligulatæ , paucæ , bre-

breves. *Semina* longiſſima. 4-gona; recurva: *pappo* 3-ariſtato. *Receptaculum* paleaceum.

Habitat ſpontanea in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 175. Chryſanthemum Chinenſe foliis plurifariam diviſis, Halicacabi peregrini æmulis. Pluk. Phyt. tab. 22. fig. 4.

GENUS XVIII. PTERONIA.

Char. Gener. *Recept.* ſetis multipartitis. *Pappus* ſub-plumoſus. *Cal.* imbricatus. Lin. ſy. pl. G. 1017

† Sp. 1. PTERONIA TOMENTOSA. β Chú hōa mú.

Differ. ſpec. Pter. *foliis* lanceolatis, ſerratis, tomentoſis, ſparſis.

Hab. & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſeſquipedalis, ſimpliciſſimus, rectiſſimus. *Folia* lanceolata, ſerrata, tomentoſa, petiolata, ſparſa. *Flos* violaceus, paniculâ terminali. *Calyx* imbricatus, oblongus. Floſculi omnes tubuloſi, hermaphroditi. *Receptaculum* ſetoſum. *Pappus* piloſus. Piſtillum vix corollæ æquale.

Habitat ſpontanea prope Cantonem Sinarum.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

GENUS XIX. ARTEMISIA.

Char. Gener. *Recept.* ſub-villoſum, vel nudiuſculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus ſquamis rotundatis, conniventibus. *Cor.* radii nullæ. Lin. ſy. pl. G. 1025.

Sp. 1. ARTEMISIA JUDAICA. α Ngaoe phu duong. β Ngaoc fù yong.

Differ. ſpec. Art. *fruticoſa*, *foliis* ob-ovatis, obtuſis, lobatis, parvis: *floribus* paniculatis, pedicellatis. Lin. ſp. 2.

Hab. & notæ. *Caulis* fruticoſus, 1-pedalis, erectus, pollicem craſſus, ramoſiſſimus: *ramis* longis, patentiſſimis, reclinatis. *Folia* ſeſſilia, ſparſa, utrinque tomentoſa, cinerea, craſſa, graveolentia, obtuſa: inferiora ſub-turbinata, plerumque 3-lobata: ſuperiora oblonga, integerrima. *Flos* luteus, paniculâ racemoſâ, terminali. *Corolla* ſub-rotunda, parva, compoſita floſculis omnibus tubuloſis. Foliorum formâ convenit cum Art. Japonicâ Thunb. Jap. pag. 310.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ.

Berg. Mat. Med. pag. 708. n. 416. Artemiſia tota cinerea. Gron. Orient. 259. Abſinthium Santonicum Judaicum, & Alexandrinum. Bauh. Pin. pag. 139. n. 1, 2.

Virt.

Virt. Foliorum, & ſeminum. Tonica, Stomachica, Anthelminthica. Sapor amarus.

Obſerv. Folia non ſunt ita parva ut in Palæſtina, ſed ſemipollicari magnitudine.

† Sp. 2. ARTEMISIA AQUATICA. α Cây thuy tung. β Hài tũm.

Differ. ſpec. Art. *Arboreſcens*, *foliis* multipartitis, utrinque glabris: *laciniis* capillaribus: *racemis* ſpicatis.

Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, tortuoſus, nodoſus, 8-pedalis, crus craſſus: *ramis* ſimiliter diſtortis, patentibus, glabris, *ramulis*, *petiolis*, & *pedunculis* fuſco-rubris. *Folia* ſparſa, ſub-rotunda, profundè multipartita, laciniis capillaribus, tenuibus, glabris, atro-virentibus, inodoris. *Flos* albus, minuſculus, globoſus: *racemis* longis, terminalibus, in ſpicas lineares deſinentibus. *Floſculi* omnes tubuloſi. *Receptaculum*, & *ſemina* nuda.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ, puto, quod etiam agreſtis. Aquam amat, indeque nomen vernaculum. Per multos annos ſervatur in vaſe aquâ pleno creſcens, & florens, a terrâ prorſus remota.

Obſerv. Affinitatem habet, vel fortaſſe eſt eadem cum Artemiſiâ Capillari Thunbergii. Japon. pag. 309.

Sp. 3. ARTEMISIA ABROTANUM. α Thanh hao. β Yn chin hão.

Differ. ſpec. Art. *fruticoſa*, *foliis* ſetaceis, ramoſiſſimis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* erectus, 3-pedalis, (in Cochinchinâ herbaceus, annuus) ſtriatus, rectus, glaber, ramoſiſſimus. *Folia* ſparſa, petiolata, plurima, glabra, multifida, laciniis ſetaceo-linearibus, anguſtiſſimis, pallidè viridibus. *Flos* luteus, minimus, pluſimus: ſpicis linearibus, erectis, terminalibus. *Calyx* imbricatus, foliolis brevibus, ſub-conniventibus. Sapor florum amaricans: foliorum ſub-acutus. Odor gratus.

Habitat incultum, cultumque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Thunb. Jap. pag. 309. Abrotanum Campeſtre. Hill. Brit. herb. pag. 463. tab. 66. fig. 16. Abrotanum Mas anguſtifolium. Bauh. Pin. 136. H. 3.

Virtus: foliorum, & florum. Tonica, Pellens, Emmenagoga. Extractum cum melle prodeſt in Chloroſi, & Phtyſi incipiente.

Sp. 4. ARTEMISIA ANNUA. α Tsao cao.

Differ. ſpec. Art. *foliis* triplicato-pinnatis, utrinque glabris; *floribus* ſub-globoſis, nutantibus: *Receptaculo* glabro, conico. Lin. ſp. 15.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, erectus, ſimplex, rectiſſimus, 8-pedalis, teres, ſtriatus, glaber, viridis, in ſenectute rubro-fuſcus, ſub-lignoſus: *ramis* obliquis, trifariam alternis. *Folia* pinnata, pinnis 2-pinnatifidis, oblongis, ſub-acutis, utrinque glabris. *Flos* di-

diluté luteus, racemis oblongis, erectis, axillaribus, plurimis: pedunculis propriis longiuſculis, bracteâ lanceolatâ, integerrimâ comitante. *Calyx* hemiſphæricus, imbricatus bino ordine, foliolis oblongis, incurvis, ſub-conniventibus. *Floſculi* omnes hermaphroditi, tubuloſi, 5-fidi, breves. *Receptaculum* ovatum, ſub-villoſum. *Pappus* nullus. Integer flos grano Piperis minor eſt. Tota planta ſuaviſſimum odorem ſpirat, etiam poſt longum tempus exſiccata.

Habitat prope Pekinum Sinarum: unde ſemina in Luſitaniam detuli, quæ hîc facilè germinant, plantas ad altitudinem 10 pedum ſpontaneè emittentia.

Abſinthium Tanaceti folio odoratiſſimum. Amman. Ruth. pag. 142. n. 193. tab. 23. Artemiſia radice annuâ, foliis pinnatis: pinnis pinnati-fidis: calycibus ſub-rotundis, ferè erectis ex alis copioſiſſimis. Gmel. Sibir. 2. pag. 125. n. 108.

Virtus foliorum, & florum. Balſamica, Tonica. Prodeſt in febribus hecticis, in dyſenteriâ, & ulceribus putridis.

Sp. 5. ARTEMISIA VULGARIS. α Thuôc kǘu. β Ngãi yě.

Differ. ſpec. Art. *foliis* pinnati-fidis, planis, inciſis, ſubtus tomentoſis: racemis ſimplicibus, recurvatis: florum radio 5-floro. Lin. ſp. 18.

Hab., & notæ. *Caulis* ſimplex, annuus, erectus, teres 4-pedalis: *radice* perenni, repente: *ramis* teretibus, aſcendentibus. *Folia* pinnati-fida, laciniis inciſis, acutis, planis, ſubtus incanis, tomentoſis. *Flos* pallidus, ſub-globoſus, ſub-ſeſſilis, ſpicis linearibus, terminalibus. *Foliola* calycis longiuſcula, rotundata, conniventia. *Corollulæ* diſci 5-fidæ, hermaproditæ, tubuloſæ, breves: radii fœmineæ, paucæ. *Receptaculum* ſub-villoſum. *Pappus* nullus.

Habitat inculta, cultaque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Indiæ pag. 177. Thunb. Jap. pag. 310. Artemiſia Latifolia. Rumph. Amb. l. 8. c. 54. tab. 91. fig. 2.

Virtus: foliorum, & florum. Tonica, Balſamica, Deobſtruens, Emmenagoga, Stomachica, Antiſpaſmodica. Valet in Chloroſi, Cachexiâ, Nauſeâ. Externè in ventriculi doloribus, ulceribus putridis; & cum oleo ſeſami contuſa tollit, vel ſaltem lenit dolores, & contractiones membrorum, eorumque motus convulſivos: quod apud indigenas familiare remedium, & a Rumphio pariter commendatum.

Obſerv. Hæc planta tam formâ, quam qualitatibus eſt quaſi media inter Artemiſiam Vulgarem, & Abſinthium. Odor balſamicus, nec ingratus. Sapor vix amaricans. Virtus utriuſque, aut etiam ſuperior.

Sp. 6.

Sp. 6. ARTEMISIA CHINENSIS. β Khí ngái.

Differ. ſpec. Art. *foliis* ſimplicibus, tomentoſis, obtuſis, lanceolatis: inferioribus cuneiformibus, trilobis. Lin. ſp. 22.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſimplex, 2 pedes cum ſemiſſe aſſurgens, rectus, craſſus, multo tomento albeſcens, ramoſus. *Folia* inferiora obtuſa, 3-loba: ſuperiora lanceolato-linearia, integerrima, utrinque tomentoſa, ſeſſilia, plurima, conferta, ſparſaque. *Flos* parvus, pallidus, racemis terminalibus, erectis. Planta inodora, & fere inſipida.

Habitat Cantone Sinarum.

Artemiſia foliis radicalibus a caulinis diverſis. Gmel. Sibir. 2. pag. 61. fig. 1, 2.

Abſinthium maritimum Sinarum, Lavendulæ folio, pulchrioribus corymbis, inodorum, ſapore aromatico. Pluk. Amalt. 3. tab. 153. fig. 5.

Virtus. Ex plantæ hujus foliis exſiccatis, & contuſis fit *Moxa*, ſeu cauterium actuale non ſpernendæ efficaciæ ad diſcutiendos tumores, & dolores rheumaticos, ac arthriticos, leveſque convulſiones. In hunc finem ſolent Medici Sinenſes uti hac ſpecie Artemiſiæ; at Cochinchinenſes utuntur Artemiſiâ Vulgari, ſupra deſcriptâ, ſicut etiam Japonenſes, teſtibus Thunbergio, & Kœmpfero: quam ego experientiâ ductus judico efficaciorem. Nec audiendi ſunt Leuwenhoekius, & alii, qui putant eundem effectum ſortiri poſſe Goſſypium, vel ſolum ignem; nam propria virtus hujus plantæ Antiſpaſmodica, & Deobſtruens igne actuali agitata, & intruſa proculdubio efficacius operabitur.

† *GENUS XX. CENTIPEDA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis imbricatus bino ordine, ſquamis oblongis, concavis, erectis, glabris, exterioribus coloratis.

Cor. Compoſita diſcoidea: floſculi hermaphroditi 8 circiter in diſco: fœminei petalis nudi, plurimi in radio. Propria hermaphroditis infundibuliformis, breviſſima: limbo 4-fido.

Stam. Filamenta hermaphroditis ſub-nulla. Antheræ 5, in cylindrum connatæ.

Piſt. Hermaphroditis Germen oblongum. Stylus craſſus, breviſſimus. Stigma 2-fidum, minimum.

Fœmineis ſimiliter, ſed omnia tenuiora.

Sem. Omnibus ſolitaria, oblonga, ſub-teretia: ſetis inverſis hiſpida. Pappus nullus.

Rece-

Recept. Hemiſphæricum, nudum.

Nom. Centipedam vocari ob ramulos centuplicatos, quibus hæc planta terræ incumbit.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus, ſquamis erectis, coloratis. *Sem.* ſetis inverſis.

† Sp. 1. CENTIPEDA ORBICULARIS. *a* Co the.

Differ. ſpec. Cent. *procumbens*, ramoſiſſima: *foliis* dentatis: *floribus* axillaribus, ſolitariis.

Hab. *Herba* annua: *caule* 4-pollicari, procumbente, ramoſiſſimo, terræ in orbem appreſſo: *radice* repente. *Folia* minuſcula, ſparſa, glabra, ſub-cuneiformia, dentibus 2-4, nunc oppoſitis, nunc alternis. *Flos* purpuraſcens, ſolitarius, ſeſſilis, axillaris. Odor plantæ ſub-nullus. Sapor acer.

Habitat inculta in agris Cochinchinæ.

Artemiſia Minima. Lin. ſy. pl. v. 3. pag. 746. Burm. Ind. pag. 177. tab. 58. fig. 3.

Obſerv. Minus differt ad Artemiſiâ Carpeſium, quam Centipeda. Cur ergo illud privatum Genus aſſeret, non iſta?

GENUS XXI. COTULA.

Char. Gener. *Recept.* ſub-nudum. *Pappus* marginatus. *Corollulæ* diſci 4-fidæ: radii fere nullæ. Lin. ſy. pl. G. 1050.

Sp. 1. COTULA ANTHEMOIDES. *a* Rau Kaóc.

Differ. ſpec. Cot. *foliis* pinnato-multifidis dilatatis: *floribus* floſculoſis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, ſub-erectus, piloſus, ramoſus. *Folia* multifida, pinnato-inciſa, pubeſcentia. *Flos* luteus, ſub-globoſus, ſolitarius, pedunculis longis. *Calyx* ſub-ſimplex, polyphyllus. *Corollulæ* diſci 4-fidæ, tubuloſæ, hermaphroditæ: floſculi radii fœminei, nudi. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſub-nullus.

Habitat agreſtis in agris, & hortis Cochinchinæ.

Cotula foliis pinnato-multifidis: corollis radio deſtitutis. Cliff. pag. 417. Anantocyclus Chamæmeli folio. Dill. Elth. 26. tab. 23. fig. 25.

GENUS XXII. BACCHARIS.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cal.* imbricatus, cylindricus. *Floſculi* fœminei hermaphroditis immixti. Lin. ſy. pl. G. 1029.

Sp. 1. BACCHARIS DIOSCORIDIS. α Cây Tu bi. β Luông lá ſu.
Differ. ſpec. Bac. *foliis* lato-lanceolatis, dentatis, ſeſſilibus, ſtipulatis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 5-pedalis, erectus, teres: *ramis* multis debilibus. *Folia* lato-lanceolata, dentata, ſeſſilia, alterna, ſemiamplexicaulia, atro-viridia, glabra, aromatica, ſtipulata. *Flos* luteus, multus, corymbis terminalibus: *calyce* oblongo, imbricato: *pappo* piloſo, longo: *receptaculo* nudo.
Habitat tam agreſtis, quam culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Lin. Jun. Sup. pl. pag. 366. Coniza maior altera. Bauh. Pin. pag. 265. n. 2.
Virtus foliorum. Tonica, Cephalica.

† Sp. 2. BACCHARIS SALVIA. α Cây Dai bi.
Differ. ſpec. Bac. *foliis* lanceolatis, denticulato-ſerratis, tomentoſis, baſi appendiculatis: *paniculis* laxis, terminalibus,
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 8-pedalis, erectus, multiplex, teres, lanoſus, albicans: *radice* ſæpe repente. *Folia* lanceolata, denticulato-ſerrata, rugoſa, tomentoſa, ſparſa; *petiolis* pinnato-alatis. *Flos* luteus, paniculis magnis, patentibus, terminalibus. *Calyx* oblongus, ſub-cylindricus, imbricatus, cinereus. *Floſculi* fœminei immixti hermaphroditis, tubuloſis, erectis. *Pappus* piloſus floſculis longior. *Receptaculum* nudum. Odor plantæ balſamicus, ſalviæ Officinalis æmulus. Sapor amaricans.
Conyza Balſamifera. Lin. ſy. pl. 3. pag. 774. ſp. 15. Conyza Odorata, aut. Helenium Salviæ odorem ſpirans. Cluſ. ex Doct. Colio. Exot. l. 4. cap. 23. Conyza Odorata, Sombong. Rumph. Amb. l. 10. c. 41. tab. 24. fig. 1. Salvia Indica Arboreſcens. Bont. Jav. l. 6. c. 60.
Virtus: maximè foliorum. Calefaciens, Tonica, Stomachica, Uterina, Antiſpaſmodica. Valet, tam internè, quam externè in Paralyſi, Stomachi, & artuum debilitate, Leucorrhœâ.

† Sp. 3. BACCHARIS CHINENSIS. β Xân po leng.
Differ. ſpec. Bac. *foliis* lanceolatis, integerrimis, ſubtus tomentoſis, petiolatis: *pedunculis* polyfloris, axillaribus.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, erectus, ſimplex, teres. *Folia* lanceolata, integerrima, ſubtus tomentoſa, alterna, petiolis brevibus. *Flos* luteus, oblongus, pedunculis axillaribus, polyfloris. *Calyx* cylindricus, imbricatus. *Corollulæ* hermaphroditæ tubuloſæ, fœmineis mixtæ. *Pappus* piloſus, longus. *Receptaculum* nudum.

Habitat

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

GENUS XXIII. CONYZA.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* imbricatus, ſub-rotundus. *Cor.* radii trifidæ. Lin. ſy. pl. G. 1030.

Sp. 1. CONYZA PUBIGERA. *α* Dậu xuong răng.
Differ. ſpec. Con. *foliis* oblongis, ſub-dentatis, ſub-petiolatis: *pedunculis* lanatis, ſub-bifloris. Lin. ſp. 11.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 8-pedalis, ſcandens, teres, ramoſus. *Folia* lato-lanceolata, baſi attenuata, ſub-dentata, ſub-pubeſcentia, ſparſa, petiolata. *Flos* luteus, axillaris, ſub-terminalis, pedunculis paucifloris. *Calyx* lanatus, albicans, ſquamis imbricatis, erectis. *Corollulæ* tam hermaphroditæ, quam fœmineæ omnes breves, pappo piloſo immerſæ, *Receptaculum* nudum.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.
Sonchus Volubilis. Rumph. Amb. l. 8. cap. 78. tab. 104. fig. 1.

Sp. 2. CONYZA CANDIDA. *α* Bạc đầu com.
Differ. ſpec. Con. *foliis* ovatis, tomentoſis: *floribus* confertis, pedunculis lateralibus, terminalibuſque. Lin. ſp. 13.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſeſquipedalis, erectus, teres, piloſus, albicans, ramoſus. *Folia* ovata, utrinque tomentoſa, albicantia, integerrima, alterna. *Flos* purpureus, pedunculatus, congeſtus, lateralis, & terminalis. Planta grati odoris.
Habitat inculta in Cochinchinâ.
Conyza Cretica, fruticoſa, folio molli candidiſſimo, & tomentoſo. Tournef. Inſt. Corol. pag. 33. Vaillant. Act. Paris. 1719. pag. 394.

Sp. 3. CONYZA ODORATA. *α*...
Differ. ſpec. Con. *foliis* ovatis, ſerratis, ſub-tomentoſis, acutis: *caule* corymboſo: *corollis* ſub-globoſis. Lin. ſp. 17.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 4-pedalis, erectus: *ramis* in formam Corymbi aſſurgentibus. *Folia* oblongo-ovata, ſub-ſerrata, tomentoſa, ſeſſilia, alterna. *Flos* purpureus, lateralis, & terminalis, polynatus, ſub-rotundus, corollulis omnibus ultra calycem non prodeuntibus ob brevitatem.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ. Planta odorifera.
Burm. Ind. pag. 179. Conyza Odorata, minor, erecta, purpuraſcens, corymboſa, foliis ovatis, villoſis. Brown. Jam. 318.

Sp. 4. CONYZA CHINENSIS. α Rau ſoúng ǎn gỏi.
Differ. ſpec. Con. *foliis* lanceolato-ovatis, reflexo-ſerratis, ſubtus tomentoſis: *floribus* terminalibus, congeſtis. Lin. ſp. 18.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 4-pedalis, erectus, teres, glaber, ad apicem ramoſus. *Folia* lanceolato-ovata, ſub-ſerrata, duriuſcula, petiolata, alterna. *Flos* luteus, congeſtus, pedunculatus, terminalis. *Calyx* imbricatus, ventricoſus, ore connivens. *Corollulæ* radii fœmineæ, 3-fidæ, tenuiſſimæ. *Pappus* piloſus. *Receptaculum* ſub-villoſum.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 179. Senecio Amboinicus. Rumph. Amb. l. 10. c. 25. tab. 14. fig. 2.

Sp. 5. CONYZA HIRSUTA. α Cỏ duôi hùm. β Hô m̄i tsäo.
Differ. ſpec. Con. *foliis* ovalibus, integerrimis, ſcabris, ſubtus hirſutis. Lin. ſp. 19.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, erectus, ſimplex, teres, hirſutus, paucifolius. *Folia* oblonga, ſub-acuta, denticulata, piloſa, ſparſa. *Flos* luteus, confertus, terminalis. *Calyx* piloſus, brevis. *Floſculi* fœminei nudi in radio. *Pappus* ſimplex. *Receptaculum* nudum.
Habitat inculta in Cochinchinâ, & in Chinâ.
Burm. Ind. pag. 180. Miller. Dict. n. 18.

† *GENUS XXIV. PLACUS.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis imbricatus, inverſè turbinatus: ſquamis linearibus, tenuibus, erectis.
Cor. Compoſita calyci æqualis, erecta: corollulæ hermaphroditæ tubuloſæ, 5-fidæ, paucæ in diſco: Fœmineæ nudæ, plurimæ in radio.
Stam. Hermaphroditis: Filamenta 5, breviſſima. Anthera cylindracea, tubuloſa.
Piſt. Utriſque Germen longiuſculum. Stylus filiformis, brevis. Stigmata 2, oblonga: hermaphroditis erecta: fœminis reflexa.
Peric. nullum. Calyx immutatus.
Sem. Omnibus oblonga: fœminis tenuiora. Pappus piloſus.
Recept. nudum, convexum.

Nom. (Πλακοῦς placenta) ab uſu apud indigenas condiendi placentas ſucco odoro hujus plantæ.

Char.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cal.* imbricatus, inverſè turbinatus: ſquamis linearibus. *Cor.* radii nullæ.

† Sp. 1. PLACUS TOMENTOSUS. α Cúc bánh ít, hoa tím.
Differ. ſpec. Plac. *foliis* ovatis, obtuſis, ſerratis, utrinque tomentoſis.
Hab. *Planta* herbacea, 2-pedalis, erecta, ramoſa. *Folia* ovata, obtuſa, ſerrata, utrinque tomentoſa, ſeſſilia, alterna, odorifera. *Flos* violaceus, paniculis oblongis, erectis, terminalibus.
Habitat agreſtis, cultusque in Cochinchinâ.

† Sp. 2. PLACUS LÆVIS. α Cúc bánh ít, hoa vàng.
Differ. ſpec. Plac. *foliis* ovatis, acuminatis, ſerratis, glabris: *paniculis* brevibus.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, teres, ſtriatus, glaber, ramoſus. *Folia* ovata, acuminata, ſerrata, glabra, alterna. *Flos* pallidè luteus, paniculis brevibus, terminalibus. *Calyx* ad baſim ventricoſus, foliolis linearibus, imbricatis, erectis, lævibus. *Floſculi* radii fœminei, nudi. *Receptaculum* plano-convexum, nudum. *Pappus* piloſus.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

GENUS XXV. GNAPHALIUM.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus, ſquamis marginalibus rotundatis, ſcarioſis, coloratis. Lin. ſy. pl. G. 1026.

Sp. 1. GNAPHALIUM INDICUM. α Cây Son.
Differ. ſpec. Gnaph. herbaceum, *foliis* lanceolatis: *caule* ramoſiſſimo diffuſo: *corymbis* inæqualibus: *calycibus* intus coloratis. Lin. ſp. 42.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 1-pedalis, reclinatus, ramis multis diffuſis. *Folia* lanceolata, dentata, alterna. *Flos* purpureus, diſcoideus, ſub-rotundus, terminalis, paniculâ erectâ: *calycis* ſquamis rubeſcentibus.
Habitat agreſte in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 177. Gnaph. latiore folio, minus ramoſum, capitulis palleſcentibus. Pluk. Almag. 172. tab. 187. fig. 5.

† Sp. 2. GNAPHALIUM SINUATUM. α . . . .
Differ. ſpec. Gnaph. herbaceum: *ramis* aſſurgentibus: *foliis* ovato-lanceolatis, ſinuatis, dentatis, utrinque piloſis.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 4-pedalis, ſimplex, erectus: *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, inciſo-ſinuata, dentata, utrinque tomentoſa, alterna, magna. *Flos* luteus, paniculis terminalibus, erectis: *calycis* ſquamis marginalibus rubris, membranaceis.

Habitat agreſte in Cochinchinâ.

GENUS XXVI. XERANTHEMUM.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ſetaceus. *Cal.* imbricatus, radiatus: radio colorato. Lin. ſy. pl. G. 1027.

† Sp. 1. XERANTHEMUM CHINENSE. β Siaó louc ngi.

Differ. ſpec. Xer., *caule* herbaceo, ſimpliciſſimo: *foliis* lanceolatis, ſerratis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſimpliciſſimus, teres, erectus, glaber, ſeſquipedalis. *Folia* lanceolata, ſerrata, ſub-glabra, alterna, petiolata. *Flos* luteus, radiatus, paniculâ terminali, paucflorâ. *Calycis* ſquamæ intimæ apice reflexæ, floſculis longiores. *Semina* omnia coronata pappo multiſeto. *Receptaculum* paleis deciduis ſtratum.

Habitat incultum prope Cantonem Sinarum.

Sp. 2. XERANTHEMUM RETORTUM. α Cúc ràng Kua.

Differ. ſpec. Xer. *caulibus* fruteſcentibus, provolutis: *foliis* tomentoſis, recurvatis. Lin. ſp. 7.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, ſeſquipedalis, provolutus: *ramis* multis tortuoſis diffuſis. *Folia* oblonga, ſinuato-inciſa, tomentoſa, incana, recurvata. *Flos* luteus, diſcoideus, corollis omnibus tubuloſis, fœmineis in radio. *Calyx* imbricatus, ſquamis patentibus, concoloribus, explanatis. *Receptaculum* ſub-nudum. *Pappus* piloſus.

Habitat ſpontaneum in agris Cochinchinæ.

Xeranth. receptaculis nudis, ſeminum pappo plumoſo. Hort. Cliff. p. 400. Xeranthemoides procumbens, polii folio. Dill. Elth. tab. 322. fig. 415.

GENUS XXVII. MATRICARIA.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus, imbricatus: marginalibus ſolidis, acutiuſculis. Lin. ſy. pl. G. 1049.

† Sp. 1. MATRICARIA CANTONIENSIS. β Hi ſu tſu.

Differ.

Differ. ſpec. Matr. *foliis* inferioribus ſerratis, ſummis integerrimis: *pedunculis* 1-floris: *floſculis* radii integris: *receptaculo* convexo.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, ceſpitoſus, ſub-erectus, ramoſus. *Folia* lanceolata, inferiora ſerrata, ſuprema integerrima. *Flos* radiatus terminalis, ſolitarius, pedunculis erectis. *Calyx* imbricatus hemiſphæricus, foliolis acutis. *Floſculi* diſci lutei, 5-fidi, breves, ſub-clauſi. *Floſculi* radii fœminei, cærulei, ligulati, integerrimi. *Receptaculum* convexum, nudum. *Pappus* nullus.

Habitat ſpontanea. Cantone Sinarum.

Obſerv. Affinitatem habet, non proximam, cum Matricaria Aſteroide. Lin. ſy. pl. ſp. 6.

GENUS XXVIII. CHRYSANTHEMUM.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* marginalibus membranaceis. Lin. ſy. pl. G. 1048.

Sp. 1. CHRYSANTHEMUM INDICUM. α Dại cúc. β Tí Kiô hoa.

Differ. ſpec. Chryſ. *foliis* ſimplicibus, ovatis, ſinuatis, angulatis, ſerratis, acutis. Lin. ſp. 13.

Habitus, & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, radice perenni, 4-pedalis, erectus, teres: *ramis* obliquis, ſub-diviſis, lævibus. *Folia* ovata, acuta, pinnato-inciſa, laciniis ſerratis, acutis, inæqualibus, glabris, undulatis: petiolis ſparſis. *Flos* ſub-terminalis, pedunculis longis, ſæpius 1-floris, ſolitariis. *Calyx* hemiſphæricus, imbricatus, foliolis oblongis, planiuſculis, arctatis, margine ſub-membranaceis. *Floſculi* omnes ligulati. *Receptaculum* nudum. *Pappus* nullus. Hujus ſunt multæ varietates; quæ aliquantulum differunt foliorum formâ, horumque, & caulis magnitudine: ſed maximè florum colore, ſcilicet candidò, rubeſcente, purpureo, violaceo, flavo, rufo.

Habitat in hortis Cochinchinæ, & Chinæ, latè cultum ob pulchritudinem floris, cujus diameter 3 pollices, & amplius æquat. Odor totius plantæ tenuis, nec magni faciendus.

Matricaria Sinenſis. Rumph. Amb. l. 8. c. 53. tab. 91. fig. 1. Matricaria Sinenſis, flore monſtroſo. Vaill. Act. Paris. 1720. pag. 368.

† Sp. 2. CHRISANTHEMUM PROCUMBENS. α Kim cúc. β Siaò Kiô hoa.

Differ. ſpec. Chryſ. *foliis* ſinuato-inciſis, obtuſis: *caule* procumbente.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, 3-pedalis, procumbens; ſæpè repens, tenuis, intricatus, ramoſiſſimus. *Folia* ovata, obtuſa, profundè

fundè ſinuata, laciniis ovatis, ſub-tomentoſa, petiolata, ſparſa. *Flos* terminalis, pedunculis polyfloris: *calyce* hemiſphærico, imbricato, ſquamis æqualibus, ſub-membranaceis: *receptaculo* nudo: *pappo* nullo. Hujus etiam inveniuntur multæ varietates. 1, flore pleno, integrè ligulato, flavo. 2, flore radiato, diſco, & radio flavis. 3, diſco floſculoſo flavo, radio ligulato albo. 4, floſculis omnibus albis, nunc ſemifloſculoſis, nunc radiatis, hermaphroditis in diſco, fœmineis in radio. Omnium varietatum flores, etiam culti, ſemper parvi.

Habitat ſpontaneum, cultumque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Matricaria Sinenſis, minore flore, petalis, & umbone ochroleucis. Pluken. Amalth. pag. 142. tab. 430. fig. 3.

Virtus: florum. Diaphoretica, Cephalica, Ophtalmica.

GENUS XXIX. ERIGERON.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cor.* radii lineares, anguſtiſſimæ. Lin. ſy. pl. G. 1031.

Sp. 1. ERIGERON PHILADELPHICUM. Cày Con hát.

Differ. ſpec. Erig. *caule* multifloro: *foliis* lanceolatis, ſub-ſerratis: *caulinis* ſemiamplexìcaulibus: *floſculis* radii capillaceis, longitudine diſci. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, erectus, ramoſus, multiflorus. *Folia* lanceolata, ſinuata, ſub-ſerrata, caulina ſemiamplexicaulia. *Flos* luteus, paniculatus, terminalis, plurimus, oblongus: *corollis* radii tenuiſſimis, fœmineis, erectis: *receptaculo* nudo: *pappo* piloſo.

Habitat agreſte in Cochinchinâ.

Obſerv. Philadelphium adoptavi, quia hujus notæ a Linnæo propoſitæ noſtro conveniunt. Apud Auctores non invêni pleniorem deſcriptionem: ſi præterea valde differre obſervetur, Cochinchinenſe vocabitur.

Virtus: totius herbæ. Potenter menſes ciet, nec tutò.

† Sp. 2. ERIGERON HIRSUTUM. Ha sĭ koüc.

Differ. ſpec. Erig. *caule* hiſpido, *foliis* lineari-lanceolatis, ſub-ſerratis, utrinque piloſiſſimis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, teres, hiſpidus. *Folia* lanceolato-linearia, ſub-ſerrata, utrinque piloſiſſima, ſparſa. *Flos* paniculâ terminali, erectâ, paucìflorâ. *Floſculi* diſci hermaphroditi, tubuloſi, lutei: radii fœminei, ligulati, lineares, ſtricti, integerrimi, cærulei, multi. *Calyx* ſub-ſquarroſus, imbrica-

catus. *Pappus* piloſus, æqualis. *Receptaculum* nudum.
Habitat agreſte circa Cantonem Sinarum.

GENUS XXX. SOLIDAGO.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii circiter 5? *Cal.* ſquamæ imbricatæ, clauſæ. Lin. ſy. pl. G. 1035.

† Sp. 1. SOLIDAGO DECURRENS. β Hoàng kām ſiong.
Differ. ſpec. Sol. *foliis* radicalibus ſub-crenatis, decurrentibus: *thyrſo* terminali: radio ſub-ſeptemfloro.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, teres, ſimplex, 1-pedalis: radice fibroſâ repente. *Folia* radicalia lato-lanceolata, ſub-crenata, in petiolos longos decurrentia. *Flos* integrè luteus, thyrſo oblongo, bracteato, terminali: *corollis* radii 7 circiter, fœmineis ligulatis. *Calyx* cylindricus imbricatus, longitudine diſci, foliolis lanceolato-linearibus, erectis, clauſis. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus.
Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. SOLIDAGO CANTONIENSIS. β Kām ſiōng hōa.
Differ. ſpec. Sol. *foliis* lanceolatis, integerrimis: *caule* ſimpliciſſimo: *pedunculis* ſub-terminalibus, polyfloris: *radio* ſexfloro.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſimpliciſſimus, 10-pollicaris, erectus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſeſſilia, ſparſa. *Flos* integrè luteus, pedunculis polyfloris, ſub-terminalibus. *Corollulæ* radii ſenæ. *Calyx* imbricatus, ſub-clauſus. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus. Affinitatem habet cum Sol. Minutâ (Lin. ſp. 12): differt maximè pedunculis polyfloris.
Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

GENUS XXXI. CINERARIA.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſimplex, polyphyllus, æqualis. Lin. ſy. pl. G. 1036.

† Sp. 1. CINERARIA REPANDA. β. Cau li mān.
Differ. ſpec. Cin. *paniculâ* diffuſâ: *foliis* ovato-lanceolatis, ſerrato-repandis, glabris.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, erectus, teres, glaber, 4-pedalis, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrato-repanda, glabra, alterna. *Flos* luteus, terminalis, paniculâ diffuſâ: calyce ſimplici, polyphyllo, oblongo, æquali. *Corollulæ* radii 8 circiter, fœmineæ,

neæ, ligulatæ, 2-fidæ. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſimplex.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Affinis eſt Ciner. Paluſtri, & Aureæ: a quibus differt foliis & caule glabris, atque paniculâ diffuſâ.

GENUS XXXII. SENECIO.

Char. Gener. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſimplex. *Calyx* cylindricus, calyculatus: ſquamis apice ſphacelatis. Lin. ſy. pl. G. 1033.

Sp. 1. SENECIO DIVARICATUS. β Kām ſiūn lin.

Differ. ſpec. Sen. *corollis* nudis: *foliis* lanceolatis, dentatis, ſcabris: *ramulis* floriferis divaricatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, ramoſus: *ramis* ſuperioribus floriferis, divaricatis. *Folia* lanceolata, dentata, venoſa, tomentoſa, ſparſa. *Flos* ſpicis longis, ſimplicibus, terminalibus. *Floſculi* diſci pallidi: radii nudi. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſimplex.

Habitat incultus prope Cantonem Sinarum.

Osbeck. Iter ad Sinas.

GENUS XXXIII. TUSSILAGO.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſquamæ æquales, diſcum æquantes, ſub-membranaceæ. Lin. ſy. pl. G. 1032.

Sp. 1. TUSSILAGO FARFARA. β Kŏan tūm hŏa. α Khoan doung hoa.

Differ. ſpec. Tuſſ. *ſcapo* imbricato unifloro: *foliis* ſub-cordatis, angulatis, denticulatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Planta* acaulis, herbacea: *radice* perenni, tereti, tortuoſâ, repente. *Folia* radicalia, ſub-rotunda, ſub-cordata, inæqualiter ſub-lobata, denticulata, nervoſa, ſubtus tomentoſa, magna, poſt florem exſurgentia, petiolis longis, erectis. *Flos* purpuraſcens, terminalis, ſolitarius: *ſcapo* erecto, ſquamoſo, craſſo, foliis breviore. *Calyx* communis imbricatus, ſub-cylindricus, lævis. *Corollulæ* diſci hermaphroditæ, tubuloſæ: radii fœmineæ, ligulatæ, erectæ. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus.

Habitat inculta in locis Borealibus imperii Sinenſis.

Gmel. Sibir. 2. pag. 140. Tuſſilago vulgaris. Bauh. Pin. pag. 197. n. 1. Hill. Brit. herb. pag. 446. tab. 63. fig. 14, 15.

Virtus: totius plantæ, imprimis florum. Pulmonica, Expectorans. Prodeſt in tuſſi, aſthmate, phthiſi, faucium inflammatione, & dolore.

Sp. 2.

Sp. 2. TUSSILAGO ANANDRIA. β Lŭ chău Koăn ſuen hŏa. α Khoăn doung hoa.

Differ. ſpec. Tuſſ. *ſcapo* unifloro ſquamoſo, erecto: *foliis* lyrato-ovatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* nullus. *Radix* perennis, radiculis ramoſis, longè repentibus. *Folia* radicalia, ſub-ovata, ſub-lyrata, venoſa, petiolis longis erectis. *Scapus* 1-florus, craſſus, foliis brevior, ſquamis acutis imbricatis. *Flos* luteus, calyce erecto, ſub-aperto. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus.

Habitat agreſtis loca Borealia apud Sinas.

Tuſſilago ſcapo unifloro, calyce ſub-aperto. Gmel. Sibir. 1. pag. 143. tab. 67. fig. 2.

Virtus fere eadem, quæ præcedentis.

GENUS XXXIV. ASTER.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Corollæ* radii plures 10. *Cal.* imbricati ſquamæ inferiores patulæ. Lin. ſy. pl. G. 1034.

Sp. 1. ASTER INDICUS. β Mà lăn hŏa.

Differ. ſpec. Aſt. *foliis* ovato-oblongis, ſerratis: *floralibus* ovali-lanceolatis, integerrimis: *ramulis* unifloris. Lin. ſp. 27.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 2-pedalis, erectus, ſtriatus, glaber, ramoſus. *Folia* lato-lanceolata, ſerrata, floralia integerrima, glabra, ſub-petiolata, ſuperius obſcurè, inferius pallidè viridia. *Flos* terminalis, ſolitarius: *calyce* hæmiſphærico imbricato, ſquamis ſubſquarroſis, obtuſis. *Corollulæ* diſci flavæ, hermaphroditæ, tubuloſæ: radii cæruleſcentes, fœmineæ, ligulatæ, patentes, multæ. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus.

Habitat ſpontaneus, cultusque apud Sinas.

Burm. Ind. pag. 181. Thunb. Japon. pag. 316.

Virt. Sub-adſtrigens, Stomachica.

Obſerv. Aſter a Linnæo, & aliis dictus Chinenſis a me non viſus. Suſpicor, quod confundatur cum Chryſanthemo Indico; cujus flores pulcherrimi, & magni, præ cæteris Syngeneſiis a Sinenſibus ſtudioſè coluntur. Utriuſque habitus, prout a Linnæo expoſitus, parum differt. Aſt in Chryſanthemo pappus nullus: eſtne, qui viderit in Aſtere Chinenſi pappum piloſum, Generis proprium?

GENUS XXXV. TAGETES.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* ariſtis 5, erectis. *Cal.* 1-phyllus,

lus, 5-dentatus, tubuloſus. *Floſculi* radii 5, perſiſtentes. Lin. ſy. pl. G. 1044.

Sp. 1. TAGETES PATULA. α Cúc van thọ. β. . . .
Differ. ſpec. Taget. *Caule* ſub-diviſo, patulo. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis, ſub-diviſus, ſub-erectus, glaber, diffuſus. *Folia* profundè pinnatifida, laciniis lanceolatis, ſerratis, glabris, obſcuro-virentibus. *Flos* ſolitarius, terminalis, aureus, pulcher, gravèolens, magnus, pedunculo longo, erecto. *Calyx* 1-phyllus, oblongus, 8-ſulcatus, apice 8-dentatus, lævis. *Corollulæ* diſci tubuloſæ, hermaphroditæ: *radii* 30 circiter, fœmineæ, ligulatæ, magnæ, ſulcato-plicatæ, patentes. *Semina* linearia, compreſſa, longa, ſub-nigra: *pappo* ariſtato. *Receptaculum* nudum.
Habitat ubique culta in hortis Cochinchinæ: etiam in Chinâ, & in multis Indiæ locis.
Burm. Ind. pag. 182. Thunb. Japon. pag. 320. Tagetes minor, flore fulvo, maculato. Dill. Elth. 273. tab. 279. fig. 361.

GENUS XXXVI. SIEGESBECKIA.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* exterior 5-phyllus, proprius patens. *Radius* dimidiatus. Lin. ſy. pl. G. 1057.

Sp. 1. SIEGESBECKIA ORIENTALIS. α Nu ao ria.
Differ. ſpec. Sieg. *petiolis* ſeſſilibus: *calycibus* exterioribus linearibus, maioribus, patentibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, teres, erectus: *ramis* paucis, aſſurgentibus. *Folia* ſub-ovata, utrinque acuminata, ſerrato-inciſa, tomentoſa, in petiolos decurrentia, oppoſita. *Flos* flavus, pedunculis longis, ſolitariis, 1-floris, ſparſis. *Calyx* communis 5-phyllus, expanſus: *foliolis* ſpathulatis, obtuſis, papilloſis, longis: *proprius* ſingulis floſculis ſpathaceus, ovatus, concavus, papillis pedunculatis ſimiliter conſitus, floſculo maturo brevior, a latere dehiſcens. *Corolla* compoſita ſemiradiata: *corollulis* hermaphroditis 10 circiter in diſco: *fœmineis* 4 in radio. *Propria* hermaphroditis infundibuliformis, 5-fida, minuta. *Fœminea* ligulata, 3-fida. *Filamenta* hermaphroditis capillaria breviſſima. *Anthera* cylindracea. *Germen* oblongum. *Stylus* ſub-longior ſtaminibus. *Stigmata* 2, reflexa. *Pericarpium* nullum. *Calyx* immutatus. *Semina* omnibus turbinato-oblonga, incurva, ſcabra, pedicellata: *pappo* nullo. *Receptaculum*, pedicellis ſeminum remanentibus, hiſpidum, cæteroquin nudum, minimum.

Habitat

Habitat ubique inculta in hortis Cochinchinæ: puto, quod etiam in Chinâ, ſed ibi mihi non obvia.

Burm. Ind. pag. 183. Thunb. Jap. pag. 321. Hort. Cliff. pag. 412. tab. 23.

Obſerv. Juxta ſyſtematis Linnæani principia exiſtimo hanc plantam adſcribi debere ordini Polygamiæ ſegregatæ, cum in eâ ſinguli floſculi propriis calycibus inſtruantur, ac diſtinguantur. Differentia ſpecifica Linnæana nec ſatis conformis, nec perſpicua.

GENUS XXXVII. ECLIPTA.

Char. Gener. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Corollulæ* diſci 4-fidæ. Lin. ſy. pl. G. 1056.

Sp. 1. ECLIPTA ERECTA. α Cỏ mực.

Differ. ſpec. Ecl. *Caule* erecto: *foliis* baſi deflexis, ſeſſilibus. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, erectus, teres, hiſpidus, ruber, ſuccoſus: *ramis* paucis, obliquis. *Folia* lanceolata, ſub-integerrima, rugoſa, obſcuro-viridia, ſubtus tomentoſa, oppoſita, ſub-ſeſſilia, deflexa. *Flos* albus, ſub-terminalis, pedunculis 1-floris, ſolitariis, longis, erectis. *Calyx* hemiſphæricus, ſquamis acutis, corollam ſuperantibus. *Floſculi* diſci tubuloſi hermaphroditi: radii ligulati, fœminei, breves, 4-fidi. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus.

Habitat inculta in hortis Cochinchinæ.

Eclipta Daun. Rumph. Amb. l. 10. c. 31. tab. 18. fig. 1.

Obſerv. Eclipta Cochinchinenſis, quæ Amboinenſi proxima, nec habet folia nervoſa, nec propriè ſerrata, aut ſeſſilia, neque etiam flores geminos, unde dubito an eadem cum Americanâ dici valeat.

Uſus. Succus herbæ utilis ad tingendos capillos hominum, vel pilos animalium colore nigro; ideo ab indigenis vocatur herba atramenti.

Sp. 2. ECLIPTA POSTRATA. α Cây nu ao tlon.

Differ. ſpec. Ecl. *caule* poſtrato: *foliis* ſub-undulatis, ſub-petiolatis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſub-erectus, multiplex, ſæpius repens, teres, piloſus, ruber. *Folia* ovato-lanceolata, obtusè ſerrata, ſub-undulata, tomentoſa, ſub-petiolata, oppoſita. *Flos* flavus, axillaris, ſolitarius, pedunculis longiſſimis. *Calyx* ovatus, imbricatus, ſquamis lanceolatis. *Floſculi* diſci hermaphroditi, tubuloſi: *radii* fœminei, ligulati, pauci, ſæpe nulli. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus

Habitat inculta in hortis Cochinchinæ.

Thunb. Jap. pag. 321. Chryſanthemum Maderaſpatanum menthæ arvenſis folio, & facie: floribus bigemellis ad alas, pedunculis curtis. Pluk. Alm. 100. tab. 118. fig. 5. Nunquid ſpecies à noſtrâ diverſa?

GENUS XXXVIII. BUPHTHALMUM.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* margo obſoletus. *Sem.* latera, præſertim radii marginata. *Stigma* floſc. hermaphroditorum indiviſum. Lin. ſy. pl. G. 1059.

† Sp. 1. BUPHTHALMUM OLERACEUM. α Cúc tầng ô. β . . .

Differ. ſpec. Buph. *calycis* foliolis acutis, lateraliter connexis: *foliis* oppoſitis, lanceolatis, recurvis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, teres, albicans, lævis, ramoſus. *Folia* liniari-lanceolata, inæqualiter dentata, glabra, recurva, oppoſita, ſucceſa, craſſa, cinerea. *Flos* radiatus, magnus, ſolitarius. *Calix* imbricatus, hæmiſphærieus, foliolis acutis, membranulâ laterali mutuo connexis. *Corollæ* diſcus planus, floſculis flavis, tubuloſis, hermaphroditis. *Radius* amplus, expanſus, corollulis fœmineis, ligulatis, 3-fidis, albis, multis. *Receptaculum* planiuſculum, paleis minimis conſitum. *Pappus* ſeminum marginatus. Stigma floſculi hermaphroditi ſimplex.

Habitat cultum in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Uſus. Planta odora, cujus folia inter olera computantur ab indigenis.

GENUS XXXIX. VERBESINA.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ariſtatus. *Cal.* duplici ordine. *Floſculi* radii circiter 5. Lin. ſy. pl. G. 1058.

Sp. 1. VERBESINA CALENDULACEA. β Fan khi Kŏúc.

Differ. ſpec. Verb. *foliis* oppoſitis, lanceolatis, obtuſiuſculis: *pedunculis* longis, 1-floris: *calycibus* ſimplicibus. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, ſub-erectus, multiplex, glaber, albicans. *Folia* lanceolata, ſub-obtuſa, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* luteus, terminalis, pedunculo 1-floro, longiſſimo. *Calyce* hemiſphærico ſimplici. *Radius* 10-florus, fœmineus, ligulatus. *Semina* pappo ariſtato, brevi. *Receptaculum* convexum: paleis tubo floſculorum æqualibus.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Burm. Ind. pag. 184. Caltha flore ſolitario ex alis foliorum longiſſimo pe-

pedunculo prodeunte. Burm. Zeyl. pag. 52. tab. 22. fig. 1.

† Sp. 2. VERBESINA SPICATA. α Cúc ȁn rau. β Thȉen cȁi tsȁi.
Differ. ſpec. Verb. *foliis* palmato-inciſis, ſerratis: *ſpicis* linearibus, terminalibus.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, 4-pedalis, ſub-erectus, aliquando repens; ramoſus, ſtriatus, fuſco-ruber. *Folia* inferiora palmato-inciſa, ſuperiora ovato-lanceolata, omnia ſerrata, ſubtus tomentoſa, obſcuro-viridia, odora, ſuccoſa, alterna: petiolis longis, rubris. *Flos* albiſſimus, radiatus, minuſculus: ſpicis linearibus, congeſtis, longis, erectis, terminalibus. *Calycis* foliola ſubulata, erecta, bino ordine diſpoſita. *Floſculi* diſci tubuloſi, hermaphroditi, breves, multi: *radii* feminei, 5 circiter, ligulati, ad unum latus vergentes, ligulâ calycem non excedente. *Receptaculum* ſub-nudum, raris paleis conſitum. *Pappus* nullus. *Semina* turbinata, obtusè tetragona, brevia.
Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ: & cum acetariis menſis apponitur.
Obſerv. Pappo nullo convenit cum Verb. Muticâ (Linnæi ſp. 9.): ſed noſtræ calyx, & corolla characterem Generis ad amuſſim ſervant, non illa.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

GENUS XL. GORTERIA.

Char. Gener. *Recept.* nudum. *Pappus* lanatus. *Cor.* radii ligulatæ. *Cal.* imbricatus, ſquamis ſpinoſis. Lin. ſy. pl. G. 1064.

Sp. 1. GORTERIA SETOSA. β . . . .
Differ. ſpec. Gort. *foliis* lanceolatis, decurrentibus, adnatis, ciliato-ſpinoſis: *floribus* terminalibus, pedunculatis. Lin. ſp. 4.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 5-pedalis, erectus, multiplex, ramoſiſſimus. *Folia* lanceolato-ovata, ſerrato-ſpinoſa, utrinque glabra, alterna. *Flos* luteus, pedunculis polyfloris, erectis, terminalibus. *Calycis* ſquamæ imbricatæ, inermes. *Corollulæ* diſci hermaphroditæ, tubuloſæ: *radii* neutræ, ligulatæ, breves. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſub-nullus.
Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.
Lin. Mant. pag. 287.

GE-

GENUS XLI. CENTAUREA.

Char. Gener. *Recept.* ſetoſum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii infundibuliformes, longiores, irregulares. Lin. ſy. pl. G. 1066.

Sp. 1. CENTAUREA PHRYGIA. α Bạc dầu loung.
Differ. ſpec. Cent. *calycibus* recurvato-plumoſis: *foliis* indiviſis, oblongis, ſcabris. Lin. ſp. 7.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 1-pedalis, erectus, hirſutus, ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, indiviſa, tomentoſa, nec ſcabra. *Flos* luteus paniculis terminalibus. *Calyx* ſub-rotundus, ſquamis ſubulatis, imbricatis, in ſenectute recurvatis, plumoſis, argenteis. *Floſculi* omnes tubuloſi: diſci hermaphroditi: radii neutri. *Pappus* ſeminum piloſus.
Habitat inculta in Cochinchinâ.
Cyanus foliis ſub-hirſutis, ovato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis: plumulis calycinis reflexis. Hall. Helv. n. 188. Jacea latifolia, & anguſtifolia, capite hirſuto. Bauh. Pin. pag. 271. n. 7, 8.

GENUS XLII. COREOPSIS.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum. *Pappus* bicornis. *Cal.* erectus, pollyphyllus, baſi radiis patentibus cinctus. Lin. ſy. pl. G. 1062.

† Sp. 1. COREOPSIS LEUCORRHIZA. β Fâm ſũm. α Phaong phung
Differ. ſpec. Cor. *foliis* pinnatis, 5-phyllis, ſerrato-inciſis: *radio* ſexfloro: *pappo* 3-corni.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, 4-gonus, ſulcatus: *radice* ſimplici, perpendiculari, ſub-fuſiformi, albâ, carſâ. *Folia* 5-nata, lanceolata, ſerrato-inciſa. *Flos* integrè croceus: pedunculis paucifloris, terminalibus. *Corollulæ* diſci hermaphroditæ, tubuloſæ, multæ: *radii* 6, neutræ, ligulatæ, ovatæ, integerrimæ. *Seminum* pappus 3-cornis, ſetis inverſis ramoſus. *Calyx* erectus, pollyphyllus. *Receptaculum* paleaceum.
Habitat agreſtis propè Cantonem Sinarum.
Obſerv. Sunt alliæ ſpecies foliis ternatis, & trifidis, quæ a Sinis eodem nomine indicantur.

† Sp. 2. COREOPSIS BITERNATA. α Cã ap chiöc.
Differ. ſpec. Cor. *foliis* biternatis, ovato-lanceolatis, ſerratis: *paniculâ* diffuſâ: *radio* ſexfloro.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 2-pedalis, erectus, 4-gonus, 4-
ſul-

diatus, integrè luteus: *paniculâ* ſparsâ, terminali. *Radii* corollæ 6, neutræ. *Pappus* bicornis, ramoſus. *Receptaculum* planiuſculum, nudum.

Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

GENUS XLIII. HELIANTHUS.

Char. Gener. *Recept.* paleaceum, planum. *Pappus* diphyllus. *Cal.* imbricatus, ſub-ſquarroſus. Lin. ſy. pl. G. 1060.

Sp. 1. HELIANTHUS ANNUUS. γ . . .

Differ. ſpec. Hel. *foliis* omnibus cordatis, trinervatis: *pedunculis* incraſſatis: *floribus* cernuis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* 7-pedalis, annuus, ſub-ſimpliciſſimus, rectus, angulatus. *Folia* omnia cordata, acuta, 3-nervia, ferrata, ſcabra, alterna, petiolata, magna. *Flos* aureus, maximus, diametro 5-pollicari: *pedunculis* baſi incraſſatis, 1-floris, cernuis, ſolitariis, longis, ſub-terminalibus. *Floſculi* radii neutri, ligulati, multi. Ab Helianthο Indico vix differt.

Habitat cultus in inſulâ Africanâ Mozambico.

Burm. Ind. pag. 185. Hel. radice annuâ. Hort. Cliff. pag. 419.

Sp. 2. HELIANTHUS GIGANTEUS. α Hoa Kùy. β Hoâm qūei hõa.

Differ. ſpec. Hel. *foliis* alternis, lanceolatis, ſcabris, baſi ciliatis: *caule* ſtricto, ſcabro. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, 6-pedalis, rectus, craſſus, ſcaber, ramis paucis. *Folia* lanceolata, integerrima, enervia, ſcabra, alterna, magna. *Flos* aureus, magnus, terminalis, ſolitarius. *Calyx* imbricatus, patens, ſquamis oblongis, ſub-ſquarroſis. *Floſculi* radii longiſſimi, neutri, multi: *diſci* plures, breves, tubuloſi, hermaphroditi. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* 2-ariſtatus.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Mill. Dict. n. 5. Chryſanthemum Virginianum elatius, anguſtifolium, caule hirſuto, viridi. Pluk. Phyt. tab. 159. fig. 5.

POYGAMIA SEGREGATA.

GENUS XLIV. SPHÆRANTHUS.

Char. Gener. *Calyc.* 8-flori. *Corollulæ* tubuloſæ hermaphroditæ, & obſoletè fœmineæ. *Recept.* ſquamoſum. *Pappus* nullus. Lin. ſy. pl. G. 1083.

† Sp. 1. SPHÆRANTHUS COCHINCHINENSIS. α Co bò xít. β...

Differ. ſpec. Sphær. *foliis* decurrentibus, oblongis, integerrimis: *capitulis* cordato-ovatis, ſub-ſeſſilibus, terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, ſeſquipedalis, erectus, teres, glaber, albicans, ramis aſcendentibus; paucis: decurrentiâ foliorum triquetrum mentiens. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, undulata, ſub-rugoſa, ſeſſilia, alterna, lanuginoſa. *Flos* albicans, parcâ purpurâ conſperſus: *capitulis* cordato-ovatis, terminalibus, ſolitariis, parvis, pedunculis brevibus.

Habitat ſpontaneus inter ſegetes, & in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Obſerv. Sphæranthus Amaranthoides (Burm. Ind. pag. 186.) fortaſſe eſt idem, vel parum differt. Similiter dicerem de Sphær. Chinenſi (Lin. ſp. 3.), ſi non haberet folia pinnatifida, cum noſter habeat integerrima.

Virtus: totius herbæ. Emolliens, Refrigerans, Reſolvens. Uſus potiſſimum externus: cataplaſma in doloribus, & tumoribus mamillarum reſolvendis, ſuccus expreſſus in Ophtalmiâ, gargariſma decocti in faucium inflammatione proficiunt.

† GENUS XLV. ENYDRA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis 4-phyllus, patens, magnus: foliolis ovatis, duobus oppoſitis minoribus.

Partialis 1-phyllus, 1-florus, in tubum convolutus, apice polyfido connivente.

Cor. Compoſita: hermaphroditis in diſco, fœmeninis in radio.

Propria: hermaphroditis tubuloſa, calyce proprio brevior: limbo 5-fido, erecto. Fœmininis tubuloſa, calyce proprio brevior: limbo 3-fido.

Stam. Filamenta 5, capillaria, breviſſima. Anthera Cylindracea, connata.

Piſt. Hermaphroditis: Germen ovatum. Stylus filiformis longitudine ſtaminum. Stigma 2-fidum, erectum.

Fœmineis: Germen ovato-oblongum. Stylus filiformis, calyce, & corollâ longior. Stigma 2-fidum, reflexum.

Peric. nullum. Calyx immutatus.

Sem. Omnibus ovata. Pappus nullus.

Recept. convexum, nudum.

Nom. (Ἔνυδρος aquaticus) a loco, in quo planta vivit.

Char.

Char. Gener. *Cal.* communis 4-phyllus, partialis 1-florus. *Coroll.* omnes tubuloſæ: radii 3-fidæ. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.

† Sp. 1. ENYDRA FLUCTUANS. α Rau ngổ ống.
Differ. ſpec. En. *foliis* ſub-haſtatis, ſerratis, oppoſitis: *radice* repente.
Hab. *Caulis* herbaceus, perennis, ſub-erectus, teres, inanis, glaber, ramoſus: *radice* repente. *Folia* ſub-haſtata, ſerrata, glabra, oppoſita: *petiolis* breviſſimis, ſemiamplexicaulibus *Flos* albus, ſub-terminalis, pedunculis 1-floris.
Habitat ſpontanea in paludibus Cochinchinæ.

MONOGAMIA.

GENUS XLVI. IMPATIENS.

Char. Gener. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis: *nectario* cucullato. *Capſ.* ſupera, 5-valvis. Lin. ſy. pl. G. 1093.

Sp. 1. IMPATIENS CHINENSIS. β Hùm thâu kiŏ.
Differ. ſpec. Imp. *pedunculis* unifloris, ſolitariis: *foliis* oppoſitis, ovatis: *nectariis* arcuatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis, erectus, teres, ramoſus. *Folia* oblongo-ovata, ſerrato-denticulata, glabra, ſeſſilia, oppoſita. *Flos* rubro-purpureus, pedunculis axillaribus, unifloris, ſub-ſolitariis. *Nectarii* calcar ſubulatum, craſſum, valdè arcuatum, mediocre.
Habitat ſpontanea cultaque Cantone Sinarum.
Burm. Ind. pag. 187.

Sp. 2. IMPATIENS CORNUTA. α Cây Nác nẻ.
Differ. ſpec. Imp. *pedunculis* unifloris, aggregatis: *foliis* lanceolatis: *nectariis* flore longioribus. Lin. ſp. 4.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis, ſub-teres, diffuſus. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrata, hiſpida, alterna, petiolata, magna, ſuaveolentia, obſcuro-viridia. *Flos* albus (in aliis purpuraſcens) pedunculis 1-floris, paucis, longis, axillaribus. *Corolla* 5-petala, irregularis, calcare triplo longiore, ſub-arcuato. *Capſula* ovata, acuminata, hiſpida, 5-valvis, 1-locularis, polyſperma.
Habitat ubique ſpontanea in hortis Cochinchinæ.
Balſamina Latifolia, floris calcari longiſſimo. Burm. Zeyl. pag. 41. tab. 16. fig. 1.
Uſus. Decocto foliorum ſolent indigenæ crines, & caput abluere, qui-

quibus hæc herba, cæteroquin vilis, & trivialis, ſuaviſſimum odorem conciliat.

Sp. 3. IMPATIENS BALSAMINA. α Maóng tay cò.
Differ. ſpecies Impat. *pedunculis* unifloris, aggregatis: *foliis* lanceolatis, ſuperioribus alternis: *nectariis* flore brevioribus. Linn. ſpec. 5.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, erectus, teres, hiſpidus, aquoſus, albicans: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* ruber, (in aliis albus) pedunculis axillaribus, longis, unifloris, ſub-aggregatis; *nectario* corollâ breviore: *capſulâ* ovato-oblongâ, lanuginoſâ, 5-valvi, elaſticè deſiliente, polyſpermâ.
Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ.
Thunb. Jap. pag. 327. Lacca herba. Rumph. Amb. l. 8. cap. 52. tab. 90.

† Sp. 4. IMPATIENS MUTILA. α Maông tay tàu.
Differ. ſpec. Impat. *pedunculis* unifloris: *foliis* lanceolatis, ſerratis, oppoſitis: *nectariis* mutilis.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, erectus, teres: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, oppoſita. *Flos* coccineus, pedunculis unifloris, ſubſolitariis. *Calyx* biphyllus, parvulus, coloratus, deciduus. *Corolla* petala 5, inæqualia, patentia: *nectaria* cucullato, obtuſo, mutilo. *Filamenta* 5, brevia: antheris coalitis. *Capſula* 1-locularis, polyſperma: valvis 5, elaſticis, ad tactum ſe contrahentibus, ſemina expellentibus.
Habitat culta in Cochinchinâ, puto, quod a Sinis translata.

† Sp. 5. IMPATIENS COCHLEATA. β Tsïen chí hôm.
Differ. ſpec. Imp. *pedunculis* unifloris: *foliis* oblongis, ſub-ſerratis, oppoſitis: *nectariis* cochleatis: *radice* repente.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 1-pedalis, erectus, geniculatus, ruber, ſub-ſimpliciſſimus: *radice* repente. *Folia* oblonga, obtuſa, ſubſerrata, parva, glabra, craſſa, ſeſſilia, oppoſita. *Calyx* 2-phyllus, coloratus, foliolis parvulis, ſub-rotundis, concavis, deciduis. *Pedunculi* axillares, 1-flori, longi, ſub-ſolitarii. *Corolla* 5-petala, inæqualis: *nectario* magno, compreſſo, in ſpiram convoluto. *Flos* coccineus, pulcherrimus, inodorus. *Capſula* elaſtica, carnoſa, 5-valvis, polyſperma; *ſeminibus* ſub-rotundis, receptaculo elongato affixis.
Habitat culta Cantone Sinarum.
Obſerv. Ex omnibus iſtis ſpeciebus, quas examinavi, nullam inveni; quæ

quæ conſtanter habeat pedunculos florum vel ſolitarios ſemper, vel ſemper aggregatos; adeoque perperam diſtinguentur per numerum pedunculorum.

GENUS XLVII. VIOLA.

Char. Gener. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, poſticè cornuta. *Capſ.* ſupera, 3-valvis, 1-locularis. Lin. ſy pl. G. 1092.

Sp. 1. VIOLA ODORATA. ß. α Kíet tuọng hŏa.
Differ. ſpec. Vi. acaulis: *foliis* cordatis: *ſtolonibus* reptantibus. Lin. ſp. 8.
Hab., & notæ. *Planta* acaulis, ſemipedalis: ſtolonibus filiformibus, repentibus, perennantibus. *Folia* radicalia, cordata, apice, & auriculis ſub-acuta, crenata, glabra, ſub-rugoſa, obſcuro-viridia: petiolis longis, canaliculatis, ſub-erectis. *Flos* cæruleo-purpurens, parvus, odore gratiſſimus: *pedunculis* filiformibus, erectis, folio ſub-æqualibus. *Cal.* 5-phyllus, foliolis ovato-oblongis, incurvis, perſiſtentibus. *Corollæ* petala 5, inæqualia, patentia: *nectario* ſubulato, brevi, curvo.
Habitat Cantone Sinarum in hortis, & prope vias: inde in Cochinchinam delata, ubi raro culta.
Thunb. Jap. pag. 326. Viola acaulis, ſtolonibus teretibus, reptantibus, pedunculis radicalibus. Hort. Cliff. pag. 427.
Virtus: foliorum Emolliens. Florum Pectoralis, Anodyna. Seminum Purgans, Diuretica, ſub-Emetica.

Sp. 2. VIOLA PRIMULIFOLIA. ß. . . .
Differ. ſpec. Vi. acaulis: *foliis* oblongis, ſub-cordatis: *petiolis* membranaceis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. Planta acaulis, annua. *Folia* oblongo-ovata, ſub-cordata, glabra, crenata, leviter decurrentia in petiolos longos, erectos. *Flos* purpureus, odoratus: pedunculis longis, radicalibus, 1-floris. A Violâ Odoratâ non multum differt, forſan illius variatio.
Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.
Gronov. Virgin. pag. 135.

GENUS XLVIII. LOBELIA.

Char. Gener. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Capſ.* infera, 2, 3-locularis. Lin. ſy. pl. G. 1091.

Sp. 1.

Sp. 1. LOBELIA CHINENSIS. Puón ſuẽn liên.

Differ. ſpec. Lob. *foliis* lanceolatis, integerrimis: *floribus* ſolitariis, terminalibus: *caule* repente.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, filiformis, annuus, procumbens, repens: *ramis* erectis, 5-pollicaribus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna, ſeſſilia. *Flos* dilutè cæruleus, pedunculatus, ſolitarius, terminalis. *Calyx* 5-fidus, laciniis brevibus, ſubulatis, interruptis, patulis. *Corollæ* tubus fiſſus: limbus 5-partitus, laciniis lanceolatis, inæqualibus. *Filamenta* 5, plana, longa, tubum antherarum ſuſtinentia. *Stigma* 2-fidum, revolutum. *Capſula* 2-locularis, ovata, apice dehiſcens: *ſeminibus* ſub-rotundis, plurimis, minimis.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Foliis integerrimis, & pedunculis florum terminalibus differt tam a Zeylanicâ, (Lin. ſp. 23.) quam ab Erinoide, (Thunb. Jap. pag. 326.) quamvis utraque & ſolo natali, & habitu non valdè diſtet a Chinenſi.

† GENUS XLIX. SOLENA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Perianthium ſuperum, urceolatum, 5-dentatum, perſiſtens.

Cor. nulla.

Stam. Filamentum tubus cylindricus, craſſus, brevis, ſuperius patulus, calyci inſidens. Antheræ linea farinifera, ſupra os tubi ſurſum, deorſumque repens, flexu triplici.

Piſt. Germen oblongum. Stylus craſſus, calyce brevior, tubo ſtamineo circumdatus. Stigmata 3, inversè ſagittata, magna.

Peric. Bacca oblongo-ovata, acuminata, flaccida, glabra, 1-locularis, polyſperma, cortice tenui.

Sem. Aliqua, ovata, ſub-compreſſa, lævia, nidulantia.

Nom. (Σωλὴν tubus) ab ſtamine tubuloſo.

Char. Gener. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* o. *Bacca* infera, polyſperma.

† Sp. 1. SOLENA HETEROPHYLLA. Cu nhang. Khu lâu: Tiên hôa fuèn.

Differ. ſpec. Sol. *ſcandens*: *foliis* inferis cordatis, ſuperis haſtatis, denticulatis.

Hab. *Caulis* ſuffruticoſus, multiplex, longus, tenuis, ſcandens, *cirrhis* ſolitariis. *Folia* inferiora cordata, ſuperiora haſtata, omnia den-

denticulata, alterna, petiolata, glabra. *Flos* pallidus, axillaris, pedunculatus, ſolitarius. *Bacca* coccinea, mediocris; ſeminibus nigricantibus. *Radix* tuberoſa, faſciculata: tuberibus oblongis, ſub-fuſiformibus, farinaceis, albicantibus, edulibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Obſerv. Hæc planta annumeranda eſſet Cucurbitaceis, niſi flores, qui omnes ſunt hermaphroditi, prohiberent, & a Monoicis diſtraherent.

Virtus: radicis, & ſeminum. Reſolvens, Mundificans. Prodeſt in Phtyſi, Dyſenteriâ.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

* *Flores ſuperi, Monogyni.*

† 1. CERAIA. — *Cor.* 5-fida, corniformis. *Nectarium* polyfidum, corollâ clauſum.

† 2. CALLISTA. — *Cor.* 5-petala, ventricoſa. *Nect.* labium exterius convolutum, integrum.

† 3. THRIXSPERMUM. — *Cor.* petala 5, linearia. *Nectar.* labium exterius ovatum, integrum.

† 4. GALEOLA. — *Cor.* petala 5, ovata. *Nectar.* integrum, galeæforme.

† 5. RENANTHERA. — *Cor.* petala 5, biformia. *Antheræ* lobi reniformes, divaricati.

† 6. ARISTOTELEA. — *Cor.* petala 4: ſummum, & infimum 3-fida. *Anthera* ſimplex, conica.

DIANDRIA.

* *Flores ſuperi, Monogyni.*

7. ORCHIS. — *Nectarium* corniculatum.

8. EPIDENDRUM. — *Nectarium* turbinatum.

† 9. AERIDES. — *Cor.* petala 5, ovata. *Nectar.* labium exterius incubans alteri.

TRIANDRIA.

10. SALACIA. — *a*-gyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infera, 5-petala. *Antheræ* germini inſidentes. *Bacca* 3-ſperma.

TETRANDRIA.

† 11. BLASTUS. Polyg. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* infera, 4-petala. *Germina* antheris inſidentia.

PENTANDRIA.

12. PASSIFLORA. 3-gyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infera, 5-petala. *Bacca* pedicellata.

HEXANDRIA.

† 13. BRAGANTIA. 1-gyna. *Cal.* o. *Cor.* ſupera, regularis, 3-fida. *Siliqua* 4-locularis, polyſperma.

14. ARISTOLOCHIA. 6-gyna. *Cal.* o. *Cor.* ſupera, 1-petala, irregularis. *Capſ.* 6-locularis.

OCTANDRIA.

† 15. PHAIUS. 1-gynus. *Cal.* ſpatha. *Cor.* ſupera, petala 5, lanceolata. *Nect.* labium exterius convolutum.

DECANDRIA.

16. HELICTERES. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* infera, 5-petala. *Capſulæ* 5, 1-loculares, polyſpermæ.

POLYANDRIA.

17. POTHOS. Spatha. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala. *Bacca* 1-ſperma.

18. CALLA. Spatha. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stamina* mixta piſtillis.

19. ARUM. Spatha. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stamina* ſupra piſtilla.

MONANDRIA.

† GENUS I. CERAIA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha brevis, laciniata, 1-flora, perſiſtens.
Perianthium 1-phyllum, tubuloſum, inæqualiter 5-fidum: laciniis erectis.

Cor. Monopetala, corniformis, ſupera: parte alterâ ſubulato-tubuloſâ, longiore: alterâ breviore dilatatâ, 5-fidâ: laciniis 3 lato-conicis: binis aliis lateralibus linearibus: omnibus longitudine æqualibus.
Nectarium parvum, polyfidum, inæquale, corollâ clauſum.

Stam. Filamentum 1, filiforme, breve, elaſticum, piſtillo adhærens. Anthera compreſſo-rotunda, 1-locularis, operculata.

Piſt. Germen florem ſuſtinens inter perianthium, & corollam, lineare, curvum, 6-ſulcatum. Stylus breviſſimus, baſi laciniæ mediæ nectarii, ſimul cum ſtamine adnatus ſupra Germen. Stigma obſoletum.

Peric. Abortiens.

Nom. (Κεραία Virgula in formam cornu inflexa) a formâ corollæ ſubulatæ, ſurſum incurvatæ.

Char. Gener. *Cor.* 5-fida: tubo ſubulato, inflexo. *Nectario* polyfido, intus clauſo.

Sp. 1. CERAIA SIMPLICISSIMA. α Tạch haọc. β Xě hŏ.

Differ. ſpec. Cer. *caule* paraſitico, erecto, ſimpliciſſimo: *floribus* lateralibus, ſolitariis.

Hab. Planta fruticoſa, paraſitica: *radice* fibroſâ, repente: *caule* ſimpliciſſimo, 10-pollicari, erecto, ancipiti, ſupra baſim tumeſcente, ſulcato, glabro, luteo. *Folia* oblonga, emarginata, plana, craſſa, vaginantia, erecta, parva, pauca. *Flos* pallidus, ſub-terminalis, ſolitarius, erectus, pedunculatus: medio latere cornus corollini horizontaliter inſidens germini.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ, rupibus, ac arboribus inhærens.

Virt. In Medicinâ Sinenſi valet contra Epilepſiam, & nervorum, artuumque debilitatem.

Obſerv. Cum Ceraiâ aliquantulum habet ſimilitudinis Herba ſupplex quarta. Rumph. Amb. l. 11. c. 9. pag. 111. tab. 51. fig. 2.

† GE-

† GENUS II. CALLISTA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus, præter ſquamas ovato-lanceolatas, 1-floras, ante matureſcentiam floris imbricatas.

Cor. Petala 5, patentia, longitudine ſub-æqualia: horum 3 ſeſſilia, ovato-oblonga: 2 alia oppoſita unguiculata, latiora: infima baſi turgida.

Nectarium bipartitum, magnum, infra baſim petalorum receptaculo affixum: labio interiore oblongo, carnoſo, baſi bicorni: exteriore turbinato, integerrimo, villoſo, magno, in formam infundibuli convoluto.

Stam. Filamentum 1, ſubulatum, planum, breve, apici nectarii interioris inſidens. Anthera operculata, biloba, lobis oblongis, compreſſis, nitidis.

Piſt. Germen filiforme, contortum, florem ſuſtinens. Stylus, & ſtigma nulla: niſi pro illis habeatur ſulculus nectarii a ſtamine ad germen decurrens.

Peric. Abortiens.

Nom. (Καλλίςα pulcherrima) ex floris notabili pulchritudine.

Char. Gener. *Cor.* ventricoſa, 5-petala: binis lateralibus unguiculatis. *Nectarii* labium exterius convolutum.

† Sp. 1. CALLISTA AMABILIS. α Nhánh gỏi lon.

Differ. ſpec. Cal. paraſitica, *caule* ſub-erecto, ſulcato: *foliis* lanceolatis, ſtriatis: *racemis* ſimplicibus, reclinatis, ſparſis.

Hab. Planta paraſitica, perennis: *bulbis* linearibus, intricatis: *caule* ſeſquipedali, ſub-erecto, craſſo, tereti, ſulcato, ad baſim tumido. *Folia* lanceolata, integerrima, ſtriata, craſſa, dura, apice reflexa, alterna, vaginantia. *Flos* candidus, nectario aureo, magno: *racemis* ſimplicibus, longis, reclinatis, lateralibus, ſparſis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, truncis arborum adhærens.

† GENUS III. THRIXSPERMUM.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Communis amentiformis, linearis, compreſſus, carnoſus: ſquamis alternis, acutis, monofloris. Perianthium nullum.

Cor. Petala 5, ſubulato-linearia, longa, ſub-æqualia, erecta.
Nectarium bipartitum, inter duo petala inferiora receptaculo affixum: labio interiore 3-fido, intra petala recepto, laciniis lateralibus obtuſis, brevibus, mediâ longiore, conicâ, aſcendente: labio exteriore ovato integro, extra petala infima exerto.
Stam. Filamentum 1, filiforme, breve, piſtillo inhærens. Anthera ovata, 2-locularis, operculata.
Piſt. Germen filiforme, rectum; florem ſuſtinens. Stylus craſſus, inæqualis, baſi nectarii inſidens. Stigma ſimplex.
Peric. Capſula oblonga, trigona angulis acutè emarginatis, 3-valvis, 1-locularis, polyſperma.
Sem. Multa, longa, tenuiſſima, piliformia.

Nom. (Θρίξ pilus: σπέρμα ſemen) ex ſeminibus piliformibus.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, linearia, erecta. *Nectarii* labium exterius ovatum, exertum.

Sp. 1. THRIXSPERMUM CENTIPEDA. α Nhánh gỏi rt.
Differ. ſpec. Thrix. *Caule* paraſitico, lateraliter radicante: *foliis* lanceolato-linearibus: *ſpicis* diſtichis, axillaribus.
Hab. Planta paraſitica: *caule* longo, compreſſo, perenni: *radicibus* ſimplicibus, breviſſimis, lateraliter adrepentibus. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, reflexa, parva, vaginantia. *Flos* pallido-luteus, nectario rubeſcente: *ſpicis* amentiformibus, rectis, lateralibus.
Habitat in Cochinchinâ, ad arbores ſylveſtres adrepens.

† *GENUS IV. GALEOLA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus, præter ſquamas parvas acutas.
Cor. Petala 5, ovata, ſub-acuta, ſub-æqualia, patentia.
Nectarium magnum, ſub-globoſum, integerrimum, galeæforme, partes generationis occludens: baſi interiori corollæ adnatum.
Stam. Filamentum 1, membranaceum, conicum, breve, apici piſtilli coalitum. Anthera oblonga, bilocularis, operculata, incumbens.
Piſt. Germen lineare, teres, æquale, longum, florem ſuſtinens. Stylus craſſus, incurvus, tubuloſus. Stigma concavum, inæquale.
Peric. Abortiens.
Nomen. Galeola, quaſi parva galea: ex formâ Nectarii.

Char. Gener. *Cor.* petala 5, ovata. *Nectarium* ſub-globoſum, integrum.

† Sp. I. GALEOLA NUDIFOLIA. α Cây Nu deek.
Differ. ſpec. Gal. *Caule* ſcandente, nudifolio: *racemis* laxis, lateralibus.
Hab. *Caulis* fruticoſus, 15 pedes longus, ſcandens: *cirrhis* craſſis, ſolitariis. *Folia* nulla. *Flos* luteus, racemis compoſitis, magnis, laxis, lateralibus: *bracteâ* parvâ, carnoſâ, acutâ, racemum totum fulciente. *Radix* ſimplex, lignoſa, longa, præmorſa, radiculis craſſis, paucis. *Caule* aphyllo, & racemis accedit ad Orchem Aphyllam. Forsk. Arab. pag. 156. ſp. 2.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS V. RENANTHERA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha ſub-rotunda, monoflora, perſiſtens.
Cor. Petala 5, oblonga, longitudine ſub-æqualia, expanſa: duo ſuperiora obtuſa, undulata: tria inferiora lanceolato-linearia, plana. Nectarium bipartitum: labio interiore oblongo, carnoſo, integro: exteriore 3-fido, laciniis lateralibus rotundatis, mediâ lanceolatâ, reflexâ, longiore.
Stam. Filamentum 1, breve, apici nectarii interioris inſidens. Anthera biloba, operculata, magna: lobis reniformibus, divaricatis, lateraliter dehiſcentibus.
Piſt. Germen lineare, ſulcatum, rectum, florem ſuſtinens. Stylus planiuſculus, ventricoſus, incurvus, ſtamini annexus. Stigma obſoletum.
Peric. Abortiens.
Nomen Renanthéra ob lobos antheræ reniformes patentes.

† Sp. I. RENANTHERA COCCINEA. α Quách lon dieo.
Differ. ſpec. Ren. *Caule* paraſitico, longo, lateraliter radicante: *foliis* oblongo-ovatis, emarginatis: *racemis* ſub-ſimplicibus, ſparſis.
Hab. *Caulis* perennis, paraſiticus, 5-pedalis, ſub-ſimpliciſſimus, teres: *bulbis* linearibus, longis, lateralibus, radicantibus. *Folia* oblongo-ovata, emarginata, plana, craſſa, vaginantia. *Flos* coccineus, magnus, pulcherrimus, racemis longis, ſub-terminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ per arbores repens.

GE-

† GENUS VI. ARISTOTELEA.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha acuta, 1-flora, perſiſtens.
Cor. Petala 4, erecta: bina lateralia lanceolata, minora: ſummum, & infimum 3-fida, incurva, apice ſub-reflexa.
Nectarium 1-phyllum, oblongum, integerrimum, ſub-incurvum, carnoſum.
Stam. Filamenta nulla. Anthera 1, lato-conica, 1-locularis, operculata, apici interiori Nectarii inſidens.
Piſt. Germen longiuſculum, florem ſuſtinens. Stylus, o. Stigma foſſula exigua ad baſim antheræ.
Peric. Capſula oblonga, contorta, 1-locularis, 3-valvis, polyſperma.
Sem. Plurima, ovata, minima.
Nom. ab Ariſtotele Philoſopho, ſectæ Peripateticæ Corypheo, qui binos libros de Plantis nobis reliquit.

Char. Gener. *Cor.* petala 4, ſummum, & infimum trifida. *Nectarium* integrum, curvum. *Anthera* ſeſſilis, conica.

† Sp. 1. ARISTOTELEA SPIRALIS. β. Hoân lûm.
Differ. ſpec. Ariſt. *ſcapo* ſub-nudo: *foliis* ſubulatis, 3-nerviis: *ſpicâ* ſpirali.
Hab. Planta ſub-acaulis, annua. *Radix* bulbi oblongi, faſciculati. *Folia* radicalia, ſubulata, 3-nervia, curva, erecta. *Scapus* 8-pollicaris, teres, ſub-nudus, terminatus ſpicâ erectâ, in ſpiram contortâ: *floribus* purpuraſcentibus, ſeſſilibus, inodoris.
Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.
Obſerv. Aſſimilatur Ophri Spirali (Lin. ſp. 3.): ſed ſtamine, corollâ, & nectario, quod in noſtrâ non eſt carinatum, nec crenulatum tam ſpecie, quam genere longè differunt: bulbis vero, & formâ ſpicæ cohærent.

DIANDRIA.

GENUS VII. ORCHIS.

Char. Gener. *Nectarium* corniforme pone florem. Lin. ſy. pl. G. 1094.

Sp. 1. ORCHIS SUSANNÆ. β. Mâ chǐc lân.
Differ. ſpec. Orch. *bulbis* indiviſis: *nectarii* alis amplioribus, ciliatis. Lin. ſp. 5. Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 2-pedalis, erectus, teres, ſimpliciſſimus, totus folioſus. *Radix* bulbus oblongus, craſſus, indiviſus. *Folia* lanceolata, glabra, alterna, vaginantia. *Flores* albi, magni, 4, 5 ad caulis apicem. *Nectarii* labium oblongum, integerrimum, recurvum: alis obtuſis, fimbriatis, amplis, patentibus: *cornu* poſtico tereti, longiſſimo. *Filamenta* 2, brevia: *antheris* ovatis, operculatis. *Capſula* infera, oblonga, 6-gona, 1-locularis, polyſperma: *ſeminibus* tenuiſſimis.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Flos Suſannæ. Rumph. Amb. l. 8. c. 70. tab. 99. Thunb. Japon. pag. 25.

Sp. 2. ORCHIS MORIO. α Cu dẻi chôn.

Differ. ſpec. Orch. *bulbis* indiviſis: *nectarii* labio quadrifido, crenulato: cornu obtuſo, aſcendente: *petalis* obtuſis conniventibus. Lin. ſp. 15.

Hab., & notæ. *Caulis* ſeſquipedalis, erectus, teres, ſimplex, folioſus, annuus: *radice* perenni, bulbo ſub-rotundo, emarginato. *Folia* lanceolata, craſſa, vaginantia. *Flos* albus, terminalis: *ſpicâ* ſimplici, erectâ, pauciflorâ. *Nectarii* labium obtuſiſſimum, crenatum, reflexum. *Calcar* obtuſum, breve. *Petala* obtuſa, conniventia.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

Orchis Morio fœmina. Bauh. Pin. pag. 82. n. 4.

Sp. 3. ORCHIS LATIFOLIA. α Hoàng mon.

Differ. ſpec. Orch. *bulbis* ſub-palmatis, rectis: *nectarii* cornu conico: *labio* 3-lobo, lateribus reflexo: bracteis flore longioribus. Lin. ſp. 22.

Hab., & notæ. *Radix* perennis, bulbi duo, oblongi, ſub-recti. *Caulis* 1-pedalis, erectus, annuus. *Folia* lato-lanceolata, pauca. *Flos* rubeſcens, ſpicâ longâ, terminali: *bracteis* flore ſub-longioribus. *Nectarii* cornu conicum: labium 3-lobum, lateribus reflexum.

Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ ad loca Borealia.

Orchis palmata paluſtris latifolia. Bauh. Pin. pag. 86. n. 12.

GENUS VIII. EPIDENDRUM.

Char. Gener. *Nectarium* turbinatum, obliquum, reflexum. Lin. ſy. pl. G. 1101.

Sp. 1. EPIDENDRUM TUBEROSUM. α Hoa Lan tiá. β

Diff. ſpec. Ep. *foliis* lato-lanceolatis, nervoſis, membranaceis; bulbo innatis: *ſcapo* vaginato: *nectario* cymbiformi, bifido. Lin. ſp. 24.

Hab., & notæ. *Planta* terreſtris, 1-pedalis: *caule* annuo, craſſo, ſtriato,

to, ſimpliciſſimo, erecto: *bulbo* radicali perenni, compreſſo-rotundo, fuſco, ſolido, aliquando multiplici, radiculis plurimis, linearibus, longis. *Folia* radicalia, caulinaque, lato-lanceolata, plicato-ſulcata, integerrima, glabra, erecta, vaginantia, dura, magna, pauca. *Flos* rubro-purpureus, inodorus, conſpicuus, pedunculatus, racemo ſimplici, erecto, terminali. *Corolla* petala 5, oblonga, rotundata, ſub-æqualia, ſub-concava, patentia. *Nectarium* bipartitum, oblongum, nec turbinatum. *Filamenta* 2. *Capſula* infera, oblonga, 1-locularis, polyſperma.

Habitat cultum in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Angræcum Terreſtre primum. Rumph. Amb. l. 11. c. 10. tab. 52. fig. 1. Epidendrum Tuberoſum. Burm. Ind. pag. 190.

Sp. 2. EPIDENDRUM ENSIFOLIUM. *a.* Lan hoa. *c.* Hoa Lan tai.

Differ. ſpec. Ep. *caule* tereti, lævi: *foliis* enſiformibus, ſtriatis: *petalis* lanceolatis, glabris: *labio* recurvato, latiore. Lin. ſp. 26.

Hab. & notæ. *Planta* terreſtris, perennis, ſub-acaulis: *radicibus* faſciculatis, rectis, parvis. *Folia* radicalia, enſiformia, ſtriata, congeſta, erecta, glabra, duriuſcula, obſcuro-virentia. *Scapus* ſeſquipedalis, ſub-nudus, teres, tenuis, erectus, deſinens in racemum ſimplicem, laxum, erectum, oblongum. *Flos* pedunculatus, luteo-viridis, lineolis rubris virgatus, odoris ſuaviſſimi. *Calyx* ſpatha parva, acuta, 1-flora, perſiſtens. *Corolla* petala 5, lanceolata, plana, duo inferiora minora. *Nectarium* bipartitum: *labio* interiore oblongo, curvo, carnoſo, ſtaminifero: exteriore longiore, oblongo, undulato, reflexo, petalis maioribus æquali. *Filamenta* 2, brevia, elaſtica, nectario inſidentia. *Antheræ* ſimplices, lenticulares, operculatæ. *Germen* lineare, contortum, florem ſuſtinens. *Stylus* breviſſimus, ad apicem labii carnoſi nectarii intus adhærens. *Stigma* obſoletum. *Pericarpium* capſula oblonga, acutè trigona, 3-valvis, monolocularis, polyſperma: *ſeminibus* plurimis, ſcobiformibus.

Habitat curioſè cultum in hortis Chinæ, & Cochinchinæ. Gaudet aliquibus varietatibus, quarum ea, quæ emittit flores integrè albos, omnium pretioſiſſima; quia odorem ſuaviſſimum, quamvis tenuem, nocte ſpirat.

Osbeck. (Itin. ad Sinas) floris ſpatham pro bracteâ, & labium nectarii pro ſexto petalo habuit.

Obſerv. Genus Epidendrum 30 ſpeciebus ditatum apud Linnæum valdè obſcurum manet, nec juxta characterem nimis vagum elucubrari poteſt: quod cenſeri debet de Nectario turbinato. De aliis ſpeciebus alii autoptæ judicent: ego in binis acuratè obſervatis Nectarium turbinatum non inveni.

GE-

† GENUS IX. AERIDES.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha ovata, parva, perſiſtens.
Cor. Petala 5, ovata, plana, expanſa, ſub-æqualia.
Nectarium 2-phyllum: labio interiore horizontali, oblongo, carnoſo, concavo: exteriore operculiformi, incubante, hinc tubuloſo attenuato, aſcendente, inde dilatato, 3-fido, laciniis lateralibus obtuſis, mediâ conicâ, breviore.
Stam. Filamenta 2, brevia, elaſtica, apici nectarii interioris inſiſtentia. Antheræ totidem, lenticulares, operculatæ.
Piſt. Germen trigonum, tenue, incurvum, florem ſuſtinens. Stylus nullus. Stigma foſſula minuta ad baſim ſtaminum, ducens ad Germen.
Peric. Abortiens.
Nomen. Aerides dicitur, quaſi aeris filia, in quo naſcitur & nutritur.

Char. Gener. Monogyna. *Cor.* petala 5, ovata, plana. *Nectarii* labiura exterius claudens alterum.

† Sp. 1. AERIDES ODORATA. α Phaong lan. β Fûm lan.
Differ. ſpec. Aer. *foliis* linearibus, reflexis: *racemis* ſimplicibus, axillaribus.
Hab. *Planta* fruticoſa, paraſitica: *bulbis* radicalibus linearibus, longis, intricatis, plurimis. *Caulis* ſub-erectus, 1-pedalis. *Folia* linearia, emarginata, craſſa, magna, ſub-incurva, reflexa: *petiolis* brevibus, vaginantibus. *Flos* pallidus, ſub-carnoſus, ſuaveolens: *racemis* ſimplicibus, longis, reclinatis, axillaribus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ, arboribus inhærens, vel ex illis pendula.
Obſerv. Mirabilis hujus plantæ proprietas eſt, quod, ex ſylvis domum delata, & in aere libero ſuſpenſa, abſque ullo pabulo vegetabili terreo, vel aqueo in multos annos duret, creſcat, floreat, & germinet. Vix crederem, niſi diuturnâ experientiâ comprobaſſem.

Habitat prope Cantonem Sinarum, agreſtis.

Paſſiflora foliis palmatis, quinque-partitis, integerrimis: involucris cordatis, triphyllis. Hort. Cliff. pag. 432. Granadilla polyphylla, fructu ovato. Tournef. Inſt. pag. 241. ſp. 10.

HEXANDRIA.

† *GENUS XIII. BRAGANTIA.*

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Nullus

Cor. Monopetala, ſupera: tubo globoſo, 10-ſulcato: limbo parvo, 3-fido, reflexo, laciniis obtuſis, æqualibus.

Stam. Filamenta nulla. Antheræ 6, oblongæ, inflexæ, medio ſtylo in orbem adhærentes, exterius dehiſcentes.

Piſt. Germen lineare, inferum. Stylus craſſus, corollâ brevior. Stigma concavum, integrum, erectum.

Peric. Siliqua longa, quadrangularis, 4-valvis, 4-locularis, polyſperma.

Sem. oblonga, trigona, ſimplici ordine diſpoſita.

Nomen plantæ communicavit Auguſtiſſimæ Domus Brigantinæ Soboles, Dom. Joannes de Bragança, Lafoniæ Dux, Academiæ Regiæ Scientiarum Ulyſſiponenſis Præſes, decus, & columen.

Char. Gener. Monogyna. Cal. 0. Cor. ſupera, æqualiter 3-fida. Siliqua 4-locularis, 4-valvis.

† Sp. 1. BRAGANTIA RACEMOSA. α Hoa Den mpuc.

Differ. ſpec. Brag. *foliis* lanceolatis, integerrimis; *racemis* axillaribus.

Hab. Frutex 5-pedalis, ſub-erectus, ramoſus. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, venoſa, magna, alterna. *Flos* fuſco-ruber, racemis parvis, axillaribus.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

GENUS XIV. ARISTOLOCHIA.

Char. Gener. Hexagyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, lingulata, integra. *Capſ.* 6-locularis, infera. Lin. ſy. pl. G. [illegible]

Sp. 1. ARISTOLOCHIA INDICA. α Cây Khoai cá.

Differ. ſpec. Ar. *foliis* cordatis, acutiuſculis; *caule* volubili: *pedunculis* multifloris. Lin. ſp. 13.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, volubilis, teres, tenuis, multiplex, ramoſus, longus, intricatus. *Folia* cordata, oblonga, acuta, integerrima, glabra, petiolata, alterna. *Flos* fuſco-purpureus: *pedunculis* multifloris, axillaribus. *Calyx* nullus. *Corolla* ſupera, ligulata. *Antheræ* 6, *ſtylo* craſſo, breviſſimo inſidentia. *Capſula* ſub-rotunda, infera, hexagona, 6-locularis, polyſperma.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, maximè in montibus dictis *Nguon nhoung*.

Burm. Ind. pag. 191. Radix Puloronica. Rumph. Amb. l. 9. cap. 81. tab. 177. Ariſtol. Indica Odorata. Burm. Zeyl. pag. 32.

Virtus: radicis. Attenuans, Deobſtruens. Prodeſt in Colicâ, cibi inappetentia, febribus intermittentibus, obſtructionibus, hydrope. Sapor totius plantæ amarus. Odor tenuis.

OCTANDRIA.

† GENUS XV. PHAIUS.

Deſcriptio Naturalis.

Cal. Spatha ovato-lanceolata, magna, perſiſtens, 1-flora.

Cor. Petala 5, lanceolata, ſtriata, craſſa, expanſa, ſub-æqualia.

Nectarium 2-partitum: labium interius cymbæforme, carnoſum: exterius magnum, convolutum, ſub-infundibuliforme, margine reflexâ, undulatâ, baſi emarginatâ, appendiculatâ.

Stam. Filamenta nulla, præter membranam oblongam, horizontalem, rugoſam, coloratam, ſtyli baſi adhærentem. Antheræ 8, ſubovatæ, operculatæ, inæquales, dictæ membranæ bino ordine inſtratæ.

Piſt. Germ. oblongum, curvum, 6-ſulcatum, florem ſuſtinens. Stylus planus, brevis, inflexus, apici interioris nectarii inſiſtens. Stigma ſimplex: apex ejuſdem ſtyli coloratus.

Peric. Capſula oblonga, 6-lobata, curva, 1-locularis, polyſperma.

Sem. Plurima, ſcobiformia.

Nom. (Φαιὸς fuſcus) a colore floris ſub-nigro.

Char. Gener. Monogynus. *Cal.* ſpatha. *Cor.* petala 5, lanceolata, ſupera. *Nectar.* lab. convolutum, undulatum.

† Sp. 1. PHAIUS GRANDIFOLIUS. α Hác lon. β . . .

Differ. ſpec. Pha. *foliis* lanceolatis, plicato-ſulcatis: ſcapo nudo, polyfloro.

Hab.

Hab. *Planta* terreſtris, *caule* ſeſquipedali, ſimpliciſſimo, tereti, craſſo, erecto. *Folia* lato-lanceolata, magna, plicato-ſulcata, glabra, erecta, pauca, amplexicaulia. *Scapus* nudus, teres, polyflorus, caulem æquans. Color floris a facie ſub-niger, a tergo albiſſimus. Odor nullus.

Habitat cultus in hortis Cochinchinæ, & Chinæ, pulchritudine floris æſtimabilis.

DECANDRIA.

GENUS XVI. HELICTERES.

Char. Gener. Pentagyna. *Cal.* 1-phyllus, obliquus. *Petala* 5. *Nectarium* foliolis 5. *Capſ.* 5, intortæ. Lin. ſy. pl. G. 1114.

Sp. 1. HELICTERES ANGUSTIFOLIA. ſ Sān chí mà.

Differ. ſpec. Hel. *foliis* lanceolatis, integerrimis: *fructu* ovato, recto. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 5-pedalis, erectus, ramoſus. *Folia* lanceolata, integerrima, facie nitida, tergo venoſa, tomentoſa, petiolata, alterna. *Flos* dilutè purpureus, pedunculis 2-floris, axillaribus. *Calyx* tubo longo, curvo: limbo brevi, 4-fido, laciniâ ſummâ emarginatâ. *Corolla* petala 5, rotundata, parva, ad baſim denticulo aucta. *Filamenta* 10, breviſſima, omnia in tubum longum coalita, vel, ſi velis, tubo inſiſtentia: *antheris* incumbentibus. *Stylus* 1; ſub-æqualis ſtaminibus. *Capſulæ* 5, coalitæ in unam oblongo-ovatam, rectam, pedicellatam: ſeminibus plurimis, angulatis.

Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

Osbeck. It. ad Sinas.

† Sp. 2. HELICTERES HIRSUTA. α Cây dôi Chôn.

Differ. ſpec. Hel. Decandra: *foliis* cordatis, ſerratis: *fructu* 5-loculari, recto, hirſutiſſimo.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 6-pedalis, erectus, teres, piloſus: *ramis* diffuſis. *Folia* ſub-cordata, apice acuta, ſerrata, tomentoſa, alterna, petiolata, magna. *Flos* obſcuro-purpureus: *pedunculis* polyfloris, axillaribus. *Calyx* 1-phyllus, tubo longo, curvo, piloſo, colorato: limbo brevi 4-fido, laciniâ ſupremâ emarginatâ. *Corolla* petala 5, turbinato-oblonga, inæqualia, conniventia, ſupra baſim denticulo appendiculata ex utrâque parte: *unguibus* longis receptaculo inhærentibus. *Filamenta* 10, brevia, ſub-æqualia, omnia in tubum longum, curvum, receptaculo inſidentem inferius terminata:

ta : *antheris* ovatis, bilocularibus, incumbentibus. *Germen* ovatum, 5-gonum, ſuperum, pedicello longo ad os tubi ſtaminei elevatum. *Stylus* filiformis, tenuis, longior ſtaminibus, germinis apici inſiſtens. *Stigma* craſſiuſculum, minimum. *Pericarpium* Capſula oblonga, pedunculata, 5-valvis, 5-locularis, polyſperma, obtuſa, recta, hirſutiſſima, pilis longis ramoſis, duriuſculis, plurimis. *Semina* oſſea, angulata.

Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ.

Obſerv. In hâc, & præcedente ſpecie ſtamina non ſunt Gynandra, ſed potius Monadelpha : nec pedicellus elevans germen (ab ſtaminibus prorſus liber) pro receptaculo haberi poteſt.

† Sp. 3. HELICTERES UNDULATA. α Cây Uôi deñ lá.

Differ. ſpec. Hel. Decandra : *foliis* lanceolatis, undulatis : *floribus* congeſtis : *Siliquis* 5, ſtellatis.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris : *ramis* patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, undulata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* parvus, rubro-viridis, congeſtus, ſub-terminalis. *Calyx* nullus. *Corolla* 5-petala. *Antheræ* 10, ſeſſiles, biloculares, germini ad baſim inſiſtentes. *Germen* pentagono-rotundum, pedunculatum, ſuperum. *Stylus* filiformis, reflexus. *Stigma* orbiculatum, 5-partitum. *Pericarpium* ſiliquæ 5, oblongæ, craſſæ, coccineæ, ſuperius rectæ, ſubtus convexæ, in formam ſtellæ horizontaliter ordinatæ. *Semina* pauca, ovata, lævia, fuſca, carnoſa, utrique valvæ pedicellis propriis adhærentia.

Habitat in Sylvis Cochinchinæ.

† Sp. 4. HELICTERES PANICULATA. α Cây Uôi tlòn lá.

Differ. ſpec. Hel. Polyandra : *foliis* ovatis, acutis : *flore* paniculato : *ſiliquis* 5, ſtellatis.

Hab., & notæ. Arbor magna : *ramis* patentibus. *Folia* ovata, ſubacuminata, integerrima, plana, glabra, alterna, petiolata. *Flos* rubeſcens, paniculis laxis, ſub-terminalibus. *Calyx* nullus. *Corolla* 5-petala, patentiſſima. *Antheræ* ſeſſiles ultra 20, medio germini lateraliter adhærentes. *Stylus* filiformis, curvatus : *ſtigmate* convexo, emarginato. *Siliquæ* 5, oblongæ, bivalves, rubræ, polyſpermæ, in orbem radiatæ.

Habitat in Sylvis Cochinchinæ.

PO-

POLYANDRIA.

GENUS XVI. POTHOS.

Char. Gener. *Spatha. Spadix* ſimplex. *Cal.* o. *Petala* 4, *Stam.* 4. *Baccæ* 2-ſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 1122.

Sp. 1. POTHOS SCANDENS. α Cây Ráy leo.
Differ. ſpec. Pot. *petiolis* latitudine foliorum : *caule* radicante. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Planta* ſub-paraſitica, perennis : *radice* terreſti : *caule* tereti, longo, multiplici, parum ramoſo, per arbores adrepente, *radiculis* lateralibus, brevibus, tenuibus. *Folia* oblonga, acuta, integerrima, glabra : *petiolis* longis ſemiamplexicaulibus, alternis, membranaceis. *Flos* pallidus, ſpadice oblongo, terminali, toto floſculis tecto : *ſpathâ* communi : *perianthio* nullo : *corollâ* 4-petalâ. *Stamina* plerumque 4, *Bacca* rubra, ſub-ovata, ſuccoſa, parva. 1-2-ſperma. Folia multo latiora ſunt petiolis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Adpendix arborum. Rumph. Amb. l. 9. cap. 86. tab. 181. fig. 2.
Obſerv. Adpendix duplo folio (Rumph. Amb. l. 9. pag. 490. tab 184. fig. 1. 2. 3.) tanquam Pothos Scandens a Linnæo hoc loco citatur : quæ planta non eſt Pothos, ſed Flagellaria Repens : prout jam ſupra diximus Claſſe ſextâ, Genere 26. ſp. 2. ubi videri poteſt.

GENUS XVIII. CALLA.

Char. Gener. *Spatha* plana. *Spadix* tectus floſculis. *Cal.* o. *Pet.* o. *Bacca* polyſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 1121.

† Sp. 1. CALLA OCCULTA. α Cây Ội.
Differ. ſpec. Cal. *foliis* cordato-ovatis : *Spatha* ſpirali : *ſpadice* ſupernè maſculo.
Hab., & notæ. *Planta* 1-pedalis, perennis, ſub-acaulis. *Folia* cordata, ovata, glabra, multa, diffuſa, petiolis longis, canaliculatis, baſi dilatatis, interiores amplectentibus. *Spatha* longa, plana, in helicem voluta, flores (etiam in matureſcentiâ) occludens. *Spadix* oblongus, totus tectus floſculis, inferius mixtis, ad apicem maſculis. *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Filamenta* brevia, ſparſa. *Stigma* concavum, 3-fidum, ſeſſile. *Bacca* 3-loba, 3-locularis, polyſperma, lutea.
Habitat loca humida Cochinchinæ.

Dra-

Dracunculus Amboinicus, Anappur alba? Rumph. Amb. l. 8. c. 88. tab. 111. fig. 2.

GENUS XIX. ARUM.

Char. Gener. *Spatha* monophylla, cucullata. *Spadix* ſupra nudus, infernè fœmineus, medio ſtamineus. Lin. ſy. pl. G. 1119.

Sp. 1. ARUM DRACONTIUM. α Củ Chŏóc: Bán hạ. β Puón hía.

Differ. ſpec. Ar. *foliis* pedatis: *foliolis* lanceolatis, integerrimis, ſuperantibus ſpatham ſpadice breviorem. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Planta* 8-pollicaris, acaulis, annua: *radice* perenni, bulbo ſub-rotundo, ſolido, extra, & intus albo, lævi. *Folia* pedata, petiolata, erecta: *foliolis* lato-lanceolatis, integerrimis, plerumque ternis. *Spadix* generis proprius, ſubulatus, tenuis, tam ſpathâ, quam foliis longior.

Habitat incultum in hortis, & agris Cochinchinæ, & Chinæ.

Ar. Dracontium, acaule, foliis pedatis, receptaculo ſpathâ longiore. Thunb. Japon. pag. 233. Arum, ſive Ariſarum Virginianum, Dracontii folio, pene viridi, longo, acuminato. Pluk. Almag. pag. 52. tab. 271. fig. 2.

Virtus: radicis. Exſiccans, Aperiens, Incidens. Prodeſt validè in morbis pituitoſis: quod frequenti uſu a Medicis indigenis probatum. Ut mitius operetur, ſublatâ nimiâ acrimoniâ, per coctionem, vel infuſionem in aquâ Zingiberis obtinetur, & leviter ad ignem torretur.

Sp. 2. ARUM TRIPHYLLUM. β Puón hia. α Bán hạ taù.

Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* ternatis: *floribus* monoicis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Planta* 10-pollicaris, acaulis, annua: bulbo ſub-rotundo, albo, perenni. *Folia* lanceolata, ternata. *Spatha*, & *ſpadix* ut præcedentis. *Spica* unica, floſculis inferioribus fœmineis, ſuperioribus maſculis. A ſuperiore differt foliolis diſtinctis, non pedatis: bulbo radicis minore, ac magis globoſo, ſimulque virtute Medicâ fortiore.

Habitat incultum in Chinâ, & Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 233. Arum, ſive Ariſarum minus triphyllum. Pluk. Amalth. pag. 39. tab. 376. fig. 3.

Sp. 3. ARUM PENTAPHYLLUM. β Tièn năn sīn. α Nam tinh taû.

Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* quinatis. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Planta* 1-pedalis, ſub-cauleſcens, erecta, annua: *radice* perenni, bulbo albo, compreſſo-rotundo. *Folia* quinata, lanceo-

ceo-

ceolata, integerrima, glabra. *Spatha*, ſpadix, floſculi generis proprii.
Habitat incultum in Chinâ.
Burm. Ind. pag. 192. Ar. Pentaphyllum Indicum. Moriſ. hiſt. 3. pag. 540. tab. 5. fig. 27.
Virtus: radicis. Calefaciens, Attenuans, Deobſtruens. Prodeſt in Epilepſiâ, Convulſionibus, Uteri obſtructionibus: humores craſſos incidit: morſibus animalium venenatis medetur.

Sp. 4. ARUM TRILOBATUM. α Nam tinh.
Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* ſagittato-trilobis: *flore* ſeſſili. Lin. ſp. 10.
Hab., & notæ. *Planta* 1-pedalis, acaulis, erecta, annua: *radice* perenni, bulbo ſub-rotundo, compreſſo, glabro, ſemipollicari. *Folia* baſi cordata, 3-loba, magna, pauca, lobis ovatis, ſub-acutis: *petiolis* longis, angulatis, ſtriatis, baſi dilatatis, concavis. *Scapus* foliis brevior. *Spatha* latiſſima, plana, acuminata, fuſco-rubra. *Spadix* ſub-ſeſſilis, ſubulatus, ſpathâ brevior, apice maſculus, baſi fœmineus, in medio conſitus villis plurimis, longis, flexuoſis, rubris.
Habitat in Cochinchinâ.
Ariſarum Amboinicum. Rumph. Amb. l. 8. c. 86. tab. 110. fig. 2. Arum trilobato folio humilius, & minus, Zeylanicum. Herman. Parad. Bat. pag. 79. tab. 78.
Virtus: rad. Attenuans, Incidens, ferè eadem, quæ Ari Pentaphylli.

Sp. 5. ARUM SAGITTIFOLIUM. α Rây tiá. β Tái hei thâu.
Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* ſagittatis, triangulis: angulis divaricatis, acutis. Lin. ſp. 11.
Hab., & notæ. *Planta* perennis, acaulis, 4-pedalis, erecta. *Folia* ſagittata, baſi bifidâ, divaricata, angulis omnibus acutis, fuſco-viridia, magna: petiolis teretibus, rubro, & nigro maculatis. *Spatha* longa, cucullata. *Spadix* clavatus, brevior. *Scapi* breviores petiolis.
Habitat cultum, incultumque in Cochinchinâ, & Chinâ.
Arum acaule, foliis ſagittatis, triangulis, acutis: angulis extrorſum flexis. Cliff. pag. 345. ſp. 3. Arum minus, ſagittariæ foliis ex inſulâ Barbados. Pluk. Phyt. tab. 149. fig. 2.
Uſus eſculentus, minus frequens, quamvis cæteris mitius

Sp. 6. ARUM COLOCASIA. α Rây Bac hà.
Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* peltatis, ovatis, repandis, baſi emarginatis. Lin. ſp. 5.

Hab.,

Hab., & notæ. *Planta* perennis, acaulis, 5-pedalis: *radice* magnâ, oblongâ, baſi rotundatâ. *Folia* peltata, ovata, ſub-acuminata, repanda, marginata, cinerea, magna, baſi ſemibifidâ, rotundatâ: *petiolis* craſſis, erectis, ſub-teretibus, albicantibus, inferius dilatatis. *Scapus* brevis, ſpathâ ſubulatâ, reflexâ, planâ. *Spadix* ſubulatus, ſpathâ brevior, floſculis Ari propriis.

Habitat cultum in Cochinchinâ.

Arum Ægyptium, & Caladium ſativum. Rumph. Amb. l. 8. c. 84. tab. 109. Arum maximum, Ægyptium, quod vulgo Colocaſia. Bauh. Pin. pag. 195. n. 6.

Uſus. Eſca eſt ſalubris, & frequens, quamvis non delicata. Radix, & petioli cocti, folia tenera etiam cruda eduntur.

Sp. 7. ARUM ESCULENTUM. α Cày Môn. β Hài Yú.

Differ. ſpec. Ar. *foliis* ovatis, peltatis, integerrimis: baſi emarginatis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Planta* perennis, acaulis, 3-pedalis: *radice* bulbo magno, ſub-ovato, fuſco, ſolido: bulbis parvulis lateraliter accreſcentibus. *Folia* peltata, ovata, integerrima, glabra, lætè viridia: baſi ſemibifidâ, ſub-rotundâ: *petiolis* teretibus, ad baſim dilatatis, interiores amplectentibus. *Spatha* recta, patens, non cullata. *Spadix* brevior, apice nudus, baſi fœmineus, medio maſculus.

Habitat frequentiſſimè in Cochinchinâ, & Chinâ, maximè ad ripas fluminum, & paludum margines in aquâ non profundâ.

Thunb. Jap. pag. 234. Caladium aquatile, Kelady Xula. Rumph. Amb. l. 8. c. 85. tab. 110. fig. 1.

Uſus. Cibus eſt communiſſimus in utroque regno. Radix, & petioli teneriores eduntur ſemper cocti. Folia cum ſale contuſa tumores magnos reſolvunt: contra morſus venenatos proficiunt.

Sp. 8. ARUM MACRORRHIZUM. α Rây tláng. β Dea vû.

Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* peltatis, cordatis, repandis: baſi bipartitis. Lin. ſp. 7.

Hab., & notæ. *Planta* perennis, acaulis, 3-pedalis: *radice* ſimplici, longâ, obliquâ. *Folia* cordata, repanda, peltata, baſi bipartita, ſub-rotunda. *Spatha* cucullata, brevis. *Spadix* totus tectus, supernè maſculus, infernè fœmineus. *Bacculæ* ſub-rotundæ, rubræ.

Habitat loca plana, præſertim humida in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 192. Arum Zeylanicum macrorrhizon. Burm. Zeyl. p. 34.

Sp. 9. ARUM ARISARUM. α Rây hoang.

Differ. ſpec. Ar. acaule, *foliis* cordatis oblongis: *ſpathæ* aperturâ ovatâ. Lin. ſp. 15.

Hab., & notæ. *Planta* perennis, ſeſquipedalis: *radice* oblongâ, craſſâ. *Folia* oblonga, ſub-acuta, baſi cordata, aperturâ rotundatâ ad apicem petioli perductâ. *Spatha* erecta, supernè integra, cucullata, inflexa, foliis brevior. *Spadix* curvatus. *Bacculæ* 1-ſpermæ, rubræ.

Habitat in ſylvis, & ſepibus Cochinchinæ.

Ariſarum Latifolium maius. Bauh. Pin. pag. 196. n. 1. Hill. Brit. herb. pag. 336. tab. 49. fig. 11.

† Sp. 10. ARUM INDICUM. α Ráy Cáy.

Differ. ſpec. Ar. Cauleſcens, ſub-erectum: *foliis* ovatis, baſi bifidis, rotundatis: ſpadicibus axillaribus.

Hab., & notæ. *Caulis* perennis, 5-pedalis, brachium craſſus, plerumque erectus. *Folia* maxima, ovata, ſub-acuminata, baſi bifida, rotundata, coſtis multis, tranſverſis, parallelis: *petiolis* longis, ſubulatis, erectis, amplexicaulibus. *Spathæ* axillares, parvæ, acutæ, rectæ, convolutæ. *Spadix* ſubulatus, erectus: floſculis fœmineis ad baſim inſertis: *baccis* ſub-rotundis, pallidis, parvis.

Habitat cultum in Cochinchinâ. Ejus caulis elixus eſculentus eſt.

Arum Indicum ſativum. Rumph. Amb. l. 8. cap. 81. tab. 106.

† Sp. 11. ARUM CUCULLATUM. β Chim mī vú.

Differ. ſpec. Ar. *Cauleſcens*, erectum: *foliis* peltatis, cordatis, auriculis cucullatis.

Hab., & notæ. *Planta* perennis, *caule* erecto, 2-pedali: *radice* carnoſâ, magnâ, tereti, ſimpliciſſimâ. *Folia* peltata, cordata, acuminata, baſis auriculis concavis: *petiolis* longis, teretibus. *Spadix* brevis, ferè totus tectus floſculis. Fœminei ad baſim: *baccis* 4-ſpermis.

Habitat in Suburbiis Cantonienſibus.

CLAS-

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

1. ZANNICHELLIA. Maſc. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Piſt.* 4. *Sem.* 4.

† 2. NYMPHANTHUS. Maſc. *Cal.* multiplex. *Cor.* nulla.
Fœm. *Cal.* multiplex. *Cor.* nulla. *Stigm.* 3. *Fructus* 3-locularis, 2-ſpermus.

† 3. POLYPHEMA. Maſc. *Spathæ* lunatæ, claudentes *ament.* ovatum, ſolidum, floſculis tectum. *Periant.* o. *Cor.* o.
Fœm. *Spathæ*, & *Am.* ut Maſc. Periant. o. Cor. o. *Styl.* 1. *Bacca* 1-ſperma, partialis.

† 4. MORELLA. Maſc. *Cal.* Amenti. *Cor.* o. *Anthera* ſeſſilis.
Fœm. *Cal.* Am. *Cor.* o. *Stigm.* 2. Drupa.

5. CASUARINA. Maſc. *Cal.* Amenti. *Cor.* Squamulæ bipartitæ.
Fœm. *Cal.* Am. *Cor.* o. *Styl.* 2-fidus. *Strobilus.*

DIANDRIA.

6. LEMNA. Maſc. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Capſ.* 1-locularis.

TRIANDRIA.

7. ZEA. Maſc. *Gluma* 2-flora. *Gluma* 2-valvis.
Fœm. *Gluma.* 1-flora. *Gluma* 2-valvis. *Styl.* 1. *Sem.* 1, nudum, ſub-rotundum.

8. COIX. Maſc. *Gluma* 2-flora. *Gluma* 2-valvis.

Fœm.

Fœm. *Gluma* 2-flora. *Gluma* 2-valvis. *Styl.* 2-fidus. *Sem.* 1, cortice oſſeo.

9. OLYRA. Maſc. *Gluma* 1-flora. *Gluma* 2-valvis. Fœm. *Gluma* 1-flora. *Gluma.* 2-valvis. *Styl.* 2-fidus. *Sem.* 1, nudum.

10. TYPHA. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. Fœm. *Cal.* capillaris. *Cor.* o. *Styl.* 1. *Sem.* 1, pappigerum.

† 11. RHAPHIS. Maſc. *Involucrum* 3-florum. *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* Gluma 2-valvis. Fœm. *Invol. Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* Gluma 2-valvis, una ariſtata. *Styli* 2. *Sem.* 1, oblongum.

12. PHYLLANTHUS. Maſc. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Fructus* 3-locularis.

TETRANDRIA.

13. BUXUS. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 2-petala. Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-locularis.

14. MORUS. Maſc. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Sem.* 1, baccatum.

15. CICCA. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 4. *Bac.* 4-ſperma.

† 16. TRICARIUM. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. Fœm. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Stigma* laciniatum. *Drupa* 3-locularis.

17. URTICA. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Nectar.* Cyathiforme. Fœm. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* o. *Stigm.* villoſum. *Sem.* 1, ovatum.

PENTANDRIA.

† 18. POLYCHROA. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.

Fœ-

Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stigma* 1. *Capſ.* 1-ſperma.

19. AMARANTHUS. Maſc. *Cal.* propr. 5-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 3, vel 5.
Fœm. *Cal.* idem. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* circumſciſſa.

† 20. HEXADICA. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 6. *Capſ.* 6-locularis.

† 21. TREMA. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 2. *Drupa* foraminoſa.

22. XANTHIUM. Maſc. *Cal.* comm., polyphyllus. *Cor.* 5-fida. *Filam.* connexa.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* o. *Styli* 2. *Drupa* 2-locularis.

† 23. VANIERIA. Maſc. *Receptac.* commune. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Receptac.* idem. *Cal.* ut Maſc. *Cor.* o. *Styl.* 1, *Sem.* 1. nudum.

HEXANDRIA.

† 24. NEPHROIA. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 6. *Drupæ* 6, reniformes.

25. COCOS PALMA. Maſc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 3. *Drupa* trigona, cortice fibroſo.

POLYANDRIA: *Stam. plura, quam* 7.

26. ARECA PALMA. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 9, ſive plura.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Piſt.* 1. Drupa ovata, ſolida.

27. CARYOTA PALMA. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* plurima.
Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 2-fidum. *Drupa* globoſa, ſolida.

28. SA-

28. SAGITTARIA. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 24 circiter.
Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Piſtilla* 100. *Semina* numeroſa.

29. FAGUS. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 12 circiter.
Fœm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capſ.* 2-ſperma.

30. QUERCUS. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 10 circiter.
Fœm. *Cal.* integer. *Cor.* 0. *Styli* 5. *Glans* coriacea.

31. JUGLANS. Maſc. *Ament.* imbricatum. *Cor.* 6-partita. *Stam.* 18 circiter.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Styli* 2. *Drupa* coriacea.

† 32. CLADODES. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 8.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-locularis.

† 33. PHYLLAUREA. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 30 circiter.
Fœm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis.

† 34. TRIDESMIS. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 20.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* in 3 faſciculos collecti. *Capſ.* 3-locularis.

† 35. TRIPHACA. Maſc. *Cal.* 0. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 15.
Fœm. *Cal.* 0. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 1. *Legumina* 3.

† 36. DIAPHORA. Maſc. *Cal.* Gluma 2-flora. 3-valvis: intima ariſtata. *Cor.* Gluma 2-valvis, mutica. *Stam.* 10.
Fœm. *Cal.*, & *Cor.* ut Maſc. *Stigm.* 3, ſeſſilia. *Sem.* 1, triquetrum.

MONADELPHIA.

37. PINUS. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* plurima.

Fœm.

Fœm. *Ament.* ſtrobilaceum. *Cor.* o. *Piſt.* 2. *Nuces* 2, alatæ.

38. CUPRESSUS. Maſc. *Amentum.* Cor. o. *Antheræ* 4, ſeſſiles.
Fœm. *Ament.* ſtrobilac. *Cor.* o. *Stigm.* 2. *Nux* angulata.

39. THUJA. Maſc. *Amentum.* *Cor.* o. *Antheræ* 4.
Fœm. *Ament.* ſtrobilac. *Cor.* o. Piſt. 2. *Nux* cincta alâ.

40. CROTON. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala: *Stam.* 15.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca.

41. RICINUS Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* multa.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſula* 3-cocca.

42. JATROPHA. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 10.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca.

43. STERCULIA. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 15 circiter.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Capſ.* 5-locul.

† 44. VERNICIA. Maſc. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10.
Fœm. *Cal.* ? *Cor* ? *Stigma* obtuſum, 3-fidum. *Drupa*, nuce 3-loculari.

SYNGENESIA.

45. TRICHOSANTHES. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida, cincinnata. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida, cincinnata. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* oblongum.

46. MOMORDICA. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-fidus *Cor.* 5-fida. *Styl.* 3-fidus. *Pomum* elaſticum.

47. CUCUMIS. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 3-fi-

3-fidus. *Pomum* : *ſeminibus* argutis.

48. CUCURBITA. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Styl.* 3- fidus. *Pomum* : ſem. marginatis.

49. BRYONIA. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Styl.* 3-fidus. *Bacca.*

50. MURICIA. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5. partitus. *Cor.* 5-petala. *Styl.* ſub-integer. *Bacca* : *ſemin.* orbiculatis.

MONANDRIA.

GENUS I. ZANNICHELLIA.

Char. Gener. Maſculi. *Cal.* 0. *Cor.* 0.
Fœminei. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0. *Germina* circiter 4. *Sem.* totidem. Lin. ſy. pl. G. 1124.

† Sp. 1. ZANNICHELLIA TUBEROSA. α Mach môn nam.
Differ. ſpec. Zan. *foliis* enſiformibus, radicalibus: *floribus* ſpicatis: *radice* tuberoſâ.

Hab., & notæ. *Planta* perennis: caule nullo. *Radix* tuberibus plurimis, faſciculatis, oblongis, utrinque acutis, albis. *Folia* enſiformia, $1\frac{1}{2}$-pedalia, plana, ſtriata, obſcuro-viridia, glabra, ſeſſilia. *Scapus* teres, nudus, erectus, foliis brevior: *ſpicâ* ſimplici, longâ. *Flos maſculus* apetalus, *ſtamine* unico, *calyce* nullo. *Fœmineus* in eâdem ſpicâ, *calyce* 1-phyllo, 6-partito. *Baccæ* ovato-oblongæ, monoſpermæ.

Habitat loca humida Cochinchinæ, non frequens.

† GENUS II. NYMPHANTHUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 4-fidum, laciniis ſub-rotundis, patentibus.

Cor. nulla.

Stam. Filamentum 1, craſſum, ſubulatum, calyci æquale. Anthera ovata, magna, 4-locularis, erecta. Glandulæ 4, orbiculatæ ad baſim ſtaminis.

* *Fœmineus flos* in eodem ramo.

Cal. Perianthium 6-phyllum, inferum, perſiſtens: *foliolis* ovatis, patentibus.

Cor. nulla. Nectarium 6-fidum, laciniis emarginatis, marcidis.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus 1, craſſus, calyce longior. Stigmata 3, bifida.

Peric. Capſula compreſſo-rotunda, obtuſè trigona, trilocularis, biſperma.

Sem. hinc gibba, inde angulata.

Nom. (Νυμφη ſponſa: ἄνθος flos.) ob flores in variis ſpeciebus ſic diſpoſitos, ut ſinguli ſingulis deſponderi videantur, Fœminei Maſculis.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* multiplex. *Cor.* o. *Stamen* 4-6-loculare.
Fœm. *Cal.* multiplex. *Cor.* o. *Fructus* 3-locularis, 2-ſpermus.

† Sp. 1. NYMPHANTHUS SQUAMIFOLIA. Cây Bay oúc.

Differ. ſpec. Nymph. *foliolis* ſub-rotundis, imbricatis: *floribus* ſolitariis.

Hab. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus: *cortice* fuſco, craſſo, fiſſo: *ligno* duriſſimo, gravi, fuſco-rubro. *Folia* alternatim-pinnata, plurimi-juga: *foliolis* ſub-rotundis, minimis, ſub-ſeſſilibus, imbricatis. *Flos* axillaris, ſolitarius, minimus: *pedunculis* brevibus, retro curvatis, fœminæ craſſioribus, brevioribus, in eodem ramo, ſparſis. *Capſula* 3-valvis, 3-locularis, 2-ſperma.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

Uſus. Lignum ad ædificandum idoneum.

Virtus: foliorum, florum, & fructuum. Reſolvens, Emolliens, Anodyna. Uſus præcipuè in affectionibus pectoris, renum, ac veſicæ.

† Sp. 2. NYMPHANTHUS PILOSA. α Cây Bot mùoi.

Differ. ſpec. Nymph. *foliolis* ovatis, acutis, utrinque piloſis: *floribus* geminis: *fructu* baccato, axillari.

Hab. & notæ. *Arbor* mediocris, ramoſiſſima, expanſa. *Folia* alternè pinnata: *foliolis* ovatis, ſub-acuminatis, integerrimis, utrinque piloſis. *Flos* geminus, apetalus, Maſculus, & Fœmineus in eâdem axillâ. *Maſculi calyx* 6-phyllus, foliolis lanceolatis, erectis. *Anthera* 1, ovalis, ſeſſilis, 6-locularis. *Fœminei calyx* ſimilis. *Stylus* craſſus, brevis: *ſtigmatibus* 3, longiuſculis, erectis. *Bacca* parva, compreſſo-rotunda, 6-loba, 3-locularis, 2-ſperma.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 3. NYMPHANTHUS CHINENSIS. β Siong chu tsao.

Differ. ſpec. Nymph. *foliis* oblongis, acuminatis: *floribus* ſub-ternis, Maſculis inferioribus: *caule* fruticoſo.

Hab. & notæ. *Caulis* fruticoſus, 4-pedalis, erectus, ramoſiſſimus. *Folia* oblonga, acuminata, integerrima, tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* uterque apetalus, lateralis, 1-3-natus, *maſculus* inferior, pedunculis longioribus. *Anthera* 6-locularis. *Stylus* nullus. *Germen* apice pertuſum loco ſtigmatis. *Bacca* 3-locularis, 2-ſperma.

Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

† Sp. 4. NYMPHANTHUS RUBRA. α Cây Do dot.

Differ. ſpec. Nymph. *foliolis* ovatis, glabris: *floribus* axillaribus, congeſtis, mixtis. *Fructu* capſulari.

Hab.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus, ramulis rubris. *Folia* alternè pinnata, multi-juga: *foliolis* ovatis, integerrimis, glabris. *Flos* apetalus, congeſtus, mas, & fœmina in eâdem axillâ. *Maſculi calyx* cyathiformis, 6-fidus, laciniis brevibus, rotundatis, patentibus. *Filamentum* 1, cylindraceum, craſſum. *Antheræ* 3, biloculares, oblongæ, filamento parallelæ, in longitudinem adhærentes. *Fœminæ calyx* rotatus, 6-fidus, coloratus, laciniis rotundatis, undulatis. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, bifida, reflexa. *Capſula* ſub-rotunda, 3-valvis, 3-locularis, 2-ſperma.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Sp. 5. NYMPHANTHUS NIRURI. *a* Cây Chó đẻ.

Differ. ſpec. Nymph. *caule* herbaceo: *foliolis* ovato-oblongis: *floribus* geminis, pedunculis retortis: *fructu* capſulari.

Habitus, & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 2-pedalis, teres, ramis paucis, erectis. *Folia* alternatim pinnata, multi-juga: *foliolis* ovato-oblongis, integerrimis, obtuſis, glabris, pallidè virentibus, minuſculis. *Flos* 2-natus, mas, & fœmina in eâdem axillâ: *pedunculis* poſt terga foliorum retortis. *Corolla* utriuſque nulla. *Calyx* uterque campanulatus, patens, 5-partitus, laciniis lanceolato-ovatis, coloratis. *Filamentum* 1, craſſum, calyce brevius: *antheris* 3, bilocularibus, ſub-rotundis. *Nectarium* glandulis 5, circundantibus ſtamen. *Fœminæ nectarium* nullum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, bifida, reflexa. *Capſula* ſub-rotunda, 3-locularis, 3-valvis, 2-ſperma.

Habitat inculta in hortis, & agris Cochinchinæ.

Phyllanthus Niruri. Lin. ſy. pl. v. 4. pag. 121. ſp. 2. Herba mœroris alba. Rumph. Amb. l. 10. c. 30. tab. 17. fig. 1. Urinaria Indica, erecta, vulgaris. Burm. Zeyl. pag. 230. tab. 93. fig. 2.

Virtus. Urinam, & menſes violenter promovet, nec ſatis tutò. Rumphius, loco citato, prædicat hujus herbæ virtutem contra dyſenteriam, colicam, epilepſiam puerorum, convulſiones, & alios morbos: pro quo fide-juſſor non ſtabo.

Obſerv. Cum præcedentes 5 ſpecies Nymphanthi ſemper Monandras obſervaverim, huic ordini potius abſcribendas cenſui, quam Phyllantho adjungere, quæ in Monoeciâ Triandriâ militat; neque enim placere poſſunt Genera, quæ paſſim in charactere eſſentiali deficiunt, quamvis alioquin habitu, & aliis notis conveniant. In noſtris fructus conſtanter invenitur trilocularis, biſpermus. Flos ſemper apetalus: calyce quidem variante, numero nunc polyſido, nunc polyphyllo, quod indicare volui termino *calyx multiplex*, cum alius clarior non occurreret. Maiorem varietatem invenimus apud Auctores in deſcriptione Phyllanthi: Emblicam, & Urinariam in eodem genere, & ordine ſervamus, quia Triandras invênimus.

† GE-

† GENUS III. POLYPHEMA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Spatha 1-phylla, acuta, lunata, includens Amentum ovatum, ſolidum, muricatum, floſculis tectum: aliis ſpathis, & amentis ſucceſſivè gravida.

Perianthium proprium nullum.

Cor. nulla.

Stam. Filamentum 1, ſubulatum, breve, inſidens receptaculo proprio, brevi, carnoſo, turbinato, 4-6-angulato. Anthera ſub-rotunda, bilocularis.

* *Fœminei flores in diverſis Amentis ejuſdem plantæ.*

Cal. ut Maſc.

Cor. nulla.

Piſt. Germen oblongum, angulatum, inferum, Amento occultum. Stylus ſubulatus, brevis, patens extra Amentum. Stigma ſimplex.

Peric. Bacca ovata, maxima, compoſita ex baccis partialibus, turbinatis, angulatis, 1-ſpermis, receptaculo communi, tereti affixis: intermixtis ligulis pluribus coriaceis, ſub-æqualibus, ex germinibus abortientibus reſiduis.

Sem. 1, oblongo-ovatum, muticum, cortice tenui obductum.

Nom. Polyphemam dixi a giganteâ Baccæ magnitudine: cujus ſtamen unicum in mare, & piſtillum in fœminâ quaſi monoculam faciunt.

Char. Gener. Maſc. *Spatha* lunata, continens Amentum ovatum, ſolidum, floſculis tectum. *Perianthium* o. *Cor.* o.
Fœm. Spatha, & Ament. ut Maſc. *Perianth.* o. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Bacca* partialis 1-ſperma, incluſa.

† Sp. 1. POLYPHEMA JACA. α Cây Mít β Tă xú: Po lò mat.

Differ. ſpec. Pol. *foliis* ovalibus, integerrimis, alternis, lævibus.

Hab. *Arbor* magna: *cortice* ſcabro, craſſo, fuſco: *ramis* tortuoſis, longis, ſub-aſcendentibus. *Folia* ſub-ovalia, ſub-acuminata, integerrima, glabra, alterna, petiolata, ſemipedem longa, plana, nitida, coſtis tranſverſis, parallelis. *Amentum*, floſculis matureſcentibus, 4 pollices longum, obtuſum, ſcabrum, obſcuro-viride: *Maſculum* deciduum: *Fœmineum* in baccam compoſitam excreſcit, ſubovatam, inæqualem, muricatam, ſæpe binos pedes longam, unum, & amplius latam: cortice craſſo, carnoſo, fuſco-viridi. *Baccæ* partiales intus clauſæ 200, vel plures, flavæ, carnoſæ, dulces, odo-

odoræ, edules. Fructus pedunculis brevibus, craſſis pendentes ab imo trunco, uſque ad maiores ramos. Omnes arboris partes manant humore albicante, tenaciſſimo.

Habitat frequentiſſimè culta in totâ Cochinchinâ: raro in Chinâ.

Jaca. A-Coſta. Aromat. cap. 40. Apud Cluſ. Exot. pag. 281. Saccus arboreus maior: Nanka. Rumph. Amb. l. 1. c. 25. tab. 30. Ubi optima icon, ſi Amentum cum ſpathis excipias.

Uſus. Lignum hujus arboris eſt optimum, durabile, & flavo colore pulchrum. Baccæ eduntur tam crudæ, quam elixæ: ſemina toſta.

Obſerv. Apud Linnæum Juniorem (ſuppl. pl. pag. 61, & pag. 411.) invenitur genus novum Artocarpus, cujus ſpeciem ſecundam facit hanc noſtram Polyphemam vocans Artocarpum Integrifoliam, cum primam ſpeciem dixiſſet Artocarpum Inciſum, de quo judicare non poſſum, quia non vidi. At, ſuppoſito, quod Linneana deſcriptio, & eſſentialis character Artocarpi comprobetur in ejus primâ ſpecie, ſecundæ (quæ eſt noſtra Polyphema) aptari nequit; ſiquidem in hâc non obſervatur Amentum Cylindricum, nec Calyx bivalvis, au Drupa, fructusve multilocularis, ſeminibus pilo terminatis, ſtigmata duo, ac pedunculi pilis longis hirſuti. Omnia hæc, & ſingula deſiderantur in Polyphemæ primâ ſpecie jam deſcriptâ, ſicut etiam in ſubſequenti nunc deſcribendâ: quæ ambæ frequenter occurrunt in Indiâ.

† Sp. 2. POLYPHEMA CHAMPEDEN. *Cây Mít nài.*

Differ. ſpec. Pol. *foliis* oblongis, *integerrimis*, piloſis, rugoſis, ſparſis.

Hab. & nota. *Arbor* ſupra mediocrem: trunco, & ramis rectis, aſcendentibus. *Folia* oblonga, ſub-acuta, integerrima, venoſa, rugoſa, piloſa, ſuperius obſcuro-viridia, ſubtus flaveſcentia, ſparſa, petiolis longis. *Spathæ* ſæpe repando-inciſæ. *Amenta* oblongo-ovata, ſcabra, floſculis propriis tecta, ut in Polyph. Jacâ. *Baccæ* compoſitæ vix pedem longæ, 4 pollices latæ, muricatæ, flavo-virides: *baccis* partialibus plurimis, ovatis, ſub-angulatis, flavis, humeſcentibus, parvis, edulibus, nimiâ dulcedine, & intenſo odore parum gratis. Tota arbor humore lacteſcente ſcatet. *Fructus* pendent ex ſummo trunco, & ramis *pedunculis* longis.

Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ. Colitur etiam, & Champedèn vocatur a populis Malaiis circa fretum Malaccenſe habitantibus.

Champidaca. Bont. Jav. l. 6. cap. 31. pag. 119. Saccus arboreus minor: Tsjampadaha. Rumph. Amb. l. 1. cap. 26. tab. 31.

Uſus. Lignum non minus utile, & durabile, quam præcedens; ſed fibris craſſioribus minus elegans, & colore minus pulchrum.

† GE-

† GENUS IV. MORELLA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Amentum filiforme, ſtrictum, imbricatum, ſquamis carnoſis, trigonis, parvis.

Perianthium o.

Cor. nulla.

Stam. Filamentum nullum. Anthera 1, ſub-ovata, ad baſim ſquamæ amenti.

* *Fœminei flores* in eodem amento ad apicem.

Cal. Squama amenti, ut in Maſculo. Perianthium nullum.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus o. Stigmata 2, ſubulata, patentia,

Peric. Drupa ſub-rotunda, pulpâ veſiculari exterius diſtincta.

Sem. Nux ſub-ovata, lacunoſa, 2-locularis: nucleis compreſſo-ovatis.

Nom. Morella, quaſi parvum Morum, cui fructus facie ſimilis.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* Amenti. *Cor.* o. *Anthera* ſeſſilis.

Fœm. *Cal.* Amenti. *Cor.* o. *Stigmata* 2, ſeſſilia. *Drupa* nuce lacunoſâ, 2-loculari.

† Sp. 1. MORELLA RUBRA. β Yâm mùei: Deang mai. α Deâu rou.

Differ. ſpec. Mor. *foliis* oblongis, ſub-integerrimis, glabris, ſparſis: *amentis* lateralibus.

Hab. *Arbor* 8-pedalis: *caule* tortuoſo, fuſco: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, ſub-acuta, pleraque integerrima, aliqua interruptè ſerrata, glabra, ſparſa, petiolata. *Florum* amenta lateralia, brevia, ſquamis 1-floris, apetalis. *Drupa* rubra, acida, diametro 8 lineas æquans, exterius veſiculis ſuccoſis: facie Moro ſimilis, nuce cavernoſâ Perſico, ſapore, & colore Ceraſo acido.

Habitat culta in China. Agreſtis, fruticoſa, & multo minor in Cochinchinâ.

Obſerv. Suſpicor hanc eſſe Prunum Japonicam fructu purpureo, Moro ſimili, Kœmpf. Hiſt. Jap. l. 1. pag. 101. Nec multum abhoret a Cudrano. Rumph. Amb. l. 7. cap. 14. tab. 16.

Uſus. Fructus tam palato, quam ſtomacho gratus eſt. Crudos edunt Sinenſes: Europæi ſaccharo condiunt, & farciunt placentas, Macai, & Cantone menſis apponendas. Cochinchinenſes, vel ſemimaturos coquunt cum piſcibus, vel maturos ad tempus deponunt in vaſis terreis, ſinuntque fermentari, ut vinum eliciant ſapore, odore, & colore non contemnendum.

GE-

GENUS V. CASUARINA.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* Amenti. *Cor.* ſquamulæ bipartitæ.
Fœm. *Cal.* Amenti. *Cor.* o. *Stylus* 2-fidus. *Strobilus.*
Lin. Jun. Suppl. pl. pag. 62. G. 1428.

† Sp. 1. CASUARINA AFRICANA. γ.

Differ. ſpec. Caſ. *frondibus* filiformibus, ad apicem tumeſcentibus, ibi floriferis: *ſtrobilis* ſub-rotundis, axillaribus.

Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem: *ramis* longis, diffuſis, paucis: *ramulis* frondiferis, reclinatis. *Frondes* 1-pedales: ſub-teretes, ſtrictiſſimæ, vix folio Pini craſſitie æquales, ſub-articulatæ: *foliolis* tubuloſis, longiuſculis, integrè vaginantibus, 7-ſulcatis, apice 7-fidis, laciniis acutis appreſſis. *Flos Maſculus* apetalus, terminans frondem, ibi in *Amentum* incraſſatam: *ſquamis* foliolo ſimilibus, craſſioribus, brevioribus, vaginantibus, 7-partitis: laciniâ ſingulâ portante ſingulum *filamentum* filiforme, ſquamâ longius: *Antherâ* ovatâ, 2-loculari, ſtante. *Flos fœmineus* Amento brevi ad axillam frondis: ſquamis craſſioribus, 7-partitis, acutis, vaginantibus, Maſculi ſimilibus. *Corolla* nulla. *Stylus* 1, bifidus. *Pericarpium Strobilus* ſub-rotundus, ſemipollicaris, lignoſus, in 12 valvas perpendiculariter dehiſcens: fiſſurâ ſingulâ loculos 3-4, monoſpermos aperiente: valvulis partialibus acutis. *Semen* 1, ſub-ovatum, alâ membranaceâ terminatum. *Frondes* ad apicem ramulorum faſciculatæ, reflexæ.

Habitat litora arenoſa continentis Africæ Orientalis.

Caſuarina Equiſetifolia (Lin. Jun. Supp. pag. 412. et Forſt. gen. n. 52.) & Caſuarina Litorea (Rumph. Amb. l. 4. cap. 50. tab. 57.) eundem habitum portant, & ab Africanâ ſpecie non differunt, dummodo ſimiles ſtrobilos habeant, & frondium apices intumeſcentes in Amenta Maſcula convertantur, prout in Africanâ obſervatur. Squamulas Cor. 2-partitas non vidi.

Uſus. Lignum duriſſimum, & graviſſimum hujus arboris non facilè corruptioni fit obnoxium.

DIANDRIA.

GENUS VI. LEMNA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Capſ.* 1-locularis.
Lin. ſy. pl. G. 1130.

Sp. 1. LEMNA MINOR. α Bèo cám.

Differ. ſpec. Lem. *foliis* ſeſſilibus, utrinque planiuſculis: *radicibus* ſolitariis. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. Planta minima, annua: radiculâ ſimpliciſſimâ. Folium unicum, ovatum, ſub-acutum, integerrimum, planum, glabrum, pallidum, ſeſſile. Florem non obſervavi.

Habitat ubique in aquis ſtagnantibus in Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 24. Lenticula Paluſtris. Bauh. Pin. pag. 362. n. 1.

TRIANDRIA.

GENUS VII. ZEA.

Char. Gen. Maſc. in diſtinctis ſpicis. *Cal.* Gluma 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.

Fœm. *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Stylus* 1, filiformis, pendulus. *Sem.* ſolitaria, receptaculo oblongo immerſa. Lin. ſy. pl. G. 1133.

Sp. 1. ZEA MAYS. α Cây Báp. β Páo túc: Leàm.

Differ. ſpec. Zea *Culmo* ſimpliciſſimo, ſolido: *floribus* Maſculis terminalibus, paniculatis: *Fœmineis* axillaribus, ſeſſilibus.

Hab., & notæ. *Culmus* annuus, 6-pedalis, erectus, craſſus, ſolidus, ſimpliciſſimus. *Folia* ſubulata, aſpera, magna, reflexa, amplexicaulia. *Flos Maſculus* terminalis, ſpicis compoſitis, laxis: *Fœmineus* axillaris, ſpicis denſis, ſubulatis: *floſculis* ſeſſilibus, *ſtylo* pendulo, omnium longiſſimo: *ſeminibus* ſub-rotundis, flavis, rubris, vel albis: *receptaculo* craſſiſſimo, 6 pollices longo, foveis excavato undique affixis.

Habitat latè culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Uſus Eſculentus, Nutriens, Innocuus: pro frumento habetur.

Thunb. Jap. pag. 37. Mays. Tournef. Inſt. pag. 531. tab. 303, 304, 305.

GENUS VIII. COIX.

Char. Gener. Maſc. in ſpicis remotis. *Cal.* Gluma 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.

Fœm. *Cal.* Gluma 2-flora. *Cor.* Gluma mutica. *Styl.* 2-partitus. *Sem.* calyce oſſificato tectum. Lin. ſy. pl. G. 1135.

† Sp. 1. COIX LACHRYMA. *Cây Bo bo*; *Ý di nhon*, *Ý ý gla*.
Differ. ſpec. Co. *culmo* ramoſo: *foliis* rugoſis: ſeminibus ovatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Culmus* 6-pedalis, perennis, ſub-teres, ſolidus, articulatus, erectus, ramoſus. *Folia* lanceolata, integerrima, longa, ſubtus rugoſa, reflexa, amplexicaulia. *Flos* axillaris, pedunculo communi longo, tenui, ſub-erecto: *Maſculus* ad apicem, multus, ſpiculâ ſub-ovatâ: *Calyce*, & *Corollâ* bivalvibus, muticis: *Filamentis* 3, capillaribus, *antheris* oblongis. *Fœmineus* ad baſim, ſolitarius: *calyce* bivalvi, ſub-ovato, concavo, duriuſculo *Corollam* non vidi. *Styli* 2, capillares, prorſus diſtincti; *ſtigmatibus* longis, villoſis. *Calycis* glumæ in matureſcentiâ conniventes *Germini* coaleſcunt, fitque ſemen ovatum, hinc convexum, inde planiuſculum, ſub-acuminatum, fuſco-rufum, nitidum, intrinſecus album, farinaceum, cortice oſſeo veſtitum.
Habitat frequenter culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 37. Lachryma Job Indica: Salee. Rumph. Amb. l. 8. c. 28. tab. 75. fig. 2. Catriconda. Rheed. Malab. part. 12. pag. 133. tab. 70.
Virtus: ſeminum, Corroborans, Nervina, ſub-Diuretica. Prodeſt in ulceribus pulmonum, Hydrope, artuum, ac præcordiorum debilitate. Uſus vulgaris eſculentus.
Obſerv. Planta Rumphio dicta *Ova piſcium* non eſt hujus Generis, ubi a Linnæo perperam citatur.

† Sp. 2. COIX AGRESTIS. *Bo bo hoang*.
Differ. ſpec. Co. *culmo* ſimpliciſſimo: *foliis* lævibus: *ſeminibus* ſub-rotundis.
Hab., & notæ. *Culmus* 3-pedalis, ceſpitoſus, ſimpliciſſimus, teres, ſolidus, articulatus, glaber: *radice* perenni, repente. *Folia* lanceolato-linearia, acuminata, integerrima, lævia, ſub-erecta, alterna, amplexicaulia. *Flos* pedunculis polyfloris, longis, erectis, axillaribus, Maſcuuls, & Fœmineus ex eâdem axillâ. *Glumæ* ut in ſuperiore ſpecie. *Semen* ſub-rotundum, fuſcum, nitidum, minuſculum.
Habitat agreſtis in locis humidis: nec eſculenta.
Lithoſpermum Amboinicum: Salee Utan. Rumph. Amb. l. 10. cap. 16. tab. 9. fig. 1. Lachryma Job paludoſa, minor. Burm. Zeyl. pag. 138.

GENUS IX. OLYRA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Gluma 1.-flora, ariſtata. *Cor.* Gluma mutica.
Fœm. *Cal.* Gluma 1.-flora, patula, ovata. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* cartilagineum. Lin. ſy. pl. G. 1136.

† Sp. 1. OLYRA ORIENTALIS. α Cây Lách khên.

Differ. ſpec. Ol. *culmo* triquetro : *ſpicis* compoſitis : *ſeminibus* trigonis, ſcabris.

Hab., & notæ. *Culmus* 4-pedalis, trigonus, erectus. *Folia* ſubulata, longa, ſemiamplexicaulia. *Flos* ſpicis compoſitis : *ſpiculis* partialibus diſtichis, oblongis, erectis. *Flores* Maſculi plures ad baſim cuiuſque Fœminæ. *Calyx* Maſculi gluma 1-flora, ariſtata : *ſtaminibus* tribus. *Semen* trigono-rotundum, aſperum, album, magnum : medulla cartilaginea, non compacta.

Habitat agreſtis in Cochinchina.

GENUS X. TYPHA.

Char. Gen. Maſc. *Amentum* Cylindricum. *Cal.* obſolete 3-phyllus. *Cor.* o.

Fœm. *Amentum* Cylindricum infra maſculos. *Cal.* capillo villoſo. *Cor.* o. *Sem.* 1, inſidens pappo capillari. Lin. ſy. pl. G. 1131.

Sp. 1. TYPHA LATIFOLIA. α Bô hoàng. β Pu hoàm.

Differ. ſpec. Typh. *foliis* ſub-enſiformibus : *ſpica* maſcula, fœmineaque approximatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Planta* paluſtris, radice repente : *culmo* tereti, recto, 3-pedali. *Folia* ſub-enſiformia, glabra, erecta. *Flos* terminalis : *amento* cylindrico, craſſo, ſolido, luteſcente, villoſo : *fœmineus* inferior : *maſculus* eidem contiguus ad apicem.

Habitat in paludibus Chinæ, & Cochinchinæ.

Typha paluſtris maior. Bauh. Pin. pag. 20. n. 1. Typha vulgaris. Hill. Brit. herb. pag. 506. tab. 71. fig. 28.

Virtus. Sub-adſtringens. Uſus in dyſenteria, & Gonorrhœa, oriſque ulceribus : ſanguinis craſſitiem reſolvit, urinam promovet.

† GENUS XI. RHAPHIS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores* 2, pedunculati, involucro communi tecti.

Cal. Gluma monoflora, bivalvis : valvis ſubulatis, coloratis, muticis, ſub-æqualibus.

Cor. Gluma bivalvis : valvis lanceolatis, membranaceis, ciliatis, muticis, calyce brevioribus.

Stam. Filamenta tria, brevia. Antheræ oblongæ.

* Fœ-

* *Fœmineus flos* 1, ſeſſilis, infra Maſculos, in eodem involucro, piloſo, brevi, monophyllo.
Cal. ut Maſculi, illo brevior.
Cor. Gluma bivalvis, calyci ſub-æqualis: una ariſtata, ariſtâ acutiſſimâ, longiuſculâ.
Piſt. Germen ovatum. Styli duo, breves. Stigmata plumoſa.
Peric. nullum, præter glumas permanentes.
Sem. 1. oblongum, compreſſum.

Nom. (Ῥαφὶς acus) ab ariſtâ corollæ veſtes viatorum penetrante.

Char. Gen. Maſc. *Involucrum* 1-phyllum; 3-florum. *Cal.* Gluma 2-valvis, colorata. *Cor.* Gluma 2-valvis, ciliata.
Fœm. *Invol.* idem. *Cal.* ut Maſc. *Corollæ* 2-valvis Gluma 1, ariſtata. *Styli* 2. *Sem.* 1, oblongum.

† Sp. 1. RHAPHIS TRIVIALIS. α. Co may. β. . .
Differ. ſpec. Rhaph. *calmo* tereti, ſub-nudo: *ſpicâ* laxâ, terminali.
Hab. *Herba* annua, radice repente. *Culmus* 1-pedalis, ſub-nudus, teres, tenuis, erectus, glaber, ſub-ſimpliciſſimus. *Folia* ſub-radicalia, lanceolata, brevia, ſeſſilia, amplexicaulia. *Flos* ſpicâ terminali, ſolitariâ, conicâ, laxâ, pedunculis longis, rectis, aſſurgentibus.
Habitat ubique prope vias, hominibus valde incommoda in Cochinchinâ, & Chinâ; quia veſtibus adhærens tædioſè avellitur, cum excuti nequeat.
Gramen aciculatum: Cuſſu. Rumph. Amb. l. 10. c. 8. tab. 5. fig. 1.
Obſerv. Neſcio a quo inductus Cel. Linnæus hanc plantam Rumphianam conjunxit cum Panico Colonum (Sy. pl. 1. pag. 155. ſp. 8.). Hæc certè (etiam prout a Rumphio deſcribitur, & pingitur) nihil commune habet cum Panico præter ſtamina.

GENUS XII. PHYLLANTHUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-partitus, campanulatus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3, bifidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria. Lin. ſy. pl. G. 1142.

Sp. 1. PHYLLANTHUS EMBLICA. α Cây Boung ngot. β Hac min sān.
Differ. ſpec. Phyl. *foliis* pinnatis, floriferis: *caule* arboreo: *fructu* baccato. Lin. ſp. 6.
Hab., & notæ. *Arbuſcula* 8-pedalis: ramis diffuſis. *Folia* oblongo-ovata, integerrima, glabra, alternatim pinnata, multi-juga. *Bacca* parva ſub-pyriformis, carnoſa, ſub-acida, edulis, 3-locularis, 2-

ſper-

ſperma. *Calyx* utriuſque floris ſub-rotatus, 6-fidus: laciniis obtuſis, craſſis. *Corolla* nulla. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 3, receptaculi trigoni angulis inſidentes. *Flores* Maſculi, & Fœminei in eodem folio, ſparſi. *Germen* 3-gonum, *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, bifida. *Bacca* in Sinis exſucca.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ.

Mirobalanus Emblica. Boa Malacca Nillikai. Rumph. Amb. Auct. c. 2. tab. 1. Nelli-Camarum. Rheed. Malab. part. 1. pag. 69. tab. 38. Myrobalanus in Javâ. Bont. Jav. l. 6. c. 24. fig. pag. 110.

Sp. 2. PHYLLANTUS URINARIA. α Cỏ ſủa. β Fi yòng tsào.

Differ. ſpec. Phyl. *foliis* pinnatis, floriferis: *floribus* ſeſſilibus: *caule* herbaceo, procumbente. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 1-pedalis, multiplex, diffuſus, ſub-procumbens, hiſpidus. *Folia* pinnata, multi-juga: *foliolis* ovato-lanceolatis, piloſis, fuſco-viridibus, oppoſitis. *Flos* congeſtus, axillaris, multus, ſubſeſſilis, Maſculus Fœmineis mixtus. *Stamina* 3. *Styli* 3, bifidi. *Capſula* trigona, trivalvis, tricocca. Tota herba lactifera: caule, foliis, & calyce rubeſcentibus.

Habitat, & a me obſervata in Cochinchinâ, Cantone Sinarum, & in Africâ Orientali.

Burm. Ind. pag. 196. Urinaria Indica ſupina, cauliculis rubentibus. Burm. Zeyl. pag. 231. Herba mœroris rubra (Rumph. Amb. l. 10. cap. 30 tab. 17. fig. 2.) non ſatis convenit.

Virtus: totius herbæ. Emmenagoga, Diuretica.

TETRANDRIA.

GENUS XIII. BUXUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 2. *Germinis* rudimentum.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Capſ.* 3-roſtris, 3-locularis. *Sem.* 2. Lin. ſy. pl. G. 1148.

Sp. 1. BUXUS SEMPERVIRENS. α Huynh duong. β Hoàm tuõn.

Differ. ſpec. Bux. *foliis* ovatis alternis: *floribus* axillaribus. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 3-pedalis; *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovalia, obtuſa, integerrima, glabra, plana, nitida, parva; ſparſa, ſub-petiolata. *Flos* albus, lateralis, ſparſus. Maſculi *Calyx* 3-phyllus, *corolla* 2-petala, *ſtamina* 4. Fœminei calyx 4-phyllus. *Stigmata* 3. *Capſ.* 3-ſperma.

Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ, & Chinæ.

Thunb. Jap. pag. 77.

GE-

GENUS XIV. MORUS.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Cal.* baccatus. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G. 1150.

Sp. 1. MORUS ALBA. *Xin pẽ xú.* α *Dâu tàu.*
Differ. ſpec. Mor. *foliis* obliquè cordatis, lævibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: *cortice* albicante, cannabino: *ramis* patentibus. *Folia* lato-lanceolata, obliquè cordata, ſub-ſerrata, indiviſa, lævia, petiolata, ſparſa. *Flos* Monoicus. *Bacca* lateralis. ſuccoſa, pallida, oblonga, compoſita bacculis 1-ſpermis.
Habitat culta, incultaque in Chinâ, raro in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 198. Thunb. Jap. pag. 71. Morus fructu albo. Bauh. Pin. pag. 459. n. 1.
Uſus: foliorum ad nutriendos bombyces.
Virtus: corticis radicis. Aperiens, Mundificans, Diuretica, Anthelminthica. Prodeſt in Hydrope, Tuſſi, Oris ulceribus, morſu ſerpentum, vermibus, & teniâ. Foliorum ſuccus juvat contra febres tertianas, & quartanas.

Sp. 2. MORUS RUBRA. α *Dâu Mọi.*
Differ. ſpec. Mor. *foliis* cordatis, ſubtus villoſis: *amentis* cylindricis. Lin. ſp. 4.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: *cortice* cinereo, lævi: *ramis* longis, debilibus, patentibus. *Folia* cordata, acuta, ſerrata, magna, pallida, ſubtus villoſa, mollia, petiolata, alterna. *Bacca* cylindracea, pollicem longa, axillaris, 1-2-nata, pedunculata, rubra acridulcis, edulis.
Habitat agreſtis apud Moïos populos, Cochinchinæ tributarios, ad occaſum ſitos: colitur etiam ad nutriendos bombyces, minus frequenter.
Miller. Diction. n. 4. Morus Virginienſis arbor, loti arboris inſtar ramoſa, foliis ampliſſimis. Pluken. Alm. 253. tab. 246. fig. 4.

Sp. 3. MORUS INDICA. α *Dâu ſẻ dẻ tằm.*
Differ. ſpec. *Mor.* foliis ovato-oblongis, utrinque æqualibus: inæquater ſerratis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Frutex* 6-pedalis, ſub-erectus, tenuis: *cortice* fuſco, cannabino, *ramis* paucis, longis, debilibus. *Folia* ovato-oblonga, acuta, inæqualiter ſerrata, plæraque indiviſa, aliqua lobata, glabra, petiolata, alterna. *Baccæ* compoſitæ, ſub-rotundæ, fuſco-rubræ, hiſpi-

Sp. 1. LEMNA MINOR. α. Bèo cám.

Differ. ſpec. Lem. *foliis* ſeſſilibus, utrinque planiuſculis: *radicibus* ſolitariis. Lin. ſp. pl.

Hab., & notæ. Planta minima, annua: radiculâ ſimpliciſſimâ. Folium unicum, ovatum, ſub-acutum, integerrimum, planum, glabrum, pallidum, ſeſſile. Florem non obſervavi.

Habitat ubique in aquis ſtagnantibus in Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 34. Lenticula Paluſtris. Bauh. Pin. pag. 362. n. 1.

TRIANDRIA.

GENUS VII. ZEA.

Char. Gen. Maſc. in diſtinctis ſpicis. *Cal.* Gluma 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.

Fœm. *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Stylus* 1, filiformis, pendulus. *Sem.* ſolitaria, receptaculo oblongo immerſa. Lin. ſy. pl. G. 1133.

Sp. 1. ZEA MAYS. α. Cây Bắp. β. Péo túc: Leam.

Differ. ſpec. Zea *Culmo* ſimpliciſſimo, ſolido: *floribus* Maſculis terminalibus, paniculatis: *Fœmineis* axillaribus, ſeſſilibus.

Hab., & notæ. *Culmus* annuus, 6-pedalis, erectus, craſſus, ſolidus, ſimpliciſſimus. *Folia* ſubulata, aſpera, magna, reflexa, amplexicaulia. *Flos Maſculus* terminalis, ſpicis compoſitis, laxis: *Fœmineus* axillaris, ſpicis denſis, ſubulatis: *floſculis* ſeſſilibus, *ſtylo* pendulo, omnium longiſſimo: *ſeminibus* ſub-rotundis, flavis, rubris, vel albis: *receptaculo* craſſiſſimo, 6 pollices longo, foveis excavato undique affixis.

Habitat latè culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Uſus Eſculentus, Nutriens, Innocuus: pro frumento habetur.

Thunb. Jap. pag. 37. Mays. Tournef. Inſt. pag. 531. tab. 303, 304, 305.

GENUS VIII. COIX.

Char. Gener. Maſc. in ſpicis remotis. *Cal.* Gluma 2-flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.

Fœm. *Cal.* Gluma 2-flora. *Cor.* Gluma mutica. *Styl.* 2-partitus. *Sem.* calyce oſſificato tectum. Lin. ſy. pl. G. 1135.

Sp. 1. COIX LACHRYMA. α Cây Bo bo: Iʼ di nhon. β Y y gia.
Differ. ſpec. Co. *culmo* ramoſo: *foliis* rugoſis: ſeminibus ovatis. Lin. ſp. 1.
Hab. & notæ. *Culmus* 6-pedalis, perennis, ſub-teres, ſolidus, articulatus, erectus, ramoſus. *Folia* lanceolata, integerrima, longa, ſubtus rugoſa, reflexa, amplexicaulia. *Flos* axillaris, pedunculo communi longo, tenui, ſub-erecto: *Maſculus* ad apicem, multus, ſpiculâ ſub-ovatâ: *Calyce*, & *Corollâ* bivalvibus, muticis: *Filamentis* 3, capillaribus, *antheris* oblongis. *Fœmineus* ad baſim ſolitarius: *calyce* bivalvi, ſub-ovato, concavo, duriuſculo *Corollam* non vidi. *Styli* 2, capillares, prorſus diſtincti, *ſtigmatilus* longis, villoſis. *Calycis* glumæ in matureſcentiâ conniventes *Germini* coaleſcunt, fitque ſemen ovatum, hinc convexum, inde planiuſculum, ſub-acuminatum, fuſco-rufum, nitidum, intrinſecus album, farinaceum, cortice oſſeo veſtitum.
Habitat frequenter culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 37. Lachryma Job Indica: Saleq. Rumph. Amb. l. 8. c. 28. tab. 75. fig. 2. Catriconda. Rheed. Malab. part. 12. pag. 133. tab. 70.
Virtus: ſeminum, Corroborans, Nervina, ſub-Diuretica. Prodeſt in ulceribus pulmonum, Hydrope, artuum, ac præcordiorum debilitate. Uſus vulgaris eſculentus.
Obſerv. Planta Rumphio dicta *Ova piſcium* non eſt hujus Generis, ubi a Linnæo perperam citatur.

† Sp. 2. COIX AGRESTIS. α Bo bo hoang.
Differ. ſpec. Co. *culmo* ſimpliciſſimo: *foliis* lævibus: *ſeminibus* ſub-rotundis.
Hab. & notæ. *Culmus* 3-pedalis, ceſpitoſus, ſimpliciſſimus, teres, ſolidus, articulatus, glaber: *radice* perenni, repente. *Folia* lanceolato-linearia, acuminata, integerrima, lævia, ſub-erecta, alterna, amplexicaulia. *Flos* pedunculis polyfloris, longis, erectis, axillaribus, Maſculus, & Fœmineus ex eâdem axillâ. *Glumæ* ut in ſuperiore ſpecie. *Semen* ſub-rotundum, fuſcum, nitidum, minuſculum.
Habitat agreſtis in locis humidis: nec eſculenta.
Lithoſpermum Amboinicum: Salee Utan. Rumph. Amb. l. 10. cap. 16. tab. 9. fig. 1. Lachryma Job paludoſa, minor. Burm. Zeyl. pag. 138.

GENUS IX. OLYRA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Gluma 1.-flora, ariſtata. *Cor.* Gluma mutica.
Fœm. *Cal.* Gluma 1.-flora, patula, ovata. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* cartilagineum. Lin. ſy. pl. G. 1136.

pidæ, parvæ, dulces, edules, axillares, ſolitariæ. Bacculæ 1-ſpermæ.

Habitat latiſſimè culta in Cochinchinæ agris, præcipuè ad ripas fluminum.

Burm. Ind. pag. 198. Thunb. Jap. pag. 76. Rumph. Amb. Auct. cap. 13. tab. 5.

Uſus. Foliis hujus Mori præ aliis nutriunt Cochinchinenſes bombyces, e quibus extrahunt quotannis immenſam. ſerici quantitatem. Quolibet triennio has plantas eradicant, ſectaque virgulta iterum plantant, ut novi frutices delicatiorem eſcam præbeant bombycibus, & tenuiora fila producantur.

GENUS XV. CICCA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 4. *Capſ.* 4-cocca.
Lin. ſy. pl. G. 1146.

† Sp. 1. CICCA RACEMOSA. Cây Tam buot.

Differ. ſpec. Cic. *Caule* arboreo: *floribus* racemoſis: *corollis* 4-partitis.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovata, ſub-acuminata, integerrima, glabra, alterna, petiolata, diſticha. *Flos* racemis compoſitis, brevibus, ſub-terminalibus: Maſculus, & Fœmininus in diſtinctis ramis. *Calyx* utriuſque nullus. *Corolla* campanulata, 4-partita, laciniis ovatis, patentibus, colore rubra, albo punctata. *Filamenta* 4, corollâ breviora: *antheris* 2-locularibus, ſtantibus. *Styli* 4, *ſtigmatibus* ſimplicibus. *Bacca* ſub-rotunda, ſemipollicaris, pallida, glabra, acida, edulis, 4-ſperma: *ſeminibus* ovatis.

Habitat frequens in regno Champâvâ: colitur rarò in metropoli Cochinchinæ.

Obſerv. Linnæus de Ciccâ agit ſy. pl. 4. pag. 125. & Mant. pag. 124. Item Lin. Jun. Suppl. pl. pag. 416. Apud utrumque Ciccæ calyx eſt 4-phyllus, corolla nulla. Quam nos diximus corollam, nullatenus poſſet calyx dici, quia tam color, quam tenuitas membranacea, quam obſervavimus, calycis propria non ſunt.

GE-

† GENUS XVI. TRICARIUM.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 4-phyllum : foliolis ovatis, ſub-patentibus, coloratis; apice conniventibus.
Cor. nulla. Nectarium glandulis 4, ovatis, procumbentibus.
Stam. Filamenta 4, calyce breviora. Antheræ ſub-rotundæ.

* *Fœminei flores* Maſculis permiſti in eâdem plantâ.

Cal. Perianthium 4-partitum, inferum : laciniis ovatis, minimis.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus nullus. Stigma laciniatum.
Peric. Drupa ſub-rotunda, carnoſa, 3-locularis, 1-ſperma.
Sem. Nuces 3, ſub-rotundæ, 3-ſulcatæ.

Nom. (Κάρυον nux) a triplici nuce pericarpii.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Nectar.* glandulis 4.
Fœm. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Stigma.* laciniatum. *Drupa* 3-cocca.

† Sp. 1. TRICARIUM COCHINCHINENSE. α Cây Trâm ung.
Differ. ſpec. Tric. *foliis* ovatis : *ſpicis* congeſtis, ſub-terminalibus.
Hab. *Arbor* mediocris, *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovata, integerrima, glabra, alterna, parva. *Flos* ruber, ſub-terminalis, racemis ſimplicibus, longis, tenuibus, congeſtis. *Drupa* mediocris, lutea, glabra, eſculenta.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XVII. URTICA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Nectar.* centrale, cyathiforme.
Fœm. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* o. *Sem.* 1. nitidum. Lin. ſy. pl. G. 1149.

Sp. 1. URTICA INTERRUPTA. α. Cây Nanghai. β Tâm mà.
Differ. ſpec. Urt. *foliis* alternis, ovato-cordatis, ſerratis, petiolo ſub-brevioribus : *ſpicis* ſolitariis : interruptis. Lin. ſp. 17.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 2-pedalis, ſub-teres, hiſpidus, ruber, aliquando repens. *Folia* cordata, ovata, ſerrata, utrin-

que hiſpida, alterna, petiolis longis folio ſub-æqualibus. *Flos* rubeſcens, ſpicis longis, ſolitariis, interruptis: Maſculus, & Fœmineus in diſtinctis ſpicis. *Calyx* in Maſculis ſæpius invenitur 5-phyllus, quam 4-phyllus: *ſtamina* quoque ſæpius numerantur 5. *Cor.* o. *Semen.* 1.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ.

Urtica Pilulifera, foliis maioribus longiſſimis pediculis. Burm. Zeyl. pag. 231. tab. 110. fig. 1. Batti-Schorigeram. Rheed. Malab. part. 1. pag. 75. tab. 40.

† Sp. 2. URTICA GEMINA. α Nang hai tlon lâ.

Differ. ſpec. Urt. *foliis* alternis, glabris: involucris 2-floris, ſolitariis.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſimplex, teres, ſtriatus, 1-pedalis. *Folia* ovato-lanceolata, crenata, glabra, alterna, petiolata. *Flos* axillaris, geminus, Maſculus, & Fœmineus ſub eodem involucro foliaceo-cordato, ſolitario. Maſculi *perianthium* 4-phyllum: Fœminei nullum. *Corolla* nulla. *Stamina* 4. *Stigmata* 3, villoſa, ſeſſilia. *Capſula* 3-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* ovatis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 3. URTICA PILOSA. α Nang. hai loung.

Differ. ſpec. Urt. *foliis* alternis, piloſis, lato-lanceolatis: *ſpicis* axillaribus.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, ſeſquipedalis, erectus, teres, piloſus. *Folia* lato-lanceolata, ſerrata, piloſa, alterna. *Flos* ſpicis axillaribus ſimplicibus: Fœmineus ad baſim, calyce 1-phyllo, turbinato, 12-fido. *Stigma* laciniatum. *Capſula* 3-locularis, 1-ſperma.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Obſerv. Hæc, & præcedens ſpecies, cum habeant capſulas 3-loculares, impropriè adſcribi Urticis cognoſco. Si ad Tragias reducere placeat, non repugnabo, maximè, quia de numero Staminum ultimæ ſpeciei dubius maneo.

Sp. 4. URTICA NIVEA. α Cây gai. β Pk mâ.

Differ. ſpec. Urt. *foliis* alternis, ſub-orbiculatis, utrinque acutis, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 18.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, biennis, erectus, teres, 5-pedalis. *Folia* ſub-orbiculata, apice (non baſi) attenuata, acumine tenui, longo, crenata, ſuperius obſcuro-viridia, hiſpida, ſubtus tomentoſa, albicantia, alterna, petiolis longis. *Flos* racemis parvis, multis, lateralibus: uterque in eodem racemo, Fœmineus ad apicem,

cem. Maſculi *Calyx* 4-phyllus. *Cor.* nulla. *Filamenta* 4, ſubulata, flexuoſa, calyce triplo longiora. Fœminei *calyx*, & *corolla* nulli. *Germen* ſub-rotundum, filamentis multis ſterilibus circumdatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 2, oblonga, villoſa. *Semen*, aut pericarpium maturum non vidi.

Habitat, & abundanter Colitur in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 197. Thunb. Jap. pag. 71. Urticâ Racemifera maxima Sinarum, foliis ſubtus argenteâ lanugine villoſis. Pluk. Amalt. pag. 212.

Uſus. Herba iſta dat optima fila cannabina, ex quibus torquentur funes omnis generis, retiaque longo tempore duratura.

PENTANDRIA.

† GENUS XVIII. POLYCHROA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores*, inferiores, pedunculo communi longo.

Cal. Perianthium campanulatum, 5-fidum: laciniis ſub-ovatis, incurvis, carinatis, coloratis.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 5, ventricoſa, diaphana, divergentia, calyce longiora. Antheræ totidem, ſub-ſagittatæ, rubeſcentes.

* *Fœminei flores* ſuperiores, ſub-ſeſſiles in eâdem plantâ

Cal. Perianthium 5-partitum, inferum, erectum, perſiſtens: laciniis ſubulatis.

Cor. nulla.

Piſt. Germen longiuſculum. Stylus nullus, ſtigma obtuſum.

Peric. Capſula ovata, 1-ſperma.

Sem. Ovatum, glabrum.

Nom. (Πολυ multum: Χροα color) ex multiplici foliorum colore.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stigma* 1, ſeſſile. *Capſ.* 1-ſperma.

† Sp. 1. POLYCHROA REPENS. α Beò tau. β . . .

Differ. ſpec. Pol. *caule* repente: *foliis* cordatis, crenatis: *floribus* axillaribus.

Hab. *Herba* perennis: *caule* repente, tereti, rubro, ſuccoſo, ramoſo, radiculis brevibus lateralibus. *Folia* cordata, oblonga, ſub-cre-

nata, alterna, verſicolora, albo, rubro, & viridi diſcreta, apice obtuſo, baſi inæquali: *ſtipulis* geminis, acutis. *Flos* albo-ruber, racemis parvis, axillaribus.

Habitat inculta, coliturque ob pulchritudinem, latè repens per ſcopulos fontanos in Chinâ, & Cochinchinâ.

GENUS XIX. AMARANTHUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3, ſive 5-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 3, ſive 5. Fœm. *Cal.* maris. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G, 1157.

Sp. 1. AMARANTHUS TRICOLOR. *ß* Hũm hiên. *α* Hoủng hien.

Differ. ſpec. Amar. *glomerulis* triandris, axillaribus, ſub-rotundis, amplexicaulibus: *foliis* lanceolato-ovatis, coloratis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, annuus, 3-pedalis, erectus, teres, ruber, glaber. *Folia* lanceolato-ovata, integerrima, coccinea: in aliis rubro, pallido, & viridi tricolora: *petiolis* longis, erectis. *Flos* glomerulis verticillatis, triandris, coloratis.

Habitat cultus in Chinâ, & Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 199. Thunb. Jap. 57. Amaranthus folio variegato. Bauh. Pin. pag. 121. n. 5.

Sp. 2. AMARANTHUS POLYGAMUS. *α* Rau gên tlâng. *ß* Pẽ hiên.

Differ. ſpec. Amar. *glomerulis* diandris, ſub-ſpicatis, ovatis: *floribus* hermaphroditis, fœmineiſque: *foliis* lanceolatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 3-pedalis, erectus, albicans, craſſus, tener, glaber, ſtriatus, ramoſus. *Folia* ſub-ovata, utrinque attenuata, ſub-rugoſa, pallida, petiolata. *Flos* polygamus, diandrus, verticillis axillaribus, & terminalibus in ſpicas breves interruptè accreſcentibus.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ tam cultus, quam ſpontaneus.

Burm. Ind. pag. 199. Blitum Indicum, album. Rumph. Amb. l. 8. c. 42. pag. 231. tab. 82. fig. 1.

Uſus. Ex omnibus Amaranthi ſpeciebus, quæ in Indiâ edi ſolent, hæc eſt ſalubrior, & ſuavior; proindeque præ aliis uſitatior.

Sp. 3. AMARANTHUS TRISTIS. *α* Rau gên dât. *ß* . . .

Differ. ſpec. Amar. *glomerulis* triandris, rotundatis, ſub-ſpicatis: *foliis* ovato-cordatis, emarginatis, petiolo brevioribus. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, multiplex, ramoſus, diffuſus, ſub-erectus, teres, tenuis, rubeſcens, ſeſquipedalis. *Folia.* ſub-ovata, ſub-acuta, emarginata, tomentoſa, parva, alterna, longè petiolata.

Flos

Flos glomerulis triandris, rotundatis, axillaribus: ad apicem ramorum in ſpicas prolongatis. *Floſculi* ariſtati. *Folia* nec cordata, nec maculata.

Habitat ubique incultus in hortis Cochinchinæ, & Chinæ, eſculentus.

Burm. Ind. pag. 199. Blitum Terreſtre, ſeu repens. Rumph. Amb. l. 8. c. 42. pag. 232. tab. 82. fig. 2.

Sp. 4. AMARANTHUS OLERACEUS. α Rau gen mùoi.

Differ. ſpec. Amar. *glomeribus* triandris, pentandriſque: *foliis* ovatis obtuſiſſimis, emarginatis, rugoſis. Lin. ſp. 10.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 5-pedalis, craſſus, ſulcatus, teres, erectus, glaber, ramoſus. *Folia* ovata, integerrima, rugoſa, pallida, alterna; petiolata. *Flos* glomerulis lateralibus, terminalibuſque in ſpicas elongatis. Maſculi *ſtamina* 3, ſive 5. Fœminei *ſtigmata* 3. *Capſula* circumſciſſa: *Semine* 1, nigricante.

Habitat cultus, nec frequens in Cochinchinâ.

Mill. Dict. n. 15. Blitum album maius. Bauh. Pin. pag. 118. n. 1.

Sp. 5. AMARANTHUS CRUENTUS. α Rau gen tiá.

Differ. ſpec. Amar. *racemis* pentandris, decompoſitis, remotis, patulo-nutantibus: *foliis* lanceolato-ovatis. Lin. ſp. 21.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 4-pedalis, erectus, ruber, parum ramoſus. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-dentata, glabra, petiolata, partim fuſco-viridia, partim cruento-rubra. *Flos* pentandrus, glomerulis axillaribus, ſpiciſque terminalibus, longis, nutantibus.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ: menſis parum gratus.

Burm. Ind. pag. 200. Mill. Dict. n. 17. Amaranthus Sinenſis, foliis variis. Mart. Cent. 6. tab. 6.

Sp. 6. AMARANTHUS SPINOSUS. α Rau gen gai.

Differ. ſpec. Amar. *racemis* pentandris, cylindricis, erectis: *axillis* ſpinoſis. Lin. ſp. 23.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, erectus, teres, craſſus, glaber, albicans, ramoſus: *aculeis* axillaribus, longis, rectis. *Folia* lanceolata, repanda, glabra, obſcuro-viridia, coſtis multis obliquis, albicantibus: *petiolis* longis, ſparſis. *Flos* pentandrus, ſpicis longis, tenuibus, continuis, terminalibus.

Habitat ſpontaneus loca minus culta Cochinchinæ. Non eſculentus.

Amaranthus Indicus, ſpinoſus, ſpicâ herbaceâ, Herm. Lugdb. 31. tab. 33. Blitum ſpinoſum. Rumph. Amb. l. 8. cap. 43. tab. 83. fig. 1.

† GE-

† GENUS XX. HEXADICA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phyllum: foliolis obtuſis, brevibus, patentibus.
Cor. Petala 5, ovata, concava, patentia.
Stam. Filamenta 5, corollâ breviora. Antheræ ovatæ, bilobæ, ſtantes.

* *Fœminei flores* in diverſo ramo ejuſdem plantæ.

Cal. 6-phyllus: foliolis obtuſis, breviſſimis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Stylus nullus. Stigmata 6, concava, conniventia.
Peric. Capſula globoſa, 6-valvis, 6-locularis, monoſperma.
Sem. oblonga, angulata.

Nom. (Ἑξαδικος ſenarius) a ſenis loculis pericarpii.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Stigmata* 6. *Capſ.* 6-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. HEXADICA COCHINCHINENSIS. α Cay Bûi ..
Differ. ſpec. Hex. *foliis* ovato-oblongis: *floribus* faſciculatis.
Hab. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, obtuſa, integerrima, glabra, alterna. *Flos* albus, parvus, faſciculatus, ſub-terminalis. *Capſula* parva, nigricans.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XXI. TREMA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phyllum: foliolis lanceolatis, patentibus.
Cor. Nulla.
Stam. Filamenta 5, calyce longiora. Antheræ ſub-rotundæ.

* *Fœminei flores* in eâdem plantâ ad apicem.

Cal. ut Maſc., perſiſtens.
Cor. Nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum, verticaliter compreſſum. Stylus nullus.

Sti-

Stigmata 2, brevia, villoſa.
Peric. Drupa ſub-rotunda, ſub-compreſſa, 1-ſperma, ſupera.
Sem. Nucula minuta, foraminoſa.

Nom. (Τρῆμα foramen) a nuculâ foraminibus pertuſâ.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigmata* 2. *Drupa* ſub-rotunda: nuce foraminoſâ.

† Sp. 1. TREMA CANNABINA. α Cây Rạch chiéo.
Differ. ſpec. Trem. *foliis* lanceolatis, ſerratis: *pedunculis* polyfloris, axillaribus.
Hab. *Arbor* mediocris: *cortice* cannabino: *ramis* aſcendentibus, *Folia* ovato-lanceolata, acumine longo, ſerrata, tomentoſa, alterna. *Flos* pedunculis polyfloris, axillaribus. *Drupa* flava.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XXII. XANTHIUM.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* comm. imbricatus. *Cor.* 1-petalæ, 5-fidæ, infundibuliformes. *Recept.* paleaceum.
Fœm. *Cal.* involucrum 2-phyllum, 2-florum. *Cor.* o. *Drupa* ſicca muricata, 2-fida. *Nucleus* 2-locularis. Lin. ſy. pl. G. 1152.

Sp. 1. XANTHIUM STRUMARIUM. α Cây Ké, Ngưu bàng, &c.
Differ. ſpec. Xant. *caule* inermi: *foliis* cordatis, trinerviis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Planta* annua, 3-pedalis: *caule* ſub-erecto, craſſo, tortuoſo: ramis multis diffuſis, mucronibus. *Folia* cordata, lobata, 3-nervia, inciſo-ſerrata, tomentoſa, magna, pallida, petiolata, ſparſa. *Flos* albus, polynatus, terminalis, & axillaris, Maſculus, & Fœmineus in eodem ramo. *Fructus* drupa echinata, ovato-oblonga, 2-locularis, 1-ſperma.
Habitat agreſte in agris, & ſepibus Cochinchinæ, & Chinæ, paſſim obvium.
Hort. Cliffort. pag. 443. Xanthium foliis ſemitrilobatis, aculeis uncinatis Hall. Helvet. 21. XXII. Xanthium, ſive Lappa. Matth. in Dioſc. l. 4. cap. 133. fig. pag. 834.
Obſerv. Cum hæc planta in Indiâ per me obſervata non differat ab Europæâ, fatendum eſt eam eſſe ſpeciem Strumariam non Orientalem a Cel. Linnæo dictam; & præcipuè, quia in ea claré videntur folia baſi cordata.

Virt.

Virt. Seminum. Attenuans, Reſolvens. Valet contra tumores, aut inflamationem capitis, colli, & oculorum, ſicut etiam contra ſcabiem, & variolas.

† GENUS XXIII. VANIERIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi Flores.*

Cal. Perianthium 4-partitum: laciniis ovatis, erectis, carnoſis, conniventibus.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta ſub-nulla. Antheræ 5, bilobæ, lobis reniformibus, compreſſis, pellucidis, calyci infra medium inhærentes.

* *Fœminei flores* Maſculis mixti in eâdem Baccâ compoſitâ.

Cal. ut Maſc.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſuperum, compreſſo-rotundum. Stylus capillaris, tenuiſſimus, corollæ æqualis. Stigma ſimplex.

Peric. nullum, præter calycem perſiſtentem, baccatum.

Sem. 1, lenticulare, glabrum, ſtylo remanente caudatum.

Recept. commune ovatum, ſeptum floſculis 10-20, compreſſo-angularis, plerumque coalitis, formantibus Baccam compoſitam, ſub-rotundam, carnoſam, exterius tuberculoſam, parvis hiatibus interpoſitis.

Nom. Ab amœniſſimo Plantarum in Prædio Ruſtico Deſcriptore Jacobo Vanierio.

Obſerv. Huic generi affinis videtur Conocarpus. Lin. Gen. pl. ed. novæ. n. 253. Nec fortaſſe magis differt Koſaria. Forsk. Arab. cent. 6. pag. 164. Scopol. Introd. pag. 225. Gen. 390. Itaque differentia augetur ex eo, quod flores conglobati, ſub viſcoſi (quamvis non lactiferi) nec facilem ſeparationem permittunt, nec accurato examini ſe exponant.

Char. Gen. Maſc. *Recept.* commune. *Cal.* 4-partitus, carnoſus. *Cor.* 0.
Fœm. *Recept.* & *Cal.* ut Maſc. *Stylus.* 1. *Sem.* 1. nudum.

† Sp. 1. VANIERIA COCHINCHINENSIS. Cây Vàng lò.

Differ. ſpec. Van. *caule* aculeato: *foliis* alternis.

Hab. *Frutex*, erectus, 3-pedalis, *caule* multiplici, ramoſo, tereti, lævi: *aculeis* multis, longis, rectis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, alterna. *Bacca* compoſita ſub-rotunda, diametro

8-li-

8-linearis, ruberrima, dulcis, edulis: *pedunculo* ſimplici, binato, axillari.
Habitat in dumetis Cochinchinæ: ex eâque duci ſolent minores ſepes.

† Sp. 2. VANIERIA CHINENSIS. β Hûng hoàng Xlong.
Differ. ſpec. Van. *caule* inermi: *foliis* faſciculatis.
Hab., & notæ. *Frutex* 15 pollices altus, erectus, ramoſus, inermis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, faſciculata. *Flos* capitulo globoſo, pedunculo ſimplici, longo, ſolitario, erecto, axillari. *Calyx* 4-partitus, carnoſus, connivens. *Stamina* 5. *Receptaculum* commune, oblongum, paleaceum. Fœmineum florem cum Piſtillo non inveni; ideoque plantam eſſe Dioicam exiſtimavi.
Habitat in dumetis provinciæ Cantonienſis apud Sinas.

HEXANDRIA.

† GENUS XXIV. NEPHROIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſc. flores*: racemis oblongis.
Cal. Perianthium 5-phyllum, patens: foliolis ovatis, acutis, incurvis: duobus alternis minoribus: omnibus coloratis.
Cor. Petala 3, ſubulata, curva, patentia, calyce longiora.
Nectarium foliolis 6, oblongis, inciſis.
Stam. Filamenta 6, capillaria, erecta, corollâ breviora. Antheræ biloculares, ſub-rotundæ.
* *Fœminei flores* in diverſo ramo ejuſdem plantæ: pedunculis ſub-trifloris.
Cal. ut Maſc.
Cor. ut Maſc.
Piſt. Germen ſuperum, ſub-ovatum, 6-ſulcatum. Stylus ſub-nullus. Stigmata 6, oblonga.
Peric. Drupæ 6, minutæ, carnoſæ, ſub-reniformes.
Sem. Nuculæ totidem, reniformes, ſcabræ, 1-loculares.
Nom. (Νεφροί, renes) ob Drupas reniformes.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigmata* 6. *Drupæ* 6, reniformes.

† Sp. 1. NEPHROIA SARMENTOSA. α Deei Xanh.
Differ. ſpec. Neph. *caule* ſcandente: *foliis* ovatis, emarginatis: *floribus* axillaribus.

Hab. *Caulis* fruticoſus, ſcandens; acirrhus, teres, piloſus, longus, ramoſus. *Folia* ovata, plana, glabra, emarginata. *Flos* albus, axillaris. Maſculus racemis oblongis: Fœmineus pedunculis ſub-trifloris, in diverſis ramis ejuſdem plantæ.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XXV. COCOS PALMA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 3. *Drupa* coriacea. Lin. ſy. pl. G. 1338.

Sp. 1. COCOS NUCIFERA. Cây Dua.

Differ. ſpec. Coc. inermis, *frondibus* pinnatis: *foliolis* replicatis, enſiformibus. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* ſimpliciſſima, prolifera, 60 pedes alta, 1 circiter diametro craſſa, erecta, recta, circulis parallelis ex frondibus decidentibus notata. *Frondes* pinnatæ, reflexæ, 12 pedes longæ, rachi exterius rotundatâ, interius, ſub-excavatâ: *aculeis* nullis: *foliolis* oppoſitis, plurimis, 3-pedalibus, ſubulato-enſiformibus, lævibus, ſimpliciter plicatis. *Flos* axillaris, *ſpathâ* magnâ, acutâ, ſtriatâ, monophyllâ: *ſpadice* ſpicato, reclinato: *ſpicis* plurimis linearibus, tectis *floſculis* fœmineis uno, vel altero ad baſim, cæteris maſculis. In utroque *calyx* ſemper 3-partitus: *corolla* 3-petala. *Stamina* 6. *Stigmata* 3, ſeſſilia. *Drupa* trigono-ovata, 8 pollices longa: *cortice* exteriore craſſo, fibroſo, non coriaceo: interiore tenuiore, oſſeo: *medullâ* albiſſimâ, duriuſculâ, inani, plerumque aquâ dulci plenâ.

Habitat culta in terris planis, non paludoſis, Cochinchinæ: minus frequenter apud Sinas in Inſulâ Hai-nan, & in paucis locis ad Auſtrum ſitis. Nullibi in eâ invêni flores hermaphroditos.

Palma Indica major: Calappa. Rumph. Amb. l. 1. cap. 1. tab. 1. 2. Tenga. Rheed. Malab. 1. pag. 1. tab. 1, 2, 3, 4. Palma Indica, Coccifera, anguloſa. Burm. Zeyl. pag. 182.

Uſus. Arbor iſta eſt omnium utiliſſima Indiarum incolis. Truncus dat tigna, & columnas ad pauperum domos extruendas. Frondibus teguntur eædem domus. Foliolis pro chartâ utuntur ad ſcribendum: eiſdem texunt ciſtas, ſtoreas, & parietes. Fructûs cortex fibroſus torquetur in rudentes, & funes omnis generis, quibus etiam parantur naves Europææ. Ex putamine oſſeo tornantur, vel aliter fiunt vaſcula, & utenſilia multa domeſtica, quorum aliqua pulcherrima. Drupæ intima pars candida dat gratum cibum, & potum copioſum, jucundum, & ſalubrem: præterea ex eâ fit ſaccharum, lac,

lac, oleum, vinum, acetum: ac plurima condimenta, Europæis etiam in deliciis habita. In Medicinâ Oleum hujus Palmæ recenter expreſſum ex fructu non eſt inferius Oleo Olivarum.

† Sp. 2. COCOS NYPA. *Cây Dừa nước.*
Differ. ſpec. Coc. inermis, *frondibus* pinnatis: *ſpadicibus* Maſculis teretibus: Fœmineis ſub-rotundis: *Drupâ* ſulcatâ.
Hab. & notæ. *Palma* craſſiſſima, 4-pedalis, ſæpius brevior, aut ſub-acaulis. *Frondes* inermes, 15-pedales, ſub-erectæ, inordinatè pinnatæ, rachi ſub-tereti. *Foliola* 4-pedalia, ſubulato-enſiformia, acumine longo, ſimpliciter plicata, baſi diſtantia, glabra, coriacea. *Flos* terminalis, pedunculo longo, erecto, craſſo, ramoſo, bracteato: *ſpadicibus* Maſculi lateralibus, teretibus, reflexis, floſculis undique tectis: *ſpadice* Fœmineo ſub-rotundo, floſculis circumdato. *Spatha* nulla, præter bracteas ſub-acutas, breves, diſtantes. *Drupa* ovato-turbinata, compreſſo-lobata, polyſulcata, 3-4 pollices longa: cortice exteriore fibroſo, craſſo, lævi, fuſco: interiore putamine oſſeo, ſub-rotundo, diametro 2-pollicari. *Medulla* albiſſima, craſſa, aquam in vacuo continens. Flores examinare non potui, quamvis a longè ſæpe viderim. Exiſtimo (non aſſero) ſpeciem eſſe Coci a Nuciferâ differentem, talemque judicant indigenæ. Hi utrâque frondes, & fructus ſatis conveniunt: non ita ſpadices.
Habitat frequentiſſima in aquis ſalſis ad maris litora, & oſtia fluminum cænoſa Cochinchinæ; Cambodiæ, Philippinarum, freti Malaccenſis, &c.
Nypa. Rumph. Amb. l. 1. cap. 16. tab. 16. Saſa, & Nipa. Harp. Voyag. V. 4. pag. 330.
Uſus. Ex hac palmâ (ſicut ex Nuciferâ) extrahitur magna quantitas vini, & aceti, quamvis inferioris notæ. Drupæ adhuc teneræ, & rubentes edules ſunt, non ſapidæ. Frondes ad defendenda tecta a ſole, & pluviâ commodiores ſunt, & longius durant, quam Nuciferæ.

POLYANDRIA.

GENUS XXVI. ARECA PALMA.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* . . . *Cor.* 3-petala. *Stam.* 9.
Fœm. *Cal.* . . . *Cor.* 3-petala. *Drupa* calyce imbricato.
Liv. ſy. pl. G. 1341.

Sp. 1. ARECA CATECHU. *Cây Cau: Binh lang. p. Pin lâm.*
Differ. ſpec. Ar. *frondibus* pinnatis: *foliolis* replicatis, oppoſitis, præmorſis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Palma* 40, aut 50 pedes alta, ſemipedem in diametro craſſa: *caule* rectiſſimo, tereti, glabro, cinereo, annulis parallelis diſtincto. *Frondes* paucæ, inermes, reclinatæ, 6 pedes longæ, pinnatæ: *foliolis* 3-plicatis, apice præmorſis, 3 pedes longis, oppoſitis, baſi approximatis. *Flos* albus, ſuaveolens, minuſculus: *ſpadicibus* axillaribus, ſpicatis, reclinatis: *ſpicis* linearibus floſculis Maſculis, & Fœmineis confuſè mixtis. *Spatha* ſimplex, ſubacuta, alba, coriacea, tenuis, ſtriata, decidua, defenſa *involucro* amplo, ex baſi frondis dilatatâ ſpadicem, & ſpatham involvente. *Maſculi* floris *calyx* 3-phyllus: *Fœminei* 6-phyllus, imbricatus, inæqualis. *Corolla* utriuſque 3-petala, acuta, curva, erecta. *Stamina* 9, brevia. *Piſtillum* 1, ſuperum. *Drupa* ovata, lævis, parvo ovo gallinaceo vix æqualis: cortice fibroſo, craſſo: putamine oſſeo nullo: *nuclea* cordiformi, interdum ſub-rotundo, vel ovato, ſolido, ſubſtantiæ in maturitate corneæ, rubeſcente, venis albicantibus.

Habitat vaſtiſſimè culta in omnibus prædiis Cochinchinæ, tam maritimis, quam montanis: rarò in Chinâ Auſtrali: nunquam in Boreali.

Faufel. Garc. Arom. l. 1. c. 25. Nux Faufel, ſeu Pinang. Bont. Jav. l. 6. c. 2. f. pag. 90. Pinanga Aréca. Rumph. Amb. l. 1. c. 5. tab. 4: ubi optima arboris icon: deſcriptio vero, quanquam veridica, nimium diffuſa, ac tædioſa.

Uſus. Ex fructu tenero ab extimâ pelliculâ libero, vel ſi recens non habeatur, ex nucleo maturo, & ſicco, ſimul cum folio aromatico Piperis Betele, addito pauxillo calcis ex oſtreis, fit maſticatorium, aſſuetis gratiſſimum, quod omnes Indiani continuò volvunt in ore, ut malus anhelitus corrigatur, dentesque, ac ſtomachus roborentur. Eorundem nucleorum decocto ſolent infectores, & fullones telas quaſcunque imbuere, ut colores diutius ſervent, & melius exprimant. In quem uſum quotannis aliquot naves Arecarios nucleos deferunt ex Cochinchinâ ad Chinam, & Indiam.

Virtus: nucleorum. Incidens, Lubricans. Prodeſt in pituitâ tenaci: alvo difficili: vermibus inteſtinorum. Corticis fibroſi decoctum Diuréſim promovet. Ex his colligi poteſt terram Japonicam, ſeu Catechu non fieri ex Arécâ, ut olim putabatur. Et quamvis hæc colores in telis retineat, hoc quidem perficit vi glutinante, non adſtringente. Nomen Aréca Catechu non ſolum eſt improprium, ſed erroneum. Per me libentius diceretur Aréca Hortenſis.

† Sp. 2. ARECA SYLVESTRIS. α Cau rûng.

Differ. ſpec. Ar. foliorum *ſtipitibus* trigonis, inermibus: *foliolis* triplicatis: ſpadycis ſingulo *flore* fœmineo inter duos maſculos.

Hab., & notæ. *Palma* 10 pedes alta, ſeſquipollicem in diametro craſſa,

ſa, rectiſſima. *Frondes* pinnatæ, inermes, 3-pedales: *ſtipitibus* trigonis, baſi dilatatis, coriaceis, caulem, & fructificationem amplectentibus: *foliolis* longis, oppoſitis, 3-plicatis, diſtantibus, apice nunc acutis, nunc præmorſis. *Spatha* membranacea, alba, ſtricta. *Spadix* ſpicatus, ſpicis linearibus, floribus ordinatè diſpoſitis, ſingulis fœminis inter duos maſculos. *Maſculi* Calyx 3-phyllus, foliolis ſubulatis inæqualibus. *Corolla* 3-petala, ſub-clauſa, *Calyce* longior, acuta, erecta. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 24, lineares. Fœminæ *Calyx* 3-phyllus, perſiſtens: *foliolis* latis, obtuſis, lateraliter ſe mutuò tegentibus. *Corolla* petala 3, rotundata, foliolis calycis minora. *Germen* oblongo-ovatum, clauſum. *Stylus* nullus. *Stigma* 3-gonum, 3-fidum. *Drupa* oblonga, ſub-acuta, 1-ſperma: *cortice* lævi, fibroſo: *nucleo* ejuſdem formæ, ſolido, corneo, ſemipollicem longo.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Pinanga oryzæ-formis. Rumph. Amb. l. 1. c. 7. pag. 40. tab. 5. fig. 2, B. Frons vero ibi picta nec ſatis convenit cum deſcriptione Rumphianâ, nec etiam cum noſtrâ obſervatione.

Uſus. Maſticatur cum folio Betele ſicut Hortenſis. In Cochinchinâ fructus maiores ſunt, quam in Amboinâ.

Obſerv. Hæc Palma inter Arécam, & Caryótam media eſt: habitus, & fructus Arécæ ſunt proprii: ſtamina, & ſitus florum ad Caryòtam declinant: corolla, & calyx maſculus utrique communes: fœmineus calyx foliolorum numero differt.

GENUS XXVII. CARYOTA PALMA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* communis. *Cor.* 3-partita. *Stam.* plurima.
Fœm. *Cal.* idem. *Cor.* 3-partita *Piſt.* 1. *Bacca* 2-ſperma.
Lin. ſy. pl. G. 1343.

† Sp. 1. CARYOTA MITIS. α Cây Dung dinh.

Differ. ſpec. Car. frondibus bipinnatis: foliorum *petiolis* nutantibus: *baccis* 1-ſpermis.

Hab., & notæ. Palma 15-pedalis, 2 pollices craſſa, rectiſſima, æqualiſſima. *Frondes* 4-pedales, reclinatæ, bipinnatæ: ſtipitibus ſub-teretibus, inermibus: *foliolis* cuneiformibus, polynerviis, obliquè præmorſis: *petiolis* longis, tenuibus, nutantibus. *Spatha* communis, ſimplex, oblonga, ſub-acuta. *Spadix* ramoſo-ſpicatus, reflexus: *ſpicis* pluribus ſimplicibus, longis: *floribus* ordinatè diſpoſitis, ſingulis fœmineis inter binos maſculos. *Calyx* communis nullus, præter ſpatham univerſalem. *Maſculis Perianthium* proprium 3-phyllum, foliolis obtuſis, concavis. *Corolla* petala 3, conica, cur-

va,

va, erecta, ſub-clauſa. *Filamenta* nulla. *Antheræ* lineares, plurimæ. *Fæmineis Perianthium* 5-phyllum, imbricatum, perſiſtens: foliolis obtuſis, concavis. *Corolla* ut Maſculi. *Germen* 3-gonum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigma* acutum, bifidum. *Bacca* rotunda, coriacea, lævis, nigra, globo ſclopeti minoris æqualis: ſemine 1, globoſo, pallido, molliuſculo. Tam Baccæ, quam tota planta tactæ non urunt, aut pruritum afferunt: Baccæ tamen edules non ſunt. Ad axillas frondium naſcitur lanugo quædam craſſa, & cinerea, quæ fomitem optimum præbet. Inter Palmas hæc omnium pulcherrima eſt; quando, flante aurâ leni motis petiolis, foliola volitare videntur.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Diverſa ſpecies cenceri debet a Caryotâ Urente Linnæi, quæ ſaguaſter maior dicitur a Rumphio, (Amb. l. 1. cap. 14. tab. 14) habetque foliola ſeſſilia, minimè nutantia, & Drupam ſive baccam 2-ſpermam, urentem, perianthioque proprio caret, communi calyce gaudet.

GENUS XXVIII. SAGITTARIA.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Filam* ferè 24.
Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Piſt.* multa. *Sem.* multa, nuda. Lin ſy. pl. G. 1164.

Sp. 1. SAGITTARIA SAGITTIFOLIA. α Cây Mác tláng.

Differ. ſpec. Sag. *foliis* ſagittatis, acutis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Planta* acaulis, 2-pedalis, paluſtris. *Folia* ſagittata, magna, angulis tribus acutis, nervoſis, æqualibus, patentibus: *petiolis* longis, craſſis, polygonis, flaccidis, ſub-erectis. *Scapus* nudus, petiolis ſimilis, illis longior. *Flos* albus, ſpicis terminalibus, ſimplicibus, interruptis, longis, erectis: *Maſculus* ad apicem ſpicæ. *Stamina* ultra 20. Fœminei *ſtigmata* ſimplicia, 200 circiter, inſidentia totidem Germinibus, veſtitis ſingulis ſquamis ſpathaceis, intus dehiſcentibus. *Calyx* communis 3-florus: proprius 3-phyllus. *Petala* 3. *Semina* nuda, oblonga, compreſſa. *Receptaculum* ſub-rotundum, colligens ſemina.

Habitat paludes, & loca cænoſa Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 201. Sagittaria ſagittata. Thunb. Jap. pag. 242.

GENUS XXIX. FAGUS.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* o. *Stam.* 12.
Fœm. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* o. Styli 3. *Capſula* (calyx antea) muricata, 4-valvis. *Sem.* 2. Lin. G. 1170.

Sp. I.

Sp. 1. FAGUS CASTANEA. α Cây Dẻ gai. β Liê tsù.

Differ. ſpec. Fag. *foliis* lanceolatis, acuminato-ſerratis, ſubtus nudis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: ramis patentibus. *Folia* lanceolata, denticulis acuminatis ſerrata, prope baſim integerrima, glabra, petiolata, alterna. *Flos Maſculus* ad apicem ramorum, *amentis* filiformibus. *Fœmineus* inferior, *calyce* 4-dentato, *corollâ* nullâ. *Capſula* ſub-rotunda, echinata: in Cochinchinâ plerumque 2-valvis, 1-ſperma. Glans vulgari Europæâ dulpo minor, ejuſdem tamen formæ, coloris, & ſaporis.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ: in Chinâ colitur Europææ æqualis.

Thunb. Jap. pag. 195. Caſtanea Sylveſtris, quæ peculiariter, Caſtanea. Bauh. Pin. pag. 419. n. 2.

Uſus. Lignum ad ædificia optimum: fructus, quamvis edules, in Cochinchinâ raro colliguntur.

† Sp. 2. FAGUS COCHINCHINENSIS. α Xuŏng cá lŏn lá.

Differ. ſpec. Fag. *foliis* ovatis, confertis: *capſulis* 3-locularibus, 3-valvibus.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis: ramis ſub-aſcendentibus. *Folia* ovata, obſoletè ſerrata, glabra, congeſta, petiolata. *Flos Maſculus* amentis terminalibus; *calyce* 5-fido: *corollâ* 5-fidâ: *ſtaminibus* 12. Fœmineus inferior in eodem ramo: *calyce* 5-fido: *Corollâ* nullâ: *capſulâ* muricatâ, 3-loculari, 3-valvi, 1-ſpermâ. Semina Caſtaneas referunt formâ, & colore: magnitudine vix duas pollicis lineas æquantia. Maſculi corolla eſt valde tenuis, & membranacea; ideo ſi Nectarium vocare magis placeat, non renuam. An Fagus Sylvatica Linnæi ſp. 3?

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XXX. QUERCUS.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-fidus ferè. *Cor.* 0. *Stam.* 5-10.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus, integerrimus, ſcaber. *Cor.* 0. *Styli* 2-5. *Sem.* 1, ovatum. Lin. ſy. pl. G. 1168.

Sp. 1. QUERCUS ILEX. α Dẻ gạo.

Differ. ſpec. Querc. *foliis* ovato-oblongis, indiviſis, ſerratiſque, ſubtus incanis: *cortice* integro. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* ſub-aſcendentibus, inermibus: *cortice* fuſco-rufo, integro. *Folia* oblongo-ovata, indiviſa, ſerrata, ſubtus incana, tomentoſa. *Flos* Monoicus, amentaceus, ſub-

ſub-terminalis. *Glans* ovata, parva, edulis: *calyce* ſemi-ovato, aſpero, perſiſtente.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Hort. Cliff. pag. 448. Ilex oblongo, ſerrato folio. Bauh. Pin. pag. 424. n. 1.

† Sp. 2. QUERCUS CORNEA. α Dẻ Sủng. β Chũ.
Differ. ſpec. Querc. *foliis* oblongo-ovatis, repando-ſerratis: *glandibus* 3-locularibus, turbinatis, calyci æqualibus.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: ligno duriſſimo, gravi, fuſco: *ramis* aſcendentibus. *Folia* oblongo-ovata, repanda, ſerrata, ſub-acuminata, glabra, dura, alterna, petiolata. *Flos* uterque ſeſſilis, amentis linearibus, longis, terminalibus. Maſculi *ſtamina* 5. Fœminei *ſtigmata* 3, ſimplicia, ſeſſilia. *Fructus* ſub-lignoſus, turbinatus, truncatus, 3-locularis, 1-ſpermus, ad humeros uſque veſtitus *calyce* craſſo, aſpero, ſegmentis polyedris ordinatè inſculpto.
Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

† Sp. 3. QUERCUS CONCENTRICA. α Dẻ hộp.
Differ. ſpec. Querc. *foliis* lanceolato-ovatis, integerrimis, incurvis: *calycibus* laxis, breviſſimis, circulis concentricis excavatis.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolato-ovata, acuminata, integerrima, incurva, utrinque glabra, petiolata, ſparſa. *Flos* Monoicus: *Maſculus* amentis linearibus, congeſtis, erectis, terminalibus: *Fœmineus* in eodem amento inferior, pedunculatus. *Fructus* oblongo-ovatus, acuminatus, glaber, rufus: *calyce* perſiſtente, laxo, brevi, intus concavo, lanci ſimili, exterius excavato circulis quinque, parallelis.
Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ.
Obſerv. Hæc ſpecies, quamvis foliis ſimilis videatur Quercui Moluccæ (Rumph. Amb. l. 4. c. 49. tab. 56.) ab eâ longè differt calyce, & curvaturâ foliorum.
Uſus. Omnes tres ſpecies præbent lignum aptum ad magna opera tam nautica, quam domeſtica, & ruralia: at ſecunda ſpecies aliis prævalet in ſuſtinendis ponderibus gravioribus.

GENUS XXXI. JUGLANS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 1-phyllus, ſquamiformis. *Cor.* 6-partita. *Filam.* 18.
Fœm. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Cor.* 4-partita. *Styli* 2. *Drupa* nucleo ſulcato. Lin. ſy. pl. G. 1169.

Sp.

† Sp. 1. JUGLANS. REGIA. β Hồ tào. α Cây Hạch đào.
Differ. ſpec. Jug. *foliolis* ovalibus, glabris, ſubſerratis, ſub-æqualibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* longis patentibus. *Folia* impari-pinnata, 3-juga: *foliolis* ſub-æqualibus, oblongo-ovatis, ſub-integerrimis, glabris. *Flos Maſculus* amentis pendulis, ſub-terminalibus: *Fœmineus* ſparſus, ſæpe 2-3-natus in eâdem planta. *Drupa* 2-pollicaris, ovata, coriacea, glabra: *nuce* inordinatè ſulcata: *nucleo* 4-lobo, oleoſo, eduli.
Habitat in provinciis Borealibus imperii Sinenſis.
Nux Juglans. Matth. in Dioſc. l. 1. c. 141. fig. ibi. Nux Vulgaris. Hill. Brit. herb. pag. 508. tab. 72. fig. 1.

† Sp. 2. JUGLANS. CAMIRIUM. α Dầu lai.
Differ. ſpec. Jug. *foliis* conicis, repandis: *petiolis* longis: *racemis* terminalibus.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* patentibus: *cortice* cinereo, glabro: *ligno* albo, levi, fragili, inutili. *Folia* baſi rotundata, ſuperius conica, repanda, glabra, magna, petiolis longis, ſparſis. *Flos* albus, Monoicus, uterque in eodem racemo, terminali. *Maſculo calyx* monophyllus, oblongus, irregulariter dehiſcens, ſæpius 2-fidus. *Corolla* petala 5, oblonga. *Filamenta* 18: *antheris* bilocularis, ſtantibus, longitudine corollæ. *Fœmineus flos* maior, rarior: *calyce*, & corollâ, ut Maſculi. *Styli* 2, bifidi, ſtigmatibus ſimplicibus. *Drupa* ovalis, coriacea, glabra, Regiæ ſub-æqualis: *nuce* ovatâ, ſulcatâ, 2-loculari: *nucleo* albo, oleoſo, eduli.
Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ.
Camirium. Rumph. Amb. l. 3. c. 12. tab. 58. Icon, & deſcriptio Rumphiana aliquatenus diſcrepant a noſtrâ, in quâ nec Drupa, nec folia ſunt cordata.
Uſus. Ex nucleis abundans exprimitur oleum, quod in lampadibus claram lucem diffundit, ſed citò conſumitur, ideoque minus æſtimatur.

† Sp. 3. JUGLANS CATAPPA. α Cây Mồ cua.
Differ. ſpec. Jug. *foliis* cuneiformibus: *petiolis* brevibus: *amentis* terminalibus.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* ſub-aſcendentibus. *Folia* cuneiformia, apice rotundata, ſub-acuminata, ſub-repanda, glabra, magna, in ſenectute lœtè rubentia: *petiolis* craſſis, brevibus, ſparſis, congeſtisque. *Flos* albus, Monoicus, amentis brevibus, ſimplicibus, laxis, ſub-terminalibus, pendulis: *Maſculus* ad baſim amenti,

ſuffultus ſquamis lanceolatis : *filamentis* multis : *corollis* 6-partitis. *Fœminei calyx* 4-partitus. *Drupa* ovato-oblonga, fibroſo-coriacea, rubra : *nuce* ejuſdem formæ, lacunoſo-ſulcatâ, 1-loculari : *nucleo* oblongo, ſimplici, eduli.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ montanis.

Catappa. Rumph. l. 1. c. 58. tab. 68.

Uſus. Lignum rubeſcens, nec admodum grave ædificiis inſervit. Cortex, & folia nigro tingunt colore.

† *GENUS XXXII. CLADODES.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 4-phyllum : foliolis ovatis, concavis.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 8, membranacea, plana, breviſſima. Antheræ ſubrotundæ.

* *Fœminei flores* in diverſis ramis ejuſdem plantæ.

Cal. Perianthium 4-phyllum, inferum, perſiſtens.

Cor. Nulla.

Piſt. Germen trigonum. Stylus nullus. Stigmata 3, oblonga, reflexa.

Peric. Capſula ſub-rotunda, 3-loba, 3-locularis, 3-valvis, 1-ſperma.

Sem. hinc rotunda, inde angulata.

Nom. (Κλαδώδης ramoſus) congruit arbuſculæ ramoſiſſimæ.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 8, membranacea,
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stigmata* 3, ſeſſilia. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. CLADODES RUGOSA. α Cây Mót.

Differ. ſpec. Clad. *foliis* lanceolatis, ſerratis, rugoſis : *racemis* ſpicatis.

Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis, ramoſiſſima. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, rugoſa, alterna. *Flos* terminalis, minimus : *racemis* laxis, in ſpicas deſinentibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GE-

GENUS XXXIII. PHYLLAUREA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phyllum : foliolis ovatis, concavis.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 30 circiter, breviſſima, libera. Antheræ ſub-rotundæ, biloculares, minimæ.

* *Fœminei flores* in diverſo racemo ejuſdem plantæ.

Cal. Perianthium 5-fidum, inferum, perſiſtens: laciniis ſtrictis, obtuſis, parvis.

Cor. nulla.

Piſt. Germen trigonum. Styli 3, filiformes, longi, reflexi. Stigmata ſimplicia.

Peric. Bacca ſub-ovata, trigona, parva, 3-locularis, 1-ſperma.

Sem. ovato-oblonga.

Nomen a foliis aureo colore diſcretis.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* o. *Filam.* 30 circiter.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis, 1-ſperma.

Sp. 1. PHYLLAUREA CODIÆUM. α Hùynh bá lá. β.

Differ. ſpec. Phyl. *foliis* lanceolatis, integerrimis, pictis: *floribus* ſpicatis.

Hab. *Caulis* arboreſcens, 8-pedalis, erectus, teres, ſub-diviſus: ramis aſcendentibus. *Folia* omnium pulcherrima, lanceolata, integerrima, petiolata, ſparſa, glabra, plana, nitida, lætè viridia: maculis longis, aureis, irregularibus tranſversè virgata. *Flos* apetalus, parvus, racemis ſimplicibus, erectis, terminalibus.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ: puto, quod etiam agreſtis.

Codiæum Chryſoſticon. Rumph. Amb. l. 6. cap. 29. tab. 25. Croton Variegatum. Lin. ſy. pl. 4. pag. 183. ſp. 1. Burm. Ind. pag. 203. Thunb. Jap. pag. 279.

Obſerv. Hæc planta a Linnæo cum aliis Authoribus ad Genus Croton reducitur. Exiſtimo recentem ab illis obſervatam non fuiſſe. Mihi in proprio horto culta aliter viſa eſt; Rumphianaque deſcriptio probè convenit. Præter fructum 3-ſpermum, qui multis aliis Generibus, præcipuè Monoicis communis eſt, vix hîc aliam notam inveni Crotonis propriam: ſtamina vero 30, eaque libera, non Monadelpha, Crotoni penitus adverſantur. Simili ratione compulſus tam præcedens, quàm ſubſequens Genus, quamvis 3-ſperma, ſeparanda

putavi. Minus Scientiæ nocebit numerum Generum ex propiis, & conſtantibus notis augere, quam incertis, & vagis confundendo minuere.

† GENUS XXXIV. TRIDESMIS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*
Cal. Perianthium 5-phyllum: foliolis lanceolatis, piloſis, patentibus.
Cor. Petala 5, lanceolata, tomentoſa, calyci ſub-æqualia, receptaculo inſerta.
Stam. Filamenta 20 circiter, corollâ breviora. Antheræ oblongæ, ſtantes.
* *Fœminei flores* in eâdem ſpicâ, ad baſim.
Cal. Perianthium ut Maſculi.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Styli 15-20, filiformes, ſtaminibus longiores, in 3 faſciculos collecti. Stigmata craſſiuſcula.
Peric. Capſula ſub-rotunda, hiſpida, 3-locularis, 3-valvis, 1-ſperma.
Sem. intus angulata, exterius gibba.

Nom. (Δεσμὶς faſciculus) ob ternos Stylorum faſciculos.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 20 circiter.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* o. *Styli* multi in 3 faſciculos collecti. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. TRIDESMIS HISPIDA. ß Ki quât yòng.
Differ. ſpec. Trid. *foliis* utrinque hipidis: *ſpicâ* brevi, terminali.
Hab. Frutex 10-pollicaris, erectus, ſimplex: *radice* ſimpliciſſimâ; longiſſimâ, verticali, tortuoſâ, corticoſâ. *Folia* ovata, ſub-acuta, ſub-ſerrata, utrinque piloſa, ſparſa. *Flos* ſpicâ ſimplici, brevi terminali.
Habitat in dumetis circa Cantonem Sinarum.
Virtus. Radicis decoctum dicitur corroborare tendines, & oſſa.

† Sp. 2. TRIDESMIS TOMENTOSA. ß Ca xí mà.
Differ. ſpec. Trid. *foliis* ſubtus tomentoſis: *ſpicis* longis, terminalibus.
Hab., & notæ. Caulis fruticoſus, erectus, 4-pedalis: *ramis* multis, aſcendentibus. *Folia* lanceolata, ſub-ſerrata, ſubtus tomentoſa, alterna. *Flos* ſpicis longis, ſimplicibus, terminalibus. *Stamina* 10. *Sty-*

li 6, longi, in tres faſciculos per paria collecti. *Capſula* 3-locularis, 1-ſperma, piloſa.

Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

Obſerv. Præternaturales apparent hi frutices ſtylis multis diviſim faſciculatis, unicâ autem capſulâ gaudentes: nec commodè dici poteſt ſtylos eſſe 3, in plures lacinias terminatos; ſiquidem cum ſint filiformes, longi, & æquales, baſi leviter coaliti, integros potius ſtylos, quam eorum lacinias repræſentant.

† GENUS XXXV. TRIPHACA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. nullus.

Cor. Monopetala, ſemiquinquefida: laciniis acutis, in formam ovatam mutuo conniventibus.

Stam. Filamenta 15 circiter, breviſſima, libera, receptaculo pedunculato inſiſtentia. Antheræ ſub-rotundæ, bilobæ.

* *Fœminei flores* in eâdem Cymâ, Maſculis mixti.

Cal. nullus.

Cor. Campanulata, patens, ſemiquinquefida: laciniis contorto-reflexis.

Piſt. Germen ſub-rotundum, 3-lobum, inſiſtens receptaculo concavo polyfido, pedunculato. Stylus filiformis, tortuoſus, corollæ ſub-æqualis. Stigma obtuſum, 3-fidum.

Peric. Legumina 3, inflato-ventricoſa, acuminata, tomentoſa, polyſperma.

Sem. 4-5, oblongo-ovata.

Nom. (Φακα legumen: τρεις tres) a tribus leguminibus Pericarpii.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 0. *Cor.* 5-fida, ovata. *Stam.* 15.
Fœm. *Cal.* 0. *Cor.* 5-fida, campanulata. *Stylus* 1. *Legumina* 3.

† Sp. 1. TRIPHACA AFRICANA. ♄ Mytonha.

Differ. ſpec. Triph. *foliis* cordatis, ſub-rotundis: *cymis* lateralibus, & terminalibus.

Hab., Arbor magna, *trunco* craſſo, brevi: *ramis* patentiſſimis. *Folia* cordata, ſub-rotunda, acuminata, integerrima, glabra, ſparſa, petiolis longis. *Flos* luteus, cymoſus, lateralis, & terminalis. *Legumen* 3 pollices longum, binos in medio latum.

Habitat agreſtis in continenti Orientali Africæ, contra Mocambiccum.

† GE-

† GENUS XXXVI. DIAPHORA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores* in ſpicis, ad apicem.

Cal. Gluma 1-flora, 3-valvis: valvis acutis, brevibus, intimâ ariſtatâ.

Cor. Gluma 2-valvis, oblonga, mutica, calyce longior.

Stam. Filamenta ſub-nulla. Antheræ 10, filiformes, inæquales: apice caudato, acuto, diſcolore, inſidentes receptaculo conſito paleis multis, corollæ æqualibus.

* *Fœminei flores* in eâdem ſpicâ, ad baſim.

Cal. Gluma 1-flora, 3-valvis: valvis latiuſculis, tertia ariſtatâ.

Cor. Gluma 2-valvis: valvis latis, acutis, carinatis, calyce longioribus.

Piſt. Germen trigonum, ſuperum. Stylus nullus. Stigmata 3, filiformia, longa.

Peric. nullum.

Sem. 1, ſub-rotundum, trigonum.

Nom. (Διαφορα diſcrepantia) ob numerum ſtaminum, quo a familia Graminum diſcrepat.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Gluma 1-flora, 3-valvis, tertiâ ariſtatâ. *Cor.* Gluma 2-valvis, mutica. *Stam.* 10.

Fœm. *Cal.* & *Cor.* ut Maſculi. *Stigmata* 3. *Sem.* 1, triquetrum.

† Sp. 1. DIAPHORA COCHINCHINENSIS. α Lách Khén.

Differ. ſpec. Diaph. *culmo* triquetro: *paniculis* ſpicatis.

Hab. Planta gramineca, 2-pedalis: *culmo* triquetro, folloſo, erecto. *Folia* ſubulata, aſpera, baſi piloſa. *Flos* axillaris, paniculis in ſpiculas deſinentibus.

Habitat inculta in agris Cochinchinæ.

MONADELPHIA.

GENUS XXXVII. PINUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* plurima. *Antheræ* nudæ.

Fœm. *Cal.* ſtrobili: ſquamâ 2-flora. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Nux* alâ membranaceâ excepta. Lin. ſyst. pl. G. 1075.

Sp. 1.

Sp. 1. PINUS SYLVESTRIS. α Cây Thông. β Sũm.

Differ. ſpec. Pin. *foliis* geminis, primordialibus ſolitariis, glabris. Lin. ſp. 1.

Hab. *Arbor* magna: *cortice* craſſo, fiſſo, fuſco: *ramis* aſcendentibus, tortuoſis. *Folia* aceroſa, ſemipedalia, gemina, primordialia ſolitaria, tenuia, recta, glabra, duriuſcula, plurima. *Flos* Monoicus, racemoſus: *Fœmineus* inferior in eodem ramo. *Strobilus* ovato-conicus, lignoſus, imbricatus. *Nux* oblonga, parva, fuſca: nucleo ſimplici.

Habitat agreſtis in montibus Cochinchinæ, & Chinæ: colitur etiam. Gmel. Sibir. 1. pag. 178. Thunb. Jap. pag. 274. Pinus Sylveſtris. Bauh. Pin. pag. 491. n. 2.

Vires: reſinæ, quæ terebinthinæ vulgaris. Diuretica, Mundificans. Diutius cocta, aquâ ſæpe mutatâ; prodeſt in Leprâ, & Phthiſi. Frequentiſſimus eſt uſus externus in Unguentis, & emplaſtris.

Obſerv. Ad radices Pinorum Sylveſtrium magnæ longævitatis in provinciâ Boreali Chinenſi *ſu-chuyen* gigni ſolent quædam tubera, ſub-rotunda, magna, ſcabra, fuſca, intus albiſſima, quæ ab Europæis vocantur *Radix Sinenſis alba*, à Cochinchinenſibus *Bach phuc linh*, ab ipſis vero Sinenſibus *Pe fu lim*. Horum tuberum decocto fœliciter utuntur in praxi Medicâ, præcipuè in morbis pulmonum, & veſicæ. Radix Sinenſis rubra provenit ex diverſâ plantâ, quæ a Linnæo dicitur Smilax China. De radice Sinenſi albâ loquitur Rumph. Amb. l. 11. pag. 124. Certius antea locutus fuerat Martinius in Atlante Sinenſi pag. 65.

Sp. 2. PINUS ABIES. α Cây Thoung [illegible]. β Xân mộc.

Differ. ſpec. Pin. *foliis* ſolitariis, ſubulatis, mucronatis, lævibus, bifariam verſis. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, *trunco* recto, altiſſimo: *cortice* fuſco-cinereo, lævi: *ramis* oppoſitis, ſub-aſcendentibus. *Folia* lanceolata, mucronata, integerrima, 2-pollicaria, plana, ſtriata, glabra, bifariam verſa, ſubſeſſilia. *Flos* lateralis, apetalus: *Maſculi* ſtamina connata: *Fœminei ſtrobilus* ſub-rotundus, bipollicaris, ſquamis rotundatis, bifloris: *nuculâ* alatâ, planâ, irregulari.

Habitat frequentiſſima in provinciis Auſtralibus imperii Sinenſis. Thunb. Jap. pag. 275. Dammara alba fœmina. Rumph. Amb. l. 3. c. 10. tab. 57. Abietis icon. Bellon. Obſ. l. 2. fig. p. 163.

Uſus: Lignum hujus arboris, eſt album, leve, nec magnæ durationis: vaſtum tamen, rectum, & cuilibet formæ aptum; ideo apud Sinas uſitatiſſimum ad extruenda tabulata tam navium, quam domorum.

GE-

GENUS XXXVIII. CUPRESSUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Antheræ* 4, ſeſſiles.
Fœm. *Cal.* Strobili: ſquama 1-flora. *Cor.* o. *Styli*? puncta concava. *Nux* angulata. Lin. ſy. pl. G. 1177.

Sp. 1. CUPRESSUS SEMPERVIRENS. α. Cây Duong. β. Pĕ xú.
Differ. ſpec. Cupr. *foliis* imbricatis: *frondibus* quadrangulis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* 10-pedalis, erectus, arboreus: *ramis* patentibus, brevibus, multis. *Frondes* lineares, quadragonæ, ſparſæ: *foliolis* breviſſimis, acutis, imbricatis, apice ſub-reflexis, glabris, obſcurè virentibus. *Flos* apetalus, lateralis: *Maſculus amentis* brevibus, ſquamis monofloris, antheris 4, ſeſſilibus. *Fœmineus ſtrobilo* ſub-rotundo, polyvalvi; *ſeminibus* angulatis, puſillis, oſſeis.
Habitat in Chinâ: inde in Cochinchinam delata, cultaque.
Cupreſſus ramos extra ſe ſpargens, quæ mas Plinii. Tourn. Inſt. pag. 587. ſp. 2. tab. 358. Berg. Mat. Med. pag. 809.

Sp. 2. CUPRESSUS THYOIDES. α. Trác bá diep. β.
Differ. ſpec. Cupr. *foliis* imbricatis: *frondibus* ancipitibus. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 18-pedalis: *ramis*, ſive frondibus ancipitibus, planis. *Foliola* acuta, breviſſima, imbricata, appreſſa. *Flos* apetalus, monoicus, lateralis. *Maſculus* amentis oblongis: *antheris* 4, ſeſſilibus. *Fœmineus* ſtrobilo ſub-rotundo, ſemipollicari: ſquamis 1-floris, 1-ſpermis.
Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 202. Mill. dict. n. 4.

GENUS XXXIX. THUJA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Stam.* 4.
Fœm. *Cal.* Strobili: ſquama 2-flora. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Nux* una, cincta alâ marginatâ. Lin. ſy. pl. G. 1176.

Sp. 1. THUJA ORIENTALIS. α. ſ
Differ. ſpec. Thuj. *ſtrobilis* ſquarroſis: *ſquamis* acutis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, caule erecto: *ramis* patentibus. *Frondes* ſubdiviſæ, ſparſæ, plurimæ, lætè virides: *foliolis* imbricatis, minutis, acutis, appreſſis, Cupreſſi ſimilibus. *Flos* Monoicus, uterque in eodem ramo: *corolla* nullâ. *Maſculus* ſquamâ amenti defenſus: ſtaminibus 4. *Fœmineus* ſtrobilo oblongo-ovato, ſquarroſo: ſquamis 2-floris: ſeminibus oblongis, alatis.

Ha-

Habitat frequens in Chinâ : colitur rarò in Cochinchinâ. Thunb. Jap. pag. 266. Encycl. Œcon. tom. 15. pag. 132.

GENUS XL. CROTON.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* cylindricus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10-15.

Fœm. *Cal.* polyphyllus. *Cor.* o. *Styli* 3, bifidi. *Capſula* 3-locularis. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G. 1181.

† Sp. 1. CROTON PUNCTATUM. *α* Bạc thau rừng.

Differ. ſpec. Crot. *foliis* lanceolatis integerrimis, ſubtus incanis, nitidis, punctatis : *capſulis* furfuroſis.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, ſubtus albicantia, nitida, punctata, alterna. *Flos* albus, terminalis, racemis ſimplicibus, oblongis : *Fœmineus* ad baſim racemi. *Maſculi calyx* 5-partitus, campanulatus : laciniis ovatis, concavis. *Corolla* petala 5, lanceolato-ovata, patentia, calyci ſub-æqualia. *Filamenta* 14, filiformia, corollâ longiora : *Antheris* 2-locularibus, ſtantibus. *Fœminei* floris calyx, & corolla, ut Maſculi. *Germen* trigonum, ſuperum. *Styli* 3, breves. *Stigmata* totidem, 4-fida : laciniis filiformibus, inflexis. *Pericarpium* Capſula 3-loba, 3-locularis, 1-ſperma : cortice furfuroſo : ſeminibus ovatis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Similitudinem habet cum Crot. Caſcarilla. (Lin. ſp. 2.) ſed noſtri folia nec ſunt tomentoſa, nec odorata : deque ejus virtute nihil ſcitur.

† Sp. 2. CROTON LANATUM. *α* Cây Thai.

Differ. ſpec. Crot. *foliis* ovato-lanceolatis, integerrimis, glabris, oppoſitis : *Corollis* lanatis : *capſulis* 6-valvibus.

Hab. & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, oppoſita. *Flos* albus, racemis ſimplicibus, terminalibus. *Maſculi* flores ad apicem. *Calyx* tubuloſus, 5-partitus, erectus. *Corolla* petala 5, ovata, concava, intus lanoſa, calyci æqualia. *Filamenta* 15, filiformia, corollæ æqualia, receptaculo inſerta. *Antheræ* ſub-rotundæ, bilobæ. *Fœminei* floris in eodem racemo *Calyx* 5-phyllus, foliolis ovatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus. *Corolla* nulla. *Germen* ovatum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, filiformia, brevia, bifida, reflexa. *Capſula* ovata, 6-valvis, 3-locularis, 1-ſperma : *ſeminibus* ovatis, apice tuberculoſis.

Habitát in ſylvis montanis Cochinchinæ.
Uſus. Arboris lignum eſt album, grave, & longiſſimæ durationis: ideoque ad maiora ædificia, & pontium ſublicas idoneum.

† Sp. 3. CROTON CONGESTUM. β Pĭ táu.
Differ. ſpec. Crot. *foliis* ovatis, inciſo-ſerratis, glabris, venoſis: *floribus* congeſtis, nudis, axillaribus.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, 5-pedalis: ramis multis, reclinatis. *Folia* ovata, ſerrata dentibus magnis, inæqualibus, glabra, venoſa, alterna. *Flos* Monoicus, uterque apetalus, congeſtus, axillaris. *Maſculi ſtamina* 18. *Fœminei Capſulæ* 3-coccæ, pendulæ.
Habitat agreſte circa Cantonem Sinarum.

Sp. 4. CROTON TIGLIUM. α Ba dậu taù. β Pĭ téu.
Differ. ſpec. Crot. *foliis* ovatis, glabris, acuminatis, ſerratis: *caule* arboreo. Lin. ſp. 10.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: ramis paucis, patentibus. *Folia* ovata, acuminata, ſub-ſerrata, glabra, ſparſa, petiolis longis. *Flos* pallidus, racemis ſimplicibus, terminalibus. *Maſculus* ad apicem: *Calyce* 5-fido: *Corollâ* 5-petalâ: *ſtaminibus* 15. *Fœmineus* multus ad baſim: *Corollâ* nullâ. *Capſula* trigono-ovata, 3-locularis, 1-ſperma: *Seminibus* oblongo-ovatis.
Habitat incultum in Cochinchinâ, & in Chinâ.
Granum Moluccum. Rumph. Amb. l. 6. cap. 48. tab. 42. Ricionoides Indica. Burm. Zeyl. pag. 200. tab. 90.
Virt.: ſeminum. Purgans, Emetica, Emmenagoga, acerrima. Mitior, quantum velis, fit, ſi hæc ſemina a pelliculâ interiori libera linteo involvas & contundas, ita ut totum oleum linteo adhæreat, maſſamque iſtam coquas aceto, & exſiccatam leviter torreas. Valet in obſtructionibus rebellibus, præpciuè uteri: in Hydrope, & Cacochymiâ ex humoribus craſſis, & tenacibus, quos attenuat, & educit per alvum abſque periculo

Sp. 5. CROTON LACCIFERUM. α Cây Kánh kiến.
Differ. ſpec. Crot. *foliis* ovatis, tomentoſis, ſerrulatis, petiolatis: *calycibus* tomentoſis. Lin. ſp. 12.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: ramis paucis, longis, patentibus. *Folia* ovata, ſub-acuminata inæqualiter dentata, tomentoſa, ſparſa, petiolis longis. *Flos* albus, ſubterminalis racemis ſimplicibus. *Maſculus* ad apicem: *corollâ* 5-petalâ: *ſtaminibus* 15-20. *Capſula* ſubrotunda, tomentoſa, parva, 3-locularis, 1-ſperma.
Habitat agreſte in provinciis Auſtralibus Cochinchinæ, & in Cambodiâ.

Lacca. Garc. Arom. l. 1. cap. 8. Haleccus terreſtris. Rumph. Amb. l. 5. cap. 43. tab. 127. Ricinoides aromatica, arbor Circææ foliis hirſutis, floribus ſpicatis maior. Burm. Zeyl. pag. 201. tab. 91.

Virtus: Corticis, & Gummi. Sub-aſtrigens, Diuretica, Mundificans. Prodeſt in oris ulceribus, Gonorrhæâ, Fluxu albo, Dyſenteriâ.

Uſus. Laccam a formicis rufis formari mihi, & illius regionis indigenis haud dubium eſt; qui idcirco hoc gummi vernaculo nomine dixerunt *Rubrum formicarum*. Hæ pro materiâ accipiunt ex Crotone Laccifero (an etiam ex aliquâ aliâ arbore? non ſatis compertum habeo) ſuccum illum gummoſum, quem, punctis arboris ramis, exſugunt, digeſtumque, ac fluido animali in ventre mixtum reponunt, eoſdem incruſtantes arboris ramos, nidoſque pro futurâ prole ædificantes, more Apum. Laccâ utuntur Indiani ad tingenda ſerica colore carmeſino, pulchro, & immutabili. Lignum arboris album, leve, & fragile inutile cenſetur.

Sp. 6. CROTON AROMATICUM. *ß* Pa táu yông.

Differ. ſpec. Crot. *foliis* cordatis, ſcabris, ſub-ſerratis, petiolatis; *caule* arboreo. Lin. ſp. 14.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* cordata, acuta, ſub-ſerrata, ſcabra, odorata, magna, ſparſa, petiolis longis, reflexis. *Flos* albus, racemis ſimplicibus, brevibus, terminalibus, & lateralibus. *Fœmineus* ſtigmatibus tribus, ſeſſilibus, ramoſis, reflexis. *Capſula* compreſſo-rotunda, ſcabra, 3-locularis 1-ſperma: ſeminibus compreſſo-rotundis. Odor plantæ non ingratus, ut in Amboinâ.

Habitat incultum circa Cantonem Sinarum.

Burm. Ind. pag. 204. Haleeus Litorea. Rumph. Amb. l. 5. cap. 42. tab. 126. Ricinoides arbor aromatica, Circææ foliis media. Burm. Zeyl. pag. 202.

Sp. 7. CROTON MOLUCCANUM. *α* Ba đậu nam.

Differ. ſpec. Crot. *foliis* cordatis angulatis, ſcabris, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 17.

Hab., & notæ. *Arbor* 8-pedalis, ramis longis, reclinatis. *Folia* cordata, angulata, acuta, ſubtus tomentoſa, magna, petiolis longis, ſparſis. *Flos* albus, racemis brevibus: *Maſculus* ſuperior, *calyce* 5-fido, *Corollâ* 5-petalâ, obtuſâ, reflexâ: *ſtaminibus* 10. Flos *Fœmineus* binus, vel ternus ad baſim, *calyce* 5-fido, *Corollâ* 5-petalâ, acutâ, erectâ. *Capſula* 3-locularis, 1-ſperma, lævis. *Nectarium* glandulis 5, ovalibus.

Habitat cultum in hortis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 205. Ricinus dulcis, arboreſcens, foliis populi nigræ argenteis. Pluk. Alm. pag. 320. tab. 220. fig. 5.

Virtus: ſeminum. Purgans, Emetica, Deobſtruens. Eadem fere, quæ Crot. Tiglii, ſed minus vehemens, ſimilique præparatione lenior, & innoxia fit; ideo apud Medicos Cochinchinenſes crebrius uſu venit.

GENUS XLI. RICINUS.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* numeroſa.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3, 2-fidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G. 1184.

Sp. 1. RICINUS COMMUNIS. α Cây Đủ đủ deâu. β Pî mâ: Hỏ mả.
Differ. ſpec. Ric. *foliis* peltatis, ſub-palmatis, ſerratis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* biennis, 8-pedalis, erectus, teres, lævis: ramis paucis, patentibus. *Folia* peltata, ſub-palmata, 8-partita, laciniis lanceolatis, ſerratis, in orbem expanſis: *petiolis* longiſſimis, rectis, glabris, inanibus, ſparſis. *Flos* racemis terminalibus: *Maſculus* inferior, *calyce* 5-partito, *corollâ* nullâ: *antheris* oblongis, albis, 100 circiter, in diverſos faſciculos collectis, Polyadelphis. *Fœmineus* ad apicem racemi: *Calyce* ſæpius 5-partito, *Corollâ* nullâ *Stigmata* 3, filiformia, 2-fida, rubra. *Capſula* ſub-rotunda, villoſo-echinata, 3-locularis, 1-ſperma. *Semina* ovata, nitida, nigra, punctis albis conſperſa. Hujus duæ ſunt varietates: prima caule, & petiolis albicantibus: altera rubris.
Habitat incultus, cultuſque in Cochinchinâ, & Chinâ.
Ricinus albus, & ruber. Rumph. Amb. l. 6. cap. 46. & 47. tab. 41. Ricinus vulgaris. Bauh. Pin. pag. 432. n. 1. Nhambu Guaçu. Piſ. Braſil. pag. 180.
Virtus: ſeminum, vel olei expreſſi. Purgans, Anthelminthica, Antiſpaſmodica, Diuretica. Valet in Volvulo, colicâ pictonum, & nephriticâ. Externè in convulſionibus, vermibus, hydrope, abdominis flatibus, & torminibus, doloribus podagræ. Videndus Clar. Berg. Mat. Med. pag. 822: & fuſiori calamo libellus Anglicus D. Pet. Canvane. Diſſert. on the oleum Ricini. Lond. 1769. Ubi notabiliores hujus olei vires exponit.

Sp. 2. RICINUS TANARIUS. α Bạch đàn nam.
Differ. ſpec. Ric. *foliis* peltatis, repandis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis tortuoſis, patentibus. *Folia* peltata, ſub-ovalia, ſub-acuminata, repanda, glabra, ſubtus albicantia, odora, ſparſa, petiolis longis. *Flos* hermaphroditus, apetalus: racemis ſimplicibus, longis, ſub-terminalibus. *Perianthium* 3-phyllum, foliolis ovato-lanceolatis, curvis, patentibus, deciduis. *Cor.* nulla. *Fi-*

la-

lamenta 30 circiter, receptaculo inhærentia, calyce longiora. *Antheræ* bilobæ, ſub-rotundæ. *Germen* trigonum, ſuperum. *Stylus* craſſus, brevis. *Stigmata* 3, filiformia, reflexa. *Capſula* 3-loba, glabra, 3-valvis, 3-locularis, 1-ſperma: *ſeminibus* ſub-rotundis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 207. Tanarius Minor. Rumph. Amb. l. 5. c. 37. tab. 121.

Obſerv. Deſcriptio Rumphiana floribus lateralibus a noſtrâ differt. Quot habeat ſtamina non declarat: ego numeravi 30, eaque libera, floresque omnes hermaphroditos. Ideo non proprio judicio, ſed Linnæanum ſecutus Ricino annumeravi. Folium Mappæ (Rumph. l. 5. c. 24. tab. 108.) a Linnæo dictum Ricinus Mappa, foliis etiam repandis delineatur a Rumphio, ſicut Tanarius, nec aliam notam invenio, per quam ſpecie differant.

† Sp. 3. RICINUS APELTA. β Xān pē xú.

Differ. ſpec. Ric. *foliis* baſi petiolatis, conicis, integerrimis.

Hab., & notæ. *Frutex* 4-pedalis, ramoſiſſimus. *Folia* non peltata, baſi rotundata, inde conica, integerrima, glabra, ſubtus albicantia, ſparſa, petiolis longis. *Flos* Monoicus, apetalus, uterque ſimul in eodem racemo terminali. *Maſculi* ſtamina multa. *Fœminei calyx* 3-partitus. *Stigmata* 3, ſeſſilia, indiviſa, lanoſa, reflexa: *capſula* villoſiſſima, 3-locularis, 1-ſperma.

Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

GENUS XLII. JATROPHA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Stam.* 10: alterna breviora.

Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala, patens. *Styli* 3, bifidi. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1. Lin. G. 1483.

Sp. 1. JATROPHA JANIPHA. β Pē fú tsù. α Bach phu tu.

Differ. ſpec. Jat. *foliis* palmatis, lobis integerrimis: intermedio utrinque ſinu lobatis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Planta* fruticoſa, 4-pedalis, caule recto, ſimpliciſſimo, inermi. *Folia* palmata, ſub-9-loba: lobis lanceolatis, inæqualibus, integerrimis, interdum, ſinuatis. *Flos* Monoicus: recentem non vidi. *Radix* tuberoſa, faſciculata: tuberibus ovato-oblongis, acutis, carnoſis, intus, & extra albis, 3-pollicaribus; ſapore ſub-dulci, ſub-ardente.

Habitat inculta apud Sinas.

Jacq. Amer. pag. 256. tab. 162. fig. 1. Janipha fruteſcens. Loefl. It. 309.

Virt:

Virtus : radicis. Calefaciens, reſolvens. Aſſâ, non crudâ utuntur Medici.

GENUS XLIII. STERCULIA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Filam.* 15.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Germen* columnæ inſidens.
Capſ. 5-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 1185.

Sp. 1. STERCULIA FŒTIDA. α Chim chiin rùng.

Differ. ſpec. Sterc. *foliis* digitatis.

Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem, *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* digitata, petiolo longiſſimo: foliolis lanceolatis, integerrimis, 7-9-natis, glabris, glaucis, in orbem diſpoſitis, ſeſſilibus. *Flos* Monoicus, apetalus, racemis ſub-terminalibus, fœtidis. *Calyx* uterque 5-partitus, glaber, magnus, patens, cinereo-glaucus. *Stamina* 15 circiter, connexa. *Stylus* unicus. *Germen* pedunculatum. *Capſula* ſub-rotundo-ventricoſa, ſub-compreſſa, corticoſa, lævis, 5-locularis, 2-valvis, polyſperma. *Semina* oblongo-ovata, multa, pedicellis propriis ex utrâque valvâ pendentibus in formam leguminis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Clompanus Maior. Rumph. Amb. l. 5. c. 22. tab. 107. Nux Zeylanica, folio multifido, digitato, flore ſtercus olente. Burm. Zeyl. pag. 169.

Virtus: foliorum, & præcipuè corticis. Aperiens, Pellens, Diuretica, Diaphoretica. Valet in Hydrope, Rheumatiſmo, Vermibus, Scabie. Semina ſunt oleoſa, in Cochinchinâ non edulia: imo, ſi incautè deglutiantur, afferunt nauſeam, vertiginem, mentis turbationem.

Uſus. Lignum pallidum, & leve, longè durat, nec patitur fiſſuras; ideo maximè idoneum eſt ad tornanda quælibet vaſa, quæ, ſuperaddito vernice, pulchra reduntur, & utilia. Lignum non malè olet, ut flores.

† GENUS XLIV. VERNICIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium tubuloſum, 2-fidum, laciniis rotundatis, erectis.
Cor. Petala 5, oblonga, campanulata, patentia, calyce longiora.
Stam. Filamenta 10, baſi in faſciculum coalita, interiora longiora.
Antheræ totidem, ſagittatæ.

* *Fœ-*

* *Fœminei flores* pauci in eodem ramo.

Cal. ?

Cor. ?

Piſt. Germen ſuperum, ſub-rotundum, trilobum. Stylus nullus. Stigma obtuſum, 3-fidum.

Peric. Drupa mediocris, ſub-rotunda, varicoſa.

Sem. Nux oſſea, obtusè trigona, rugoſa, 3-locularis, 1-ſperma: nucleis ovato-oblongis.

Nom. ab oleo ex nucleis expreſſo, quo pro Vernice utuntur indigenæ.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10, connexa.
Fœm. *Cal.* . . . *Cor.* . . . *Stigma* obtuſum, 3-fidum. *Drupa* varicoſa: *nuce* 3-gona, 3-loculari.

† Sp. 1. VERNICIA MONTANA. α Cây dầu ſơn. β Tong xu.

Differ. ſpec. Vern. *foliis* ſub-cordatis, acuminatis, undulatis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus.

Hab. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* obſoletè cordata, acuminata, integerrima, undulata, glabra, ſparſa, petiolata, glandulis binis perforata ad inſertionem petioli. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, brevibus, terminalibus, abſque *Amento*.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ, ſimul & in China.

Obſerv. Convenit cum Hippomane Linnæi Calyce bifido, & ſtigmate 3-fido: non vero corollâ, numero, & formâ ſtaminum; nuceque 3-gonâ, 3-loculari. De Hippomanes Characteribus diverſi Authores diversè loquuntur, omnes de Americanis, nullus, quem ſciam, de Indianâ. Arbor Vernicis (Rumph. Amb. l. 3. c. 44. tab. 76.) cum noſtrâ Verniciâ cohæret in aliquibus notis, non in omnibus. Ea vero arbor non eſt celebris Sinenſium Vernix, vulgari linguâ Cantonienſi dicta *Tsăt Xü*, quam nos Augiam vocatam ſupra deſcripſimus in Polyandriâ, Monogyniâ, Genere VI.

Uſus. Verniciæ lignum parum utile eſt ad edificia. Ex nucleis drupæ extrahitur abundans oleum flavum, viſcidum, pellucidum, mediocriter liquidum, quo oblinuntur ligna, & telæ, quæ tempeſtatibus aeris, & pluviæ exponi ſolent. Miſceri frequenter videtur cum verâ Vernice Sinicâ, (Augiâ) tum ut hujus nimia craſſities minuatur, ac magis ductilis fiat, tum ut quantitas, quæ carè venditur, augeatur. Lychnis inutile eſt, quia in flammam citò abit, & citò conſumitur.

SYN-

SYNGENESIA.

GENUS XLV. TRICHOSANTHES.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita, ciliata. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita, ciliata. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* oblongum. Lin. ſy. pl. G. 1190.

Sp. 1. TRICHOSANTHES ANGUINA. α Mướp Saọc. ß . . .
Differ. ſpec. Trich. *pomis* teretibus, oblongis, incurvis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſcandens, cirrhoſus, ramoſus. *Folia* cordata, ſub-rotunda, lobata, dentata, petiolata, alterna. *Flos* Monoicus, albus, axillaris, pedunculis geminis. *Corolla* utraque 5-partita, terminata capillitio longo, cincinnato. *Filamenta* 3, antheris ſtantibus, connexis. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* longum, tenue, utrinque acuminatum, teres, læve, tortuoſo-convolutum, in longitudinem virgatum faſciis alternis albis, & viridibus.
Habitat culta, & eſculenta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Burm. Ind. pag. 207. Anguina Sinenſis flore albo, elegantiſſimo, fructu oblongo, intorto. Mich. G. 12. tab. 9. Petóla Anguina. Rumph. Amb. l. 9. cap. 43. tab. 148.

Sp. 2. TRICHOSANTHES CUCUMERINA. α Bát bát tlâu.
Differ. ſpec. Trich. *pomis* ovatis, acutis: *foliis* cordatis, angulatis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* longiſſimus, ſcandens, herbaceus, ramoſus. *Folia* lato-cordata, crenata, infera 3-lobata, ſupera palmata. *Flos* Monoicus, albus, ciliatus, axillaris. *Poma* ovata, acuta, lævia, coccinea, 5-locularia, polyſperma, binos pollices longa. Non eſculenta.
Habitat ſepes arundinum Bambus in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 208. Thunb. Jap. pag. 322.

† Sp. 3. TRICHOSANTHES PILOSA. α Cây Qua.
Differ. ſpec. Trich. *Caule*, & foliis piloſis: *ſpicis* axillaribus: *bracteis* lanceolatis, ſerratis.
Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, longiſſimus, ſulcatus, piloſus, ſcandens cirrhis bifidis. *Folia* cordata, denticulata, piloſa, venoſa, inferiora palmata, ſupera triloba. *Flos* albus, Monoicus: *ſpicis* longis, lateralibus: bracteis lanceolatis, ſerratis, flores ſuſtinentibus. *Corolla* utraque 5-partita, ciliata cincinnis longis. *Poma* ovata, acuta, coccinea, 1-locularia: *ſeminibus* rhomboideis, compreſſis, lobatis, fuſcis.

Habi-

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 4. TRICHOSANTHES TRICUSPIDATA. α Bát bát rừng.
Differ. ſpec. Trich. *foliis* tricuſpidatis, glabris, polynerviis: *ſtipulis* ſub-rotundis, craſſis, crenatis: *ſpicis* axillaribus.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, cirrhis trifidis. *Folia* cordata, polynervia, denticulata, glabra, in tres cuſpides deſinentia: *ſtipulis* ſub-orbiculatis, crenatis, craſſis. *Flos* albus, Monoicus, *ſpicis* axillaribus, bracteis magnis, dentatis. *Corolla* utraque ciliata. *Poma* parva, lutea, ovata, acuta, bilocularia, biſperma.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

† Sp. 5. TRICHOSANTHES SCABRA. α Dưa nhà thỏi.
Differ. ſpec. Trich. *foliis* ſub-rotundis, ſcabris, rugoſiſſimis: *pedunculis* 1-floris.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, polyſulcus, ſcandens, cirrhis bifidis. *Folia* cordata, ſub-rotunda, rugoſiſſima, ſcabra, pedunculata, alterna. *Flos* Monoicus, albus, ciliis brevibus: *pedunculis* monofloris, axillaribus. *Pomnm* ſub-rotundum, parvum, rubrum, 12-lobum, 5-loculare, polyſpermum: *ſeminibus* planis, oblongis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

GENUS XLVI. MOMORDICA.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* elaſticè diſſiliens. Lin. ſy. pl. G. 1191.

Sp. 1. MOMORDICA CHARANTIA. α Mướp đắng. β Khú quả.
Differ. ſpec. Mom. *pomis* angulatis, tuberculatis: *foliis* villoſis, longitudinaliter palmatis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, tenuis, ramoſus, cirrhis lateralibus ſcandens. *Folia* ſinuato-palmata, rugoſa, glabra, dentata, in orbem expanſa, nervis pubeſcentibus, alterna, petiolata. *Flos* luteus, Monoicus, quandoque etiam hermaproditus: *pedunculis* longis, axillaribus, 1-floris. *Calyx* utriuſque profundè 5-partitus. *Corolla* plerumque 5-partita, interdum 6-partita: *ſtaminibus* 3, connexis. *Pomum* oblongum, obtusè angulatum, tuberculatum, utrinque attenuatum, exterius album, flavum, aut viride, interius ruberrimum, carnoſum, elaſticè diſſiliens, 1-loculare: *ſeminibus* ovatis, planis, margine præmorſis.
Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.
Amara Indica. Rumph. Amb. l. 9. cap. 46. tab. 151. Pandi pavel.

 Rhed.

Rhed. Malab. 8. pag. 17. tab. 9. **Momordica Zeylanica, fructu** longiore. Tourn. Inſt. pag. 103. tab. 30.

Uſus. Fructûs, quamvis amari, ab indigenis in taleolas ſecti acce-tariis adhibentur. Cocti amaritiem deponunt, ſalubreſque cenſentur, refrigerantes, ac ſtomachici. Balſamina, & Charantia potius varie-tates dicendæ videntur, quam diverſæ ſpecies: utraque invenitur aliquando fructu ſub-rotundo, ſemper tuberculis elongatis varicoſa.

Sp. 2. MOMORDICA LUFFA. α Múop ngọt. β Sũ quã.

Differ. ſpec. Mom. *pomis* oblongis: *ſulcis* catenulatis: *foliis* inciſis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, angulatus, ramoſiſſimus, ſcandens cla-viculis bifidis, ſpiralibus. *Folia* 5-7-angulata, angulis acutis, me-dio duplò longiore, inæqualiter ſerrata, venoſa, rugoſa, petiolis longis, alternis. *Flos* flavus, Monoicus: *Maſculus* pedunculis po-lyfloris terminalibus: *corollâ* 6-partitâ, rugoſâ, patente: ſtaminibus tribus. *Fœmineus* lateralis, ſolitarius, ſuperus: *corollâ* 5-partitâ, refl-xâ: *ſtylo* 3-fido. *Pomum* longitudinis pedalis, binos pollices craſſum, ſub-teres, ſæpius utrinque attenuatum, piloſum, ſulcis lon-gitudinalibus catenulatis, 3-loculare, polyſpermum: pulpâ alba, flac-cidâ, eſculentâ, ſaporis fatui: *ſeminibus* oblongis, compreſſis, læ-vibus.

Habitat latè culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Petóla Tſchina. Rumph. Amb. l. 9. cap. 42. tab. 147. Pepo Indi-cus, reticulatus, ſeminibus albis. Burm. Zeyl. pag. 185.

Sp. 3. MOMORDICA CYLINDRICA. β Sõy quã.

Differ. ſpec. Mom. *pomis* cylindricis, longiſſimis: *foliis* angulatis, acutis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, angulatus, ſcandens, cirrhoſus, lon-gus, ramoſus. *Folia* cordata, 9-angulata, angulis intrantibus ro-tundatis, denticulata, ſcabra. *Flos* Monoicus, luteus, pedunculis longis, polyfloris. *Poma* longiſſima, bipedalia, & ultra, recta, pendula, ſub-teretia, obtuſa, reticulato-rugoſa, edulia ſaporis fatui. *Maſculi* floris Antheræ lineares, repentes, tres ab invicem ſepa-ratæ. *Semina* compreſſa, oblonga, lævia, nigra.

Habitat culta circa Cantonem Sinarum.

Pepo Indicus, reticulatus, ſeminibus nigris. Burm. Zeyl. pag. 186. Herm. Lugdub. pag. 482.

Obſerv. Momordica Luffa, & cylindrica non habent fructus elaſticè diſſilientes, Momordicæ generis proprios: imo nec diſſilire poſſunt; ſiquidem in perfectâ maturitate conſtant fibris tenaciſſimis, intrica-tis, (prout bene notavit Rumphius.) quæ vix magnâ violentiâ diſ-

trahi

trahi poſſunt. Hæ autem fibræ non inveniuntur in Balſaminâ, & Charantiâ, quæ vel elaſticitate naturali rumpuntur, vel clauſæ putreſcunt, nullis relictis filamentis. Luffam Ægyptiacam non vidi, de Indianâ loquor.

GENUS XLVII. CUCUMIS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Piſt.* 3-fidum. Pomi ſemina arguta. Lin. ſy. pl. G. 1193.

Sp. 1. CUCUMIS SATIVUS. α Dua chuot. β Hoàm quā.
Differ. ſpec. Cuc. *foliorum* angulis rectis: *pomis* oblongis, ſcabris. Lin. ſp. 8.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, ſcandens, ramoſus. *Folia* angulata, angulis ſub-rectis, lævia, petiolata, ſparſa. *Flos* luteus, Monoicus, ſolitarius, axillaris. *Pomum* oblongum, obtuſum, ſubtrigonum, tuberculoſo ſcabrum, in maturitate luteum, 3-loculare polyſpermum: *ſeminibus* ovato-oblongis, argutis, compreſſis, lævibus, albicantibus. *Varietas* 1, & communior, fructu 5 pollices longo, ſaporis ſub-fatui. Varietas 2 duplo maior, ſapidior, & odoratior, dicta *Dua bà cai*.
Habitat latè culta in Cochinchinâ, ſimulque in Chinâ.
Thumb. Jap. pag. 324. Tournef. Inſt. pag. 104. tab. 31.

Sp. 2. CUCUMIS MELO. α Dua gang. β Cān qūa.
Differ. ſpec. Cuc. *foliorum* angulis rotundatis: *pomis* torulosis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, procumbens, ramoſiſſimus. *Folia* palmato-ſinuata, angulis rotundatis. *Flos* luteus, Monoicus, lateralis, ſolitarius. *Pomum* ovatum, magnum, obtuſum, toroloſum, læve, luteum, odorum, carnoſum, 3-loculare, polyſpermum: *ſeminibus* argutis, pallidis.
Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.
Forsk. Arab. pag. 168. n. 52. Tournef. Inſt. pag. 104. tab. 32. Melo Vulgaris. Bauh. Pin. pag. 310. n. 1.
Uſus. Eſculentus. In Cochinchinâ, & in provinciis Chinæ Auſtralibus nimis aquoſi, & inſipidi ſunt; ideo frequentius comeduntur muriâ ſub-acti, rarius recentes.

Sp. 3. CUCUMIS ACUTANGULUS. α Muóp Khên, β
Differ ſpec. Cuc. *foliis* rotundato-angulatis: *pomis* angulis 10, acutis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, angulatus, cirrhoſus, ſcandens, ramoſus. *Folia* cordata, rotundato-angulata, dentata, piloſa. *Flos* luteus, Monoicus: Maſculus terminalis, poliflorus: Fœmineus lateralis ſolitarius. *Pomum* ovatum, obtuſum, acutè angulatum, 5 pollices longum, luteo-fuſcum, læve, polyſpermum: *ſeminibus* ſubovalibus, compreſſis, lævibus, nigris. Cortex fructûs in maturitate fibroſus, ſicut Mom. Luffæ, & Cylindricæ.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 209. Petóla Bengalenſis. Rumph. Amb. l. 9. c. 44. tab. 149.

Operculum fructus nec apud Rumphium invêni, nec in ipſis plantis.

Uſus. Tener fructûs, dum crudus, eſt fatui ſaporis: elixatus, & conditus menſis apponitur.

Sp. 4. CUCUMIS MADERASPATANUS. α Cung cang tlòn tlải.

Differ. ſpec. Cuc. *foliis* cordatis, integris, denticulatis: *pomis* globoſis, glabris. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, tenuis, cirrhoſus, ramoſus, ſcandens. *Folia* cordata, ſub-rotunda, integra, denticulata, glabra, petiolata, alterna, parva. *Flos* albus, axillaris, pedunculis polyfloris. *Pomum* globoſum, ſemipollicare, læve, luteum, 3-loculare, polyſpermum. Planta Melothriæ valde proxima.

Habitat inter ſepes Cochinchinæ.

Cucumis Maderaſpatenſis, fructu minimo. Pluk. Almag. 123. tab. 170. fig. 2.

GENUS XLVIII. CUCURBITA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5- dentatus. *Cor.* 5-fida. *Piſt.* 3-fidum. *Pomi ſemina* margine tumido. Lin. ſy. pl. G. 1192.

Sp. 1. CUCURBITA LAGENARIA. α Cây Bầu. β Hú quā: Hô lô.

Differ. ſpec. Cucurb. *foliis* ſub-angulatis, tomentoſis: baſi ſubtus biglanduloſis: *pomis lignoſis*. Lin. ſp. 1.

Hab, & notæ. *Caulis* annuus, craſſus, longus, multiplex, ſcandens, cirrhoſus, ramoſus. *Folia* cordata, ſub-rotunda, repanda, denticulata, tomentoſa, petiolata, alterna, ſubtus biglanduloſa, mollia, cinerea, magna. *Flos* albus, pedunculis longis, ſolitariis, 1-floris, lateralibus. Utriuſque *calyx* cyathiformis, 5-dentatus. *Corolla* Calyci coalita, patula, rugoſa, 5-partita, laciniis acuminatis. *Fructus* multiformis, pallidus, lævis, 3-locularis, polyſpermus: ſeminibus oblongo-ovatis, compreſſis, margine tumidis: cortice in ſenectute ligno-

lignoſo. Varietas 1, communiſſima : fructu tereti, longiſſimo, crus craſſo, eduli. Var. 2 : fructu ſub-rotundo, vel ovato, omnium maximo, ex cujus cortice parantur vaſa ampla. Var. 3 : fructu lagenæformi, parvo, non eduli, amaro, cujus cortex ad ſervandos liquores aptior eſt.
Habitat ubique culta in Cochinchinâ, & Chinâ.
Rumph. Amb. l. 9. cap. 38. tab. 144. Cucurbita Lagenaria, flore albo, folio molli. Bauh. Pin. pag. 313. n. 3.
Virt. : fructus. Refrigerans, Diuretica.

Sp. 2. CUCURBITA PEPO. α Bí dao. β Tuĩn quã.
Differ. ſpec. Cucurb.. *foliis* lobatis : *pomis* lævibus. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, craſſus, multiplex, angulatus, hiſpidiſſimus, ramoſus, ſcandens eirrhis bifidis. *Folia* cordata, magna; ſub-rotundo-angulata, dentata, rugoſa, utrinque piloſa : *petiolis* longis, alternis, craſſis, flexuoſis, hirſutis. *Flos* luteus, Monoicus, lateralis, ſolitarius, pedunculis petiolo ſimilibus, brevioribus. *Calyx* dentibus 5, magnis, inciſis, undulatis, reflexis. *Corolla* ſupera, tubuloſa, campanulata : limbo 5-partito, patente : *antheris* filiformibus, reptantibus. *Poma* oblongo-ovata, 3-locularia, polyſperma, interius carnoſa, alba, inſipida, exterius pallidè viridia, hiſpida : *ſeminibus* compreſſis, pallidis, margine tumidis.
Habitat frequentiſſima in Cochinchinâ, & Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 323. Comolenga. Rumph. Amb. l. 9. cap. 37. tab. 143.
Uſus. Inter Cucurbitas hæc eſt omnium cibo aptiſſima, & ſaluberrima, quæ vix unquam negatur infirmis. Virtus eadem, quæ præcedentis. Poma exterius non prorſus lævia, ſed plerumque pilis ſetoſis hiſpida.

Sp. 3. CUCURBITA MELOPEPO. α Bí ngó β Nǎn quã : Fán quã.
Differ. ſpec. Cucurb. *foliis* lobatis : *caule* erecto : *pomis* depreſſo-nodoſis. Lin. ſp. 5.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſub-teres, piloſus, ſcandens, vel procumbens, cirrhis 3-fidis, ramis multis, longis. *Folia* lobato-angulata, ſerrata, piloſa, alterna, petiolis longis. *Flos* luteus, Monoicus, pedunculis lateralibus, 1-floris. *Calyx* laciniis 5, liniari-ſpathulatis, patentibus. *Corolla* campanulata, limbo 5-partito, patente. *Antheræ* lineares : diſtinctæ, erectæ. *Pomum* magnum, rubro-luteum intus, & foris : ſeminibus pallidis, margine tumidis. Formâ variat : plerumque ſub-rotundum, ſæpe depreſſum, ſemper toruloſum, interdum ovatum, raro verrucoſum. Unde exiſtimo Cucurb. verrucoſam, & Melopeponem (Lin. ſp. 4. & 5.) varieta-
tes

tes eſſe, non diverſas ſpecies; nam licet Melopepo alicubi videatur ſtare caule erecto, naturâ ſemper ſcandens eſt, cum ſemper inſtruatur cirrhis, quibus aſcendens inniti poſſit. In Indiâ ſemper ſcandunt, vel procumbunt, quando abſunt adminicula.

Habitat latè culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Pepo Indicus. Rump. Amb. l. 9. cap. 39. pag. 309. tab. 145. Melopepo. Tourn. Inſt. pag. 106. tab. 34.

Uſus. Hi fructus magnæ utilitatis ſunt navigantibus; nam cum ſervari poſſint incorrupti, & quaſi recentes per menſes aliquot, cibum præbent vegetabilem, in longis navigationibus optabilem, & ſalubrem.

Sp. 4. CUCURBITA CITRULLUS. α Dua hâu. β Sĩ quã.

Differ. ſpec. Cucurb. *foliis* multipartitis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, ſtriatus, longus, ramoſus, piloſus, procumbens, diffuſus, cirrhis lateralibus, bifidis. *Folia* multipartita: laciniis, inciſis ſub-acutis, piloſis. *Flos* flavus: Monoicus, pedunculis brevibus, ſolitariis, lateralibus: *calyce* 5-dentato: *corollâ* 5-partitâ. *Pomum* magnum, læve, rotundum, vel oblongum ſeſquipedale, intus aquoſum, dulciſſimum, ruberrimum, aliquando pallidum, loculare, polyſpermum: ſeminibus compreſſis, margine tumidis, nigris, vel rufis.

Habitat frequenter culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Thunb. Jap. pag. 323. Anguria Indica. Rumph. Amb. l. 9. cap. 40. tab. 146. fig. 1. Anguria Citrullus dicta. Bauh. Pin. pag. 312. n. 1.

Uſus. Eſculentus, gratiſſimus in terris calidioribus.

Virtus: pomi. Humectans, Refrigerans. Seminum Emulſiva, Obtundens, ſub-Diuretica. Rumphius loco citato aſſerit fructûs pulpam valere contra toxicum, & morſus venenatos: item contra anxietates exortas ex opio malè præparato, vel magnâ doſi aſſumpto; quod ipſe expertus non ſum

GENUS XLIX. BRYONIA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* ſub-globoſa, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 1194.

† Sp. 1. BRYONIA HASTATA. β Sĩ toũng quã.

Differ. ſpec. Bry. *foliis* haſtatis, denticulatis, glabris: *pedunculis* polyfloris.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, tenuis, ſcandens, cirrhoſus. *Folia* cordata, haſtata, denticulata, glabra. *Flos* albus, Monoicus, pedun-

dunculis polyfloris, axillaribus. *Cal.* nullus. *Corolla* tubuloſa, limbo 5-partito, erecto. *Filamenta* 3, fundo corollæ inſiſtentia: glandulis 3, alternis, verrucoſis. *Bacca* ovata, acuta, parva, rubra, 1-locularis, polyſperma: *ſeminibus* ovatis, arillatis, paucis.
Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. BRYONIA TRILOBA. α Deom ác ba Chia.
Differ. ſpec. Bry. *foliis* trilobis, 5-nerviis: *ſtipulis* ſub-rotundis, concavis: *pedunculis* monofloris.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſulcatus, ſcandens cirrhis trifidis. *Folia* cordata, triloba, quinque-nervia, ſerrato-repanda, utrinque lævia: *ſtipulis* ſub-rotundis, concavis, ſerratis. *Flos* albus, Monoicus, axillaris, pedunculis ſolitariis, monofloris. *Bacca* ovata, ſub-acuta, glabra, lutea, ſeſquipollicem longa, 5-locularis, polyſperma.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Sp. 3. BRYONIA GRANDIS. α Deom ác ngu chia.
Differ. ſpec. Bry. *foliis* cordatis, angulatis, baſi ſubtus glanduloſis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, magnus, ramoſus, ſcandens cirrhis ſimplicibus. *Folia* cordata, ſub-rotunda, 5-angulata, utrinque lævia, denticulata, alterna, petiolata. *Flos* albicans, Monoicus, lateralis, pedunculis monofloris, 1-2-natis. *Bacca* ſub-rotunda, 1-pollicaris, rubra, lævis, 5-locularis, polyſperma. *Semina* pauca, oblonga, obtuſa, compreſſa. De *glandulis* ad baſim foliorum non adverti.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Vitis alba. Rumph. Amb. l. 9. c. 65. tab. 166. fig. 1. Bryonia foliis ſubrotundis; anguloſis. Burm. Zeyl. pag. 49. tab. 19. fig. 2.

† Sp. 4. BRYONIA COCHINCHINENSIS. α Cây Quạ quạ
Differ. ſpec. Bryon. *foliis* 5-angulatis, aſperis: *baccis* 3-locularibus, decagonis.
Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, mediocris, 4-ſulcatus, ramoſus, ſcandens, cirrhoſus. *Folia* cordata, quinque-angulata, denticulata, aſpera, alterna, petiolata. *Flos* albus, Monoicus, magnus, axillaris, ſolitarius, pedunculis longis. *Calyx* 1-phyllus, tubo inferius cylindrico, ſuperius ovato, dilatato: limbo 5-fido, laciniis linearibus. *Corolla* ſub-rotata, 5-partita, ori calycis inhærens: laciniis ovato-oblongis. *Filamenta* 3, brevia, medio tubo calycis inſiſtentia. *Anthera* 1, magna, oblongo-ovata; tribus filamentis in formam tripodis impoſita. Floris Fœminei *Calyx*, & *Corolla* ut Maſcu-

culi. *Germen* inferum ovato-oblongum, polyſulcum. *Stylus* filiformis, tubo brevior. *Stigma* oblongum, trigonum, apice trifidum. *Bacca* ovata, utrinque ſub-acuta, 10-angulata, 3-locularis, polyſperma, rubra, lævis, mediocris. *Semina* oblongo-ovata, compreſſa, lævia.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, ad ſepes ſcandens.

Obſerv. A Bryoniâ profectò differt. Sed cui alteri generi melius adaptabitur, ſi novum ſtatuere non liceat? Habitu quidem affinis eſt Bryoniæ Scabrellæ. Lin. Jun. ſuppl. pl. pag. 424.

† *GENUS L. MURICIA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. exterior ſpatha inflata, obtuſa, 1-flora, magna.

Perianthium 5-partitum: laciniis ſubulatis, ſtriatis, coloratis, patentibus, æqualibus.

Cor. Campanulata, petala 5, ovato-lanceolata, nervoſa, patentia.

Stam. Filamenta 3, brevia, craſſa, trigona: baſi dilatatâ inter ſe cohærentia. Antheræ 3, quarum 2 bilobæ, lobis divaricatis, ad baſim auritis: tertia ſimplex: omnes ex lineâ fariniferâ extrorſum filamentis adnatæ, invicem diſtinctæ.

* *Fœminei flores* in eâdem plantâ, ſparſi.

Cal. ut Maſculi.

Cor. ut Maſculi.

Piſt. Germen oblongo-ovatum, villoſum, medium inter ſpatham, & perianthium. Stylus teres, craſſus, æqualis ſtaminibus, apice ſubtrifidus. Stigmata 3, ſagittata, horizontalia.

Peric. Bacca magna, ovata, muricata, 1-locularis, polyſperma.

Sem. multa, orbiculata, magna, reticulata, margine tuberculoſa.

Nom. Muricia a baccâ muricatâ, purpureâ.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Stylus* ſub-integer.
Bacca 1-locularis: ſeminibus orbiculatis, tuberculoſis.

Sp. 1. MURICIA COCHINCHINENSIS. α Cây gốc: Mŏuc biết tu. β Mŏ piĕ .sù.

Differ. ſpec. Mur. *foliis* 5-lobis, glabris, denticulatis: *baccis* ovatis, muricatis: *caule* ſcandente.

Hab. *Frutex* magnus, caule lignoſo, craſſo, multiplici, ſcandente cirrhis ſolitariis. *Folia* 5-lobata, lobis tribus ſuperioribus acuminatis,

tis, binis inferioribus ſub-obtuſis, brevibus, denticulata, venoſa, glabra, petiolata, alterna. *Flos* lateralis, ſolitarius, pallidè luteus, pedunculo longo. *Bacca* intus, & extra rubro-purpurea, ſub-carnoſa, ſeminibus nidulantibus, fuſcis. *Perianthium* nigrum: *ſpatha* viridis. *Fructus* inodorus, ſaporis fatui. *Petioli* canaliculati, tortuoſi.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ.

Uſus: baccæ. Ad tingenda liba, & alia eſculenta colore nitidè purpureo.

Virtus: ſeminum, & foliorum. Aperiens, Abſtergens. Valet in obſtructionibus hepatis, & lienis: tumoribus, & ulceribus malignis, aut antiquis: lumbagine. Externè prodeſt in procidentia uteri, & ani; oſſium luxaturâ, aut fracturâ.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

MONANDRIA.

1. PANDANUS. — Maſc. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* ſeſſilis, linearis
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigm.* 2. *Bacca.* compoſita.

† 2. KNEMA. — Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida. *Filam.* antheris ſtellatis.
Fœm. *Cal.* ſub-truncatus. *Cor.* 3-fida. *Stigm.* 1-*Bacca* 1-ſperma

† 3. COMMIA. — Maſc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Anthera* multilocularis.
Fœm. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Styli* 3. Capſ. 3-locularis, 1-ſperma.

† 4. PHYLLAMPHORA. — Maſc. *Cal.* 4-phyllus *Cor.* o. *Filam.* Antherâ multiloculari.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 4-gonum. *Capſ.* 4-locularis.

† 5. CATHETUS. — Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* Antheris 3.
Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styl.* *Stigmatibus* 3. *Capſ.* 3-locularis, 2-ſperma.

† 6. STEPHANIA. — Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* Antherâ coronariâ.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus *Cor.* o. *Stigm.* ſeſſile. *Bacca* 1-ſperma.

DIANDRIA.

7. SALIX. — Maſc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Stam.* 2, raro. 5.
Fœm. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Stygm.* 2. *Capſ.* 2-valvis. *Sem.* pappoſa.

† 8. TRIADICA. — Maſc. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Filam.* planum.
Fœm. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styl.* Stigm.

3. *Bacca* 3-locularis, 1-perma.

† 9. TETRAPILUS. Maſc. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis.

TRIANDRIA.

10. EXCŒCARIA. Maſc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* ut Maſculi. *Cor.* o. *Stigmata* 3. *Capſ.* 3-cocca.

11. CATURUS. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Capſ.* 3-cocca.

† 12. EBENOXYLUM. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala. *Stylus* 1. *Bacca* 3-ſperma.

13. PHÆNIX PALMA. Maſc. *Cal.* 3-part. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 3-part. *Cor.* 3-petala. *Piſt.* 1. *Drupa* 1-ſperma.

TETRANDRIA.

† 14. STREBLUS. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2-partitus. *Bacca* 2-locularis.

PENTANDRIA.

15. PISTACIA. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styli.* 3. *Drupa* ſicca.

16. CANNABIS. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Nux.*

17. SPINACIA. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Styli* 4. *Sem.* 1, calycinum.

18. ANTIDESMA. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigmata* 5. *Bacca* 1-ſperma.

HEXANDRIA.

19. BORASSUS PALMA. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigma* 3-gonum. *Drupa* 3-ſperma.

† 20. LIMACIA. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Stigm.* 3. *Drupa*: nuce cochleatâ.

† 21. PSELIUM. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Stigma* 4-fidum. *Drupa*: nuce armillari.

22. SMILAX. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Bacca* ſupera, 3-locularis.

23. DIOSCOREA. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3. *Capſ.* ſupera, 3-locularis.

24. FIBRAUREA. Maſc. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala.
Fœm. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Stigmata* 3. *Baccæ* 3, 1-ſpermæ.

OCTANDRIA.

25. RHODIOLA. Maſc. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
Fœm. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Piſt.* 4. *Capſ.* 4, polyſpermæ.

ENNEANDRIA.

26. MERCURIALIS. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 9-12.
Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Capſ.* 2-cocca.

DECANDRIA.

27. CARICA. Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
Fœm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Stigm.* 5. *Bacca* polyſperma.

DO-

DODECANDRIA.

28. EUCLEA. — Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.
Fœm. *Cal.*, & *Cor.* Maſculi. *Styli* 2.

POLYANDRIA.

† 29. ABUTUA. — Maſc. *Cal.* vaginans Amentum. *Cor.* o. *Stam.* 20.
Fœm. *Cal.* ut Maſculi. *Cor.* o. *Piſt.* 6-8. *Glandes* totidem.

30. CYCAS PALMA. — Maſc. *Cal.* *Spadicis* ſquama imbricata. *Cor.* o. *Antheræ* pluſquam 100, globoſæ.
Fœm. *Spadix* filiformis. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Drupa* ovata, 1-ſperma.

† 31. ECHINUS. — Maſc. *Cal.* laciniatus. *Cor.* o. *Stam.* 30.
Fœm. *Cal.* 5-6-fidus. *Cor.* o. *Piſt.* 2. *Capſulæ* 2, 1-ſpermæ.

† 32. STIGMAROTA. — Maſc. *Cal.* 4-5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 30.
Fœm. *Cal.* 5-6-partitus. *Cor.* o. Stigma 6-fidum: *Bacca* 6-ſperma.

† 33. MALLOTUS. — Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* plurima.
Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

MONADELPHIA.

34. JUNIPERUS. — Maſc. *Ament.* *Cor.* o. *Stam.* 3.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Styli.* 3. *Bacca* calycina, 3-ſperma.

POLYADELPHIA.

† 35. HOMONOIA. — Maſc. *Cal.* Amenti ſquamæ 3. *Perianthium* 3-phyllum. *Cor.* o. *Stam.* 200 in 20 faſciculis.
Fœm. *Cal.* Amenti ſquama polyfida. *Pe-*

rianth.

rianth., & *Cor.* o. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-locularis : 1-ſperma.

† 36. SFBIFERA. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 100 in 10 faſciculis.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* 10. *Baccæ* totidem, 1-ſpermæ.

GYNANDRIA.

37. CLUTIA Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca.

* *Incerti adhuc Ordinis.*

† 38. RESTIARIA. Maſc ?
Fœm. *Cal.* 3-fidus, capſularis. *Cor.* o. *Stigma* concavum. *Capſ.* 5-nervis, 2-locularis, polyſperma.

MO-

MONANDRIA.

GENUS I. PANDANUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* ſeſſilis, ramificationibus thyrſi inſerta.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigmata* 2. *Fructus* compoſitus. Linn. Jun. ſuppl. pl. pag. 64. G. 1430.

Sp. 1. PANDANUS ODORATISSIMUS. α Cây Júa. β . . .

Differ. ſpec. Pand. *Foliis* margine, dorſoque aculeatis : *fructu* ſolitario.

Habitus, & notæ. *Caulis* fruticoſus, 8-pedalis, crus craſſus, teres, inermis, inclinatus, anulis a foliorum caſu notatus : *radice* multiplici, arcuatâ, ſupra terram prominente : *ramis* paucis, tortuoſis, patentibus, proliferis. *Folia* amplexicaulia, trifariam imbricata, 3 pedes longa, ſubulata, canaliculata, margine, ac dorſo ſpinoſa, glabra, cinereo-glauca, patentia. *Flos* Dioicous, terminalis : *Maſculus* racemis magnis, compoſitis, oblongis, laxis : partialibus ſuffultis bracteâ candidâ, ciliato-ſpinoſâ, foliorum ſimili. *Calyx*, & *corolla* nulli. *Filamentum* 1, filiforme, breve : *antherâ* liniari, acutâ, biloculari, nutante. *Racemus* totus albus, odoratiſſimus. *Fœmineus* flos Germinibus in globum aggregatis : *calyce*, *corollâ*, & *ſtylo* nullis : *ſtigmate* bifido. *Pericarpium* bacca ſolitaria, tuberculoſa, rubra, Bromeliam referens, compoſita ex bacculis compreſſo-angulatis, lignoſo-fibroſis, luteis, inodoris, non eſculentis : *Semine* 1, oblongo, glabro, parvo. *Fructus* totus ſemipedalis, nunc ſub-rotundus, nunc oblongus, vel ovatus.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ : colitur etiam ad ducendas ſepes agrorum, & viarum, ad paſcendosque elephantes domeſticos : amat loca arenoſa.

Ananás ſylveſtris. Acoſta Arom. apud Cluſ. cap. 45. pag. 285. Keura Odorifera. Forsk. Arab. Centur. 6. pag. 172. Pandanus Verus, & Spurius. Rumph. Amb. l. 6. cap. 80, 81. tab. 74, 75. Frutex Indicus fructu aggregato Conoide Kaide dictus. Ray. Hiſt. pl. pag. 1442.

Obſerv. Odor floris Maſculi, qui in Cochinchinâ non magni habetur, ut in Arabiâ, teſte Forskolio, valde intenſus, & perſiſtens. Fructûs, præcipuè immaturi vis Emmenagoga, & Abortiva : non tamens lacteſcens.

† Sp. 2. PANDANUS HUMILIS. α Júa rừng.

Differ. ſpec. Pand. *foliis* margine, dorſoque aculeatis : *fructu* racemoſo : *radice* repente. Hab.,

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, 3-pedalis, ſub-erectus, plerumque ceſpitoſus, radice repente. *Folia* ſubulata, ſtricta, curva, margine, ac dorſo ſpinoſa, glabra, fuſco-viridia, ſeſquipedalia, ſeſſilia, ad apicem caulis congeſta. *Flos* Dioicus, terminalis, uterque carens calyce, & corollâ: *Maſculus* thyrſo oblongo, diſtincto bracteis partialibus, albis, brevibus, ſubulatis, ſpinuloſis: *Fœmineus* in diverſos globulos aggregatus. *Fructus* 6-8, bipollicares, ovati, tuberculoſi, rubri, duri, compoſiti ex bacculis angulatis, 1-permis. *Stamina*, & *Stigmata* ſolitaria. *Flores* inodori.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ: amat loca montana, & petroſa.

Pandanus Humilis. Rhumph. Amb. l. 6. cap. 82. tab. 76. Kada-taddi? Rheed. Malab. tom. 2. fig. 6.

† Sp. 3. PANDANUS LÆVIS. α Lá buon : Lá khai.

Differ. ſpec. Pand. *foliis* longiſſimis, dorſo inermibus: *fructu* ſolitario.

Hab. & notæ. *Frutex* caule craſſo, brevi, ramoſo, ſparſim aculeato. *Folia* 6-pedalia, ſubulata, cananiculata, dorſo inermia, glabra, pallida, craſſiuſcula, tenaciſſima, longè acuminata, faſciculata. *Flos* Dioicus, terminalis, calyce, & corollâ nullis: *Maſculus* racemis compoſitis, bracteatis, oblongis, luteſcentibus, odoriferis. *Fœmineus* aggregatus. *Fructus* ovatus, parvus, ſolitarius, ruber, tuberculoſus, compoſitus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ: amat loca deſerta.

Pandanus Moſchatus, ſeu lævis. Rhumph. Amb. l. 6. c. 85. pag. 147.

Uſus. Folia hujus plantæ alba, & nitida, longæque durationis pulchrè aptantur ad indigenis ad erigenda diſſepimenta cubilium intra domos.

† *GENUS II. KNEMA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. nullus.

Cor. Monopetala, carnoſa: tubo craſſo, brevi: limbo 3-fido connivente, laciniis acutis, exterius lanoſis.

Stam. Filamentum 1, breve, turbinatum. Antheræ 10-12, ovatæ, biloculares, circa apicem Filamenti horizontaliter expanſæ.

* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. Perianthium inferum, breviſſimum, ſub-truncatum, perſiſtens.

Cor. ut Maſculi.

Piſt. Germen ſub-rotundum, piloſum. Stylus nullus. Stigma laciniatum, erectum.

Perie.

Peric. Bacca ovata, ſuccoſa, 1-ſperma.
Sem. ovatum, arillatum.

Nom. (Κνημη radius rotæ) ab antheris in formam radiorum ſtellatis.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida. *Antheræ* circa filamentum ſtellatæ.
Fœm. *Cal.* ſub-truncatus. *Cor.* 3-fida. *Stigma* 1. *Bacca* ſupera, 1-ſperma.

† Sp. 1. KNEMA CORTICOSA. a Cây Máu chó.
Differ ſpec. Kn. *foliis* lanceolatis, integerrimis, alternis: *pedunculis* polyfloris, lateralibus.
Hab. *Arbor* magna: *cortice* craſſo, fuſco-rubro: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* uterque ſub-terminalis, pedunculis polyfloris. *Corolla* exterius fuſca, interius luteo-rubra. *Bacca* parva, pulpâ ſuccoſâ, rubrâ.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS III. COMMIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores*, amentis brevibus, axillaribus.
Cal. Amentum filiforme, ſquamis obtuſis, imbricatis, aſtrictis. Perianthium nullum.
Cor. nulla.
Stam. Filamentum 1, breve. Anthera ſub-rotunda, multilocularis.
* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.
Cal. Perianthium 3-phyllum, breve, inferum, perſiſtens, foliolis acutis.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum. Styli 3, reflexi, breves. Stigmata craſſiuſcula.
Peric. Capſula 3-loba, 3-locularis, 1-ſperma: loculis interius hiantibus.
Sem. ſub-rotunda.

Nom. (Κόμμι gummi) ex abundantiâ humoris reſinoſo-gummoſi, quo hæc arbor ſcatet.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Amenti ſquama. *Cor.* o. *Filam.* antherâ multiloculari.

Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. COMMIA COCHINCHINENSIS. α Cây ſơn giá.
Differ. ſpec. Com. *foliis* lanceolatis, integerrimis, incurvis, reflexis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis expanſis. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, incurva, reflexa, alterna. *Flos* Fœmineus racemis oblongis, parvis, multis, ſub-terminalibus: *Maſculus* amentis brevibus, axillaribus.
Habitat agreſtis prope litora in Cochinchinâ.
Virtus: Gummi albi, tenacis ex arbore manantis. Emetica, Purgans, Deobſtruens. Prudenter adminiſtrata valet in rebelli hydrope, & obſtructionibus.

† GENUS IV. PHYLLAMPHORA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*
Cal. Perianthium 4-partitum: laciniis ovatis, coloratis, patentibus, perſiſtentibus, in ſenectute reflexis.
Cor. nulla.
Stam. Filamentum 1, filiforme, calyce brevius. Anthera ſub-rotunda, magna, multilocularis: vel, ſi velis, Antheræ 6-8, verticaliter in unum coalitæ.
* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.
Cal. ut Maſculi.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ſuperum, ovato-oblongum, 4-ſulcum. Stylus nullus. Stigma 1, ſub-orbiculatum, 4-gonum, 4-ſulcum.
Peric. Capſula oblongo-ovata, 4-gona, tomentoſa, 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.
Sem. Scobiformia, plurima.
Nom. Phyllamphoram, ſeu folii amphoram nominavi ob vaſa illa mirabilia ex ſingulis foliis pendentia.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Filam.* 1: Antherâ multiloculari.
Fœm. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Cor.* o. *Stigma* 4-ſulcatum. *Capſ.* 4-locularis, polyſperma.

Sp. 1. PHYLLAMPHORA MIRABILIS. α Cây Nắp ấm.

Differ.

Differ. ſpec. Phyl. *foliis* canthariferis, in petiolos decurrentibus: *ſpicâ* ſimplici, terminali.

Hab. *Caulis* ſuffruticoſus, 3-pedalis, ſimpliciſſimus, erectus, teres, craſſus, lævis. *Folia* oblonga, utrinque ſub-acuta, integerrima, glabra, lineato-venoſa, fuſco-viridia, alterna, decurrentia in petiolos longos, ſemiamplexicaules. *Flos* Dioicus, uterque terminalis, ſpicâ longâ, ſimpliciſſimâ, ſolitariâ: *calycibus* pedunculatis, rubris, craſſis: capſulis parvis. *Folia* ſingula terminantur cirrho longo, in medio ſpiraliter convoluto, inde demiſſo, ſuſtinente vas quoddam, oblongum, ventricoſum, labio tereti, prominente marginatum, inſtructum operculo ad latus annexo, quod ex ſuapte naturâ liberè aperitur, & clauditur, ut ros accipiat, ac ſervet. Mirum opus Divini Conditoris!

Habitat loca humida, & agreſtia Cochinchinæ: nec facilè cicurari, & coli poteſt, ut ipſe, & ante me Rumphius experti ſumus.

Obſerv. Nepenthes Deſtillatoria (Lin. G. 1107, ſy. pl. 4. pag. 45.) eadem videtur eſſe, ſed nec claſſe, nec ordine cum noſtrâ convenit. Burmannus (Zeyl. pag. 42. tab. 17.) eam repræſentat foliis ſeſſilibus, & flore racemoſo, ſive paniculato, pedunculis ſubdiviſis: ſimiliter etiam Plukenetius. (tab. 237. fig. 3.), eoque habitu a noſtrâ differunt, nec ſcire poſſumus, an charactere eſſentiali etiam differant. Rumphius, qui plantam viventem tractavit, illam exponit (Amb. l. 7. c. 61. tab. 59. fig. 2.) foliis, & flore noſtræ magis ſimilem, diſſimilem vero radice repente, & ramis ſcandentibus.

† GENUS V. CATHETUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 6-phyllum: foliolis ſub-rotundis, concavis, patentibus, tribus exterioribus minoribus.

Cor. nulla. Nectarium glandulis 6, ſub-rotundis, 2-natis

Stam. Filamentum 1, craſſum, calyce brevius. Antheræ 3, ovales, 2-loculares, ad angulum rectum filamento inſertæ.

* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. Perianthium 6-partitum, inferum: laciniis ſub-rotundis, concavis, patentibus.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus craſſus, calyce ſub-brevior. Stigmata 3, bifida: laciniis ſubulatis, reflexis.

Peric. Capſula compreſſo-rotunda, 6-loba, 3-locularis 2-ſperma.

Sem. intus angulata, exterius convexa.

Nom. (Κάθετος perpendiculum) ob Antheras ad filamentum perpendiculares.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* *Antheris* 3, normalibus.
Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Stylus* ſtigmatibus 3. *Capſ.* 3-locularis, 2-ſperma.

† Sp. 1. CATHETUS FASCICULATA. α Chôi duc.
Differ. ſpec. Cath. *foliis* faſciculatis: *floribus* ſolitariis, axillaribus.
Hab. *Frutex* 3-pedalis, *caule* erecto, multiplici: *ramis* aſcendentibus. *Folia* ovata, integerrima, plana, glabra, minuta, faſciculata. *Flos* uterque axillaris, ſolitarius, minuſculus.
Habitat agreſtis in collibus Cochinchinæ.

† GENUS VI. STEPHANIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*
Cal. Perianthium 6-phyllum: foliolis ſub-acutis, patentibus, tribus alternis minoribus.
Cor. nulla. Nectarium 3-phyllum, obtuſum, minuſculum, corollam dicas, ſi velis.
Stam. Filamentum 1, calici æquale, apice craſſum, truncatum. Anthera 1, circularis, caput filamenti coronans.
* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.
Cal. ut Maſculi.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ovatum, ſuperum. Stylus nullus. Stigma longiuſculum, erectum.
Peric. Bacca ovata, 1-ſperma, minima.

Nom. (Στεφάνη corona) ab Antherâ in formam coronæ aureæ caput filamenti circumdante.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* Antherâ circulari.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* integrum. *Bacca* 1-ſperma.

† Sp. 1. STEPHANIA ROTUNDA. α Cu mọt: Tủ nhien.
Differ. ſpec. Steph. *caule* volubili: *foliis* peltatis, ſub-rotundis: *umbellis* compoſitis.

Hab.

Hab. *Caulis* fruticoſus, volubilis, ſub-ſimplex, longiſſimus, teres, inermis, glaber. *Radix* tuber magnum, ſub-rotundum, rugoſum, fuſcum, radiculâ filiformi, verticali, longâ, terram perforans, ipſum foris eminens. *Folia* peltata, trigono-rotunda, acuta, repanda, glabra, alterna, petiolata. *Flos* umbellis compoſitis, lateralibus: nectario luteo. Tuber amariſſimum, formâ, & virtute Ariſtolochiæ rotundæ æmulum.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. STEPHANIA LONGA. α Dâei mồi tlon.

Differ. ſpec. Steph. *caule* volubili: *foliis* peltatis, oblongis: *capitulis* lateralibus.

Hab. *Caulis* fruticoſus, volubilis, tenuis, inermis, ramoſus. *Folia* peltata, trigono-oblonga, integerrima, glabra. *Flos* albicans, lateralis, ſeſſilis, capitulis minutis. *Radix* longiſſima, filiformis, repens radiculis paucis, invicem diſtantibus.

Habitat ſepes arundinum in Cochinchinâ.

DIANDRIA.

GENUS VII. SALIX.

Char. Gen. Maſc. *Amenti* ſquamæ. *Cor.* o. *Glandula* baſeos nectarifera.

Fœm. *Amenti* ſquamæ. *Cor.* o. *Stylus* 2-fidus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis. *Sem.* papposa. Lin. ſy. pl. G. 1201.

Sp. 1. SALIX BABILONICA. ß Liêu xú. α Cây Liễo lá tle.

Differ. ſpec. Sal. *foliis* ſerratis, glabris, lineari-lanceolatis: *ramis* pendulis. Lin. ſp. 10.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, caule, & ramis incompoſitis: *flagellis* longis, tenuibus, pendulis. *Folia* lineari-lanceolata, minutè ſerrata, utrinque glabra, alterna, petiolis brevibus. *Flos* Dioicus, amentis oblongis axillaribus, parvis; ſquamis ovatis, concavis, piloſis, 1-floris. *Filamenta* 2, ſquamâ amenti longiora: *glandulis* binis, ovatis, erectis, baſi adnatis. *Fœminei* floris amentum ſimile. *Stylus* 2-fidus. *Capſula* 1-locularis, polyſperma.

Habitat frequens in Chinâ: colitur rarius in Cochinchinâ.

Hortus Cliffort. pag. 454. Salix Orientalis, flagellis deorſum pulchrè pendentibus. Tournef. Inſt. Cor. pag. 41. Fortaſsè ſpecie non differt a Salice Japonicâ. Kœmpf. Amœn. pag. 908. Thunb. Jap. pag. 24. Quæ Japonicè vulgo dicitur *Aujaki*: ramoſque producit flexuoſos, non pendulos.

Virtus.

Virtus. In Medicinâ Sinenſi ejus flores, & teneriores ramuli cenſentur prodeſſe contra phthiſim, & febres lentas: externè contra ulcera, puſtulas, odontalgiam. Quæ ipſe non probavi.

† GENUS VIII. TRIADICA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Amentum filiforme, nudum, longum, diſtinctum tuberculis polyfloris. Perianthium proprium 3-fidum, minimum, campanulatum.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 2, plana, breviſſima. Antheræ planiuſculæ, 2-lobæ, lobis lateraliter dehiſcentibus.

* *Fœminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. Amentum, & Perianthium ut Maſculi.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Stylus craſſus, brevis. Stigmata 3, oblonga, erecta.

Peric. Bacca ſub-rotunda, 3-loba, exſucca, 3-locularis, 1-ſperma.

Sem. ſub-rotunda.

Nom. (Τριαδικὸς ternarius) a numero ternario, quo pleræque floris partes diſtinguntur.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Stigm.* 3. *Bacca* 3-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. TRIADICA COCHINCHINENSIS. α Cây Soi tiá: Cây Cha dam.
Differ. ſpec. Tri. *foliis* ovatis, integerrimis, obtuſis.
Hab. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* ovata, integerrima, glabra, alterna: *petiolis* longis, rubris. *Flos* ſub-terminalis. *Bacca* parva, fuſco-viridis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. TRIADICA SINENSIS. β Ū Khau mö.
Differ. ſpec. Tri. *foliis* ſub-rotundis, integerrimis, acuminatis.
Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis patentibus. *Folia* ſub-rotunda, acuminata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* Dioicus, amentis filiformibus, ſubterminalibus. *Maſculi calyx* 4-fidus, erectus: *corolla* nulla: *filamenta* 2, calyci æqualia: *antheræ* lobis binis, ſub-rotundis. *Fœminei calyx* 4-phyllus, acutus: *corolla* nulla:

la: *Stigma* 3-fidum. *Bacca* 3-locularis, 1-ſperma. *Semina* ſub-rotunda, arillata.

Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

† GENUS IX. TETRAPILUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium campanulatum, 4-fidum, minimum, perſiſtens: laciniis acutis.

Cor. campanulata: tubo brevi, 4-ſulco: limbo 4-fido, laciniis plicato-cucullatis.

Stam. Filamenta 2, craſſa, brevia. Antheræ ovatæ, 2-loculares; ſtantes.

* *Fæminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. ut Maſc.

Cor. ut Maſc.

Piſt. Germen ovatum. Stylus craſſus, breviſſimus. Stigma craſſiuſculum; 2-fidum.

Peric. Bacca ovata, parva, 2-locularis, polyſperma.

Sem. ſub-rotunda, pauca.

Nom. (Πῖλος cucullus) a 4 cucullis laciniarum Corollæ.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-fidus *Cor.* 4-fida.

Fœm. *Cal.* 4-fidus *Cor.* 4-fida. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis, polyſperma.

† Sp. 1. TETRAPILUS BRACHIATUS. a Cây Cău.

Differ. ſpec. Tetr. *ramis* brachiatis: *foliis* ovato-lanceolatis: *racemis* axillaribus.

Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis: *ramis* patentibus, brachiatis. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-ſerrata, incurva, glabra, oppoſita. *Flos* albus, parvus, racemis brevibus, axillaribus.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

TRI-

TRIANDRIA.

GENUS X. EXCŒCARIA.

Char. Gen. Maſc. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o.
Fœm. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca. Lin. ſy. pl. G. 1205.

† S. 1. EXCŒCARIA COCHINCHINENSIS. *a* Cây Lieo do. ...

Differ. ſpec. Exc. *foliis* bicoloribus, nitidis: *ſquamis* Amenti polyfloris.

Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, 8-pedalis: *caule*, & *ramis* incompoſitis, patentibus, reclinatis. *Folia* lanceolata, leviter ſerrata, petiolata, oppoſita, ſparſaque, paginâ ſuperiore obſcuro-viridi, inferiore ruberrimâ, utrâque nitidâ. *Flos* Dioicus, ſquamis amenti polyfloris, imbricatis, ſub-terminalibus: *calyce*, & *corollâ* nullis. *Maſculi* Filamenta 3. *Fœminei* ſtigmata 3, longa, ſubulata, reflexa. *Capſula* 3-loba, ſub-carnoſa, rubra, parva, 3-locularis, 3-valvis, 1-ſperma: *ſeminibus* ovatis, lævibus. Tota planta manat lacte glutinoſo. Excœcare non audivi: nec Agallochum, quamvis ſpurium, in illâ inveniri. Pollet virtute Aſtringente, & Agglutinante.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, ubi colitur propter foliorum rubrorum pulchritudinem.

Arbor Excœcans, prout a Rumphio deſcribitur, & pingitur (Amb. l. 3. cap. 36. tab. 79, 80) videtur ſpecie differre.

GENUS XI. CATURUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.
Fœm. *Cal.* 3-partitus *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-cocca. Lin. ſy. pl. G. 1206.

† Sp. 1. CATURUS SCANDENS. *a* Cây Di giêi.

Differ. ſpec. Cat. *ſpicis* axillaribus, erectis: *foliis* oblongis, ſub-ſerratis: caule ſcandente.

Hab., & notæ. *Frutex* inermis, *caule* longo, ſcandente, acirrho, ramoſo. *Folia* oblonga, acuminata, ſub-ſerrata, incurva, venoſa, glabra, alterna. *Flos* albus, minuſculus, ſpicis denſis, brevibus, axillaribus, bracteis ſubulatis, parvis. *Flos Maſculus Calyce* nullo. *Corolla* petala 3, ovata, concava, minima. *Filamenta* 3, petalis longiora, cum ipſis elaſticè deſilientia. *Antheræ* ſub-rotundæ. *Fœmineum* florem non vidi.

Habi-

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XII. EBENOXYLUM.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala. *Nectarium* ſtellatum. *Stylus* 1. *Bacca* 3-ſperma.

† Sp. 1. EBENOXYLUM VERUM. α Cây Mun: Ô mouc. β Ũ múen mô.
Differ. ſpec. Eb. *foliis* lanceolatis, integerrimis, ſparſis: *pedunculis* polyfloris, terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor* alta, ramis aſcendentibus: *cortice* ſcabro, viridi-fuſco: *ligni* alburno craſſo, gravi, candido, æquali: corde nigerrimo, graviſſimo, æqualiſſimo. *Folia* lanceolata, latiuſcula, integerrima, glabra, nitida, fuſco-virentia, parva, plana, dura, petiolata, ſparſa. *Flos* albus, pedunculis polyfloris, terminalibus. *Calyx* nullus. *Corolla* petala 3, longiuſcula, acuta, incurva, ſubpatentia. *Stylus* 1, brevis. *Bacca* parva, rubro-lutea, ovata, ſubacuta, glabra, 1-locularis, 3-ſperma: *ſeminibus* oblongis, angulatis.

Habitat vaſtas ſylvas Cochinchinæ, maximè prope confinia Cambodiæ ad 11 gradum latitudinis Borealis, ubi has arbores iterato vidi, ſed tunc minus cogitans de Botanicâ flores non collêgi.

Ebenus: Caju Arang. Rumph. Amb. l. 4. cap. 1. tab. 1. Aublet. Guian. tom. 2. pag. 141. Ubi referens plantas herbarii Amboinenſis, quæ ſimul in inſulâ Franciæ naſcuntur, inter eas numerat Ebenum nigram, ſeu veram, quam dicit eſſe Dioicam, cum Rumphius tacuiſſet.

Obſerv. Cum antea in Cochinchinâ flores Ebenoxyli inviſos præteriiſſem, poſteaque tam ibi, quam in Africâ Orientali quæſitos obtinere non potuiſſem, veridico Authori, & oculari teſti Rumphio debui fidere; ex eoqne excêpi notas Genericas hîc expoſitas, & quia de numero ſtaminum non clarè loquitur, ſuſpicatus ſum ea eſſe tria, donec certiora habeamus. Linnæus Junior (ſuppl. pl. pag. 440) ſuadentibus Königio, & Thunbergio exiſtimat Verum lignum Ebenum ſpeciem eſſe Dioſpyri, quam ibi deſcribit ſub nomine Dioſpyri Ebeni. Ab iſtâ deſcriptione non multum abhorret Dioſpyros noſtra Decandra (ſupra Claſ. 8. G. 3. ſp. 4.) Quæ eadem eſt Hebenaſter Lolin. Rumph. Amb. l. 4. cap. 5. tab. 6.; ſed Dioſpyros, quamvis habeat venas, & aliquando etiam cor nigrum, pro Ebeno vero non habetur tam ab Europæis, quam ab indigenis. In Cochinchinâ aliæ inveniuntur arbores, quarum lignum ſimiliter ex naturâ ſuâ nigrum eſt: aliæ referuntur a Rumphio: ſed Ebenoxylum non ſunt.

Uſus. Nigredine, & nitore excellit in ſcriniis, & minoribus operibus, præſertim, quando ebure, vel margaritarum conchis diſcernitur.

Virt. ligni in decocto. Attenuans, Mundificans, Diaphoretica. Prodeſt maximè in Rheumatiſmo, & doloribus vagis. Vim Guajaci æmulam in illo expertus eſt Grimmius, apud Burm. Zeyl. pag. 91. Quam ſimul propriâ experientiâ comprobavi.

GENUS. XIII. PHŒNIX PALMA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 3.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Piſt.* 1. *Drupa* ovata. Lin. ſy. pl. G. 1339.

† Sp. 1. PHŒNIX PUSILLA. *a* Cây Cha la.

Differ. ſpec. Phœn. *floribus* hexandris: *caule* humili.

Hab., & notæ. *Palma caule* 2-pedali, craſſo, ſcabro. *Frondes* 6-pedales, inermes, pinnatæ, reclinatæ: *foliolis* longis, ſubulatis, plicatis, lævibus. *Flos* Dioicus: ſpathâ univerſali, polyvalvi: *ſpadice* erecto, brevi, corymboſo. *Calyx* utriuſque 3-partitus, breviſſimus. *Corolla* petala 3, ovato-oblonga, curva, patentia. *Maſculi Filamenta* nulla. *Antheræ* 6, oblongæ, corollæ æquales. *Fœminei* ſtylus brevis: *Stigmate* ſimplici. *Drupa* ovata, 4 lineas longa, carnoſa, nigra, lævis, dulcis: *nucleo* ſimplici oblongo, ſolido, corneo: hinc ſulco longitudinali, inde parvo circulo notato.

Habitat agreſtis in montibus *Cà mít*, 6 leucis diſtantibus à metropoli Cochinchinæ *Huaê*. Amat loca petroſa prope rivos.

Palma Dactylifera, minor, humilis, ſylveſtris: fructu minore. Burm. Zeyl. pag. 183. Herm. Parad. Bat. pag. 361. Kæmpf. Amœn. Exot. pag. 667.

TETRANDRIA.

† *GENUS XIV. STREBLUS.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentibus.

Cor. nulla.

Stam. Fillamenta 4, capillaria, flexuoſa, calyce longiora. Antheræ biloculares, ſub-rotundæ.

* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. ut Maſculi, perſiſtens.

Cor.

Cor. nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Stylus longus, profundè bipartitus. Stigmata ſimplicia.
Peric. Bacca ſub-rotunda, biloba, 2-locularis, 1-ſperma.
Sem. Ovata, ſolitaria.

Nom. (Στρεβλὸς tortuoſus) ab arboris ramis nimîs diſtortis.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus *Cor.* o. *Stylus* 2-partitus. *Bacca* 2-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. STREBLUS ASPER. α Cây Deó duối.
Differ. ſpec. Streb. *foliis* ovatis, aſperis: *floribus* ſparſis.
Hab. *Arbor* magna: *ramis* valde tortuoſis, patentibus: *ramulis* breviſſimis. *Folia* ovata, integerrima, aſpera, alterna. *Flos* Maſculus capitulis multis, parvis, pedunculatis, ſparſis. Fœmineus pedunculis, 1-floris ſolitariis, ſparſis.
Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.

† Sp. 2. STREBLUS CORDATUS. β Tóng Xú.
Differ. ſpec. Streb. *foliis* cordatis, ſerratis, nervoſis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: *ramis* patentibus. *Folia* cordata, acuta, ſerrata, nervoſa, alterna. *Flos* Dioicus. *Maſculus* racemis ſimplicibus, conicis, lateralibus, parvis, multis. *Calyx* 4-phyllus, patens, foliolis ovatis, ſub-acutis, concavis. *Cor.* nulla. *Filamenta* 4, planiuſcula, calyce longiora. *Antheræ* cochleatæ, biloculares. *Fœmineum* florem non invêni.
Habitat circa Cantonem Sinarum.

PENTANDRIA.

GENUS XV. PISTACIA.

Char. Gen. Maſc. *Ament.* *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.
Fœm. diſtincta. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Drupa* 1-ſperma. Lin. ſyſt. pl. G. 1212.

† Sp. 1. PISTACIA OLEOSA. α Cây Deầu Truòng.
Differ. ſpec. Piſt. *foliis* incomptè pinnatis: *foliolis* ovato-lanceolatis.
Hab., & notæ. *Arbor* ſupra mediocrem, ramis obliquis. *Folia* ſæpe cum impari, ſæpe etiam abruptè pinnata, 2-3-juga: *foliolis* ovato-lanceolatis, integerrimis, ſæpius oppoſitis, interdum ſparſis,

glabris, lætè virentibus, petiolis brevibus. *Flos* uterque lateralis: *Maſculus* amentis filiformibus: *calyce* 5-partito: *corollâ* nullâ: *ſtaminibus* 5. *Fœmineus* pedunculis polyfloris. *Drupa* ſub-rotunda, ſemipollicaris, ſcabra, lutea, ſuccoſa: *nuce* lævi, 1-loculari.

Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ.

Cuſſambium. Rumph. Amb. l. 1. cap. 47. tab. 57. Piſtacia Itſionoki (Kœmpf. Hiſt. Jap. pag. 101., & Amæn. Exot. pag. 812.) ex cujus nucibus ibi dicitur multum oleum extrahi ad varios uſus idoneum, an eadem eſt arbor?

Uſus. Druparum nuclei redundant oleo flavo, tenui, odoro, ſubamaro, quod diu ſervatum craſſeſcit quidem, ſed non ranceſcit, nec ſuavitatem nativi odoris amittit; ideo vel eo ſimplici ungunt capita indigenæ, vel alia unguenta aromatica componunt. Internè ſumptum eſt etiam gratum, & ſalubre. Quamvis hæc arbor ſit Terebintho ſimilis, nunquam audivi reſinam ex eâ fluere, vel oleum tenax fieri.

GENUS XVI. CANNABIS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus, integer, latere hians. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Nux* 2-valvis, intra calycem clauſum. Lin. ſy. pl. G. 1220.

Sp. 1. CANNABIS SATIVA. Mâ fuên: Chú tsäo.

Differ. ſpec. Can. *foliis* digitatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 6-pedalis, erectus, ſub-quadragonus, pallidus, ſimplex, parum ramoſus. *Folia* digitata, ſub-quinata, foliolis lanceolatis, ſerratis, ſubtus pubeſcentibus, inæqualibus: *petiolis* communibus longis, ſparſis. *Flos* Dioicus, apetalus, lateralis, & terminalis: *pedunculis* polyfloris.

Habitat culta in variis locis imperii Sinenſis.

Gmel. Sibir. 3. pag. 104. Bangue. Garc. Arom. l. 2. c. 25. Cannabis Indica. Rumph. Amb. l. 8. c. 34. tab. 77.

Uſus. Ex cortice caulis diducuntur fila pro texendis telis, & torquendis funibus: non tamen abundanter, ut in Europâ. Folia cum Tabaco mixta, vel aliter præparata fictam quamdam lætitiam, potius ſtuporem, & temulentiam afferunt, ſi eorum fumus ore excipiatur.

GENUS XVII. SPINACIA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Styli* 4. *Sem.* 1, intra calycem induratum. Lin. ſy. pl. G. 1218.

Sp. 1. SPINACIA OLERACEA. ♄ . . .
Differ. ſpec. Spin. *fructibus* ſeſſilibus. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, ſeſquipedalis, ſub-erectus, inanis, lævis, ramoſus. *Folia* haſtato-ſinuata, glabra, ſparſa, petiolis longis. *Flos* Dioicus, apetalus: *Maſculus* ſpicis terminalibus, ſtaminibus 5: *Fœmineus* lateralis, ſub-terminalis, glomeratus, ſeſſilis, *ſtylis* 4, fructibus ſpinoſis.
Habitat culta, & vulgaris Cantone Sinarum.
Hortus Cliffort. pag. 457. Matth. in Dioſc. l. 2. c. 112. fig. ibi.
Uſus. Eſculentus. Spinaciæ proximus eſt habitu, & ſapore Convolvulus Repens, olus in Indiâ frequentiſſimum, flore diverſum.

GENUS XVIII. ANTIDESMA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Antheræ* bifidæ.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigmata* 5. *Bacca* cylindrica, 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 1216.

† Sp. 1. ANTIDESMA SCANDENS. ♄ Ủ chaò lûm.
Differ. ſpec. Ant. *foliis* palmatis, ſerratis: *caule* ſcandente.
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, ſcandens, ramoſus, acirrhus, inermis. *Folia* palmata, ſerrata, glabra, petiolata, ſparſa. *Flos* Maſculus *calyce* 5-phyllo: *corollâ* nullâ: *ſtaminibus* 5, brevibus: antheris erectis, apice hiantibus. *Florem Fœmineum* non vidi. Antideſmæ adjudicavi tum ob Antheras hiantes, tum, quia Genus eſt Indianum, & flos Maſculus apprimè convenit.
Habitat ſpontanea prope Cantonem Sinarum.

HEXANDRIA.

GENUS XIX. BORASSUS PALMA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* . . *Cor.* 3-partita. *Stam.* 6.
Fœm. *Cal.* . . *Cor.* 3-partita. *Styli* 3. *Drupa* 3-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 1336.

Sp. 1.

Sp. 1. BORASSUS FLABELLIFORMIS. γ Murume.

Differ. ſpec. Bor. *frondibus* palmatis, plicatis, cucullatis: *ſtipitibus* ſerratis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Palma* magna, altitudine Coco Nuciferæ æqualis, craſſitie maior, baſi, & apice turgida, medio caule æqualis, teres. *Frondes* flabelliformes, magnæ, in orbem radiatæ, ad centrum plicatæ, ad peripheriam liberæ, ſub-planæ: *foliolis* ſub-acutis, ſuperioribus longioribus: *ſtipitibus* longis, craſſis, excavatis, ad utrumque marginem dentato-ſpinoſis. *Flos* Dioicus. *Spadix* utriuſque ſimpliciſſimus, teres, longus, ſquamis 1-floris. *Calyx* uterque 6-phyllus, obtuſiſſimus, imbricatus. *Corolla* utraque petala 3, obtuſa, concava. *Maſculi Stamina* 6. *Fœminei Styli* 3. *Drupa* ovata, magna, Coco fere æqualis, ſub-compreſſa, lævis, fuſco-lutea, 3-cocca: *cortice* communi carnoſo-fibroſo, ſucculento, odoro, dulci, eduli, craſſo. *Nuces* 3, ovo anſerino æquales, & ſimilis formæ: putamine oſſeo: medullâ albâ, ſapidâ dum tenerâ: limphâ puriſſimâ cavitatem explente.

Habitat tam agreſtis, quam culta in orâ Orientali Africæ, puto quod naſcatur etiam in ſylvis Cochinchinæ, ſed ibi mihi non obvia.

Ampana, & Carimpana. Rheed. Malab. p. 1. pag. 11. 13. tab. 9, 10. Lontarus Domeſtica. Rumph. Amb. l. 1. cap. 9. tab. 10. Palma Indica Tal, & Talghala fructu carnoſo, dulci, & eduli, putamine incluſo. Burm. Zeyl. pag. 181.

Uſus. Ex hac palmâ, præciſis junioribus ſpadicibus fæmineis, manat liquor, ex quo ab Indianis fit vinum *Sura* dictum, & ſaccharum *Jagara*. Fructus tam medulla alba, quam cortex extimus flaveſcens eſculenti ſunt, & ſapidi quandiu non ſeneſcunt.

† Sp. 2. BORASSUS GOMUTUS. α Cây Dŏác.

Differ. ſpec. Bor. *frondibus* pinnatis, ſub-inermibus: *foliolis* ſubulatis, oppoſitis: *ſpadice* longiſſimo, ramoſo, pendulo.

Hab., & notæ. *Palma* altitudine mediocris, craſſitie magna: *caule* recto, æquali, ſcabro, hirſuto. *Frondes* longiſſimæ, pinnatæ: ſtipitibus teretibus, craſſis, ſub-inermibus, longis: *foliolis* lanceolato-linearibus, baſi ſimpliciter plicatis, oppoſitis, diſtantibus, fuſco-virentibus. *Flos* pallidus, Dioicus: *ſpadicibus* lateralibus, pendulis, ramoſis: *ramis* ſingulis 4 pedes longis, filiformibus: floribus, & fructibus ſeſſilibus. *Calyx* 6-phyllus, obtuſus, imbricatus. *Corolla* petala 3, ſub-acuta, concava, patentia. *Stamina* multa. *Drupa* ſeſquipollicaris, trigono-rotunda, luteo-fuſca, glabra, continens 3 *nuces*, compreſſo-ovatas, ſub-angulatas, putamine ligneo, tenui: *nucleis* ejuſdem formæ, ſolidis, cartilagineis, albis, in juventute eſculentis, in ſeneſctute corneis. *Spatha* univerſalis, lanceolata, trivalvis.

Habi-

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Palma Indica vinaria, Saguerus, ſive Gomutus. Rumph. Amb. l. 1. cap. 12. tab. 13.

Uſus. Superior hujus palmæ truncus, præcipuè ad frondium inſertionem, emittit abundanter pilos longos, ſeu potius fila tenaciſſima, nigra, rufaque, ex quibus torquentur rudentes, & funes navales, longiſſimæ durationis, etiam ad ſuſtinendas maiores anchoras, quamvis ſub-aquâ, vel terrâ ſerventur. Ex ſpadice ſecto elicitur quoque vinum, & ſaccharum. Medulla trunci præbet incolis alimentum ſimile panis *ſagu*. Teneri drupæ nuclei ſaccharo conditi ita ſapidi redduntur, ut in Cochinchinâ a primariis Magnatibus expetantur. At drupæ cortex extimus ſuccoſus venenatam poſſidet qualitatem, ſique imprudenter tangatur, intolerabilem cauſat pruritum, doloreſque vehementes, ac diuturnos, nec facilè amovendos.

† Sp. 3. BORASSUS CAUDATA. α Cây Duói chuọt.

Differ. ſpec. Bor. *frondibus* pinnatis, inermibus: *foliolis* cuneiformibus, præmorſis.

Hab., & notæ. *Palma* tenuis, caule recto, 8-pedali, 8 lineas craſſo, circulis nodoſis approximatis. *Frondes* oblongæ, impari-pinnatæ: *ſtipitibus* inermibus: *foliolis* cuneiformibus: ſub-plicatis, denticulato-præmorſis, caudatis, apice difformibus, nunc rotundatis, nunc obliquè truncatis, interdum lanceolatis, polylobis. *Flos* Dioicus, ſpadice ſimplici, longo, erecto, laterali. *Maſculi calyx* 3-phyllus: *Fœminei* 6-phyllus, foliolis obtuſis, imbricatis. *Corolla* utriuſque petala 3, ovata, incurva. *Filamenta* 15-30, brevia: *Antheris* oblongis. *Stigma* ſeſſile, magnum, 3-gonum. *Drupa* ſubrotunda, ſemipollicaris, 3-ſperma: nuculis ovatis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Pinanga Saxatilis, Oryzæ-formis (Rumph. Amb. l. 1. pag. 42. tab. 7.) noſtræ ſatis conformis eſt caule, & frondibus. Sed Authoris deſcriptio non eſt completa: in figurâ, vero ſpadix eſt ramoſus, foliola ſeſſilia, nec caudata, quibus a noſtrâ differt.

† Sp. 4. BORASSUS TUNICATA. 𝔖 Tarſulim.

Differ. ſpec. Bor. *frondibus* palmatis, plicatis, inermibus: *Druparum* cortice multiplici.

Hab., & notæ. *Palma* altiſſima, caule recto, æquali, craſſo. *Frondes* in orbem palmatæ, magnæ: laciniis ſubulatis, plicatis: *ſtipitibus* inermibus. *Drupa* ſub-rotunda, magna, 3-ſperma: *cortice* communi craſſo, ſuccoſo, lævi, fuſco-purpureo, multiplici, ſquamis 8-10 interiores circumdantibus, facile ſeparabilibus. *Nuces* 3, ovatæ, putamine oſſeo: medullâ albâ, eſculentâ Coci Nuciferæ ſimili.

Habitat

Habitat in India ad oras regnorum Decan, & Guzerate.
Obſ. Flores non vidi : ſed ex relatu ocularium teſtium retuli.

GENUS XX. LIMACIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores* ſub-terminales, congeſti.
Cal. Perianthium 6-phyllum, breve : foliolis acutis, alternis minoribus, omnibus in triangulum horizontaliter diſpoſitis.
Cor. Petala 3, triangularia, ſub-erecta, calyce longiora.
Nectarium 6-phyllum, calyci æquale : foliolis ſub-rotundis, concavis, carnoſis.
Stam. Filamenta 6, breviſſima, totidem foliolis nectarii inſidentia, ſimul in triangulum ordinata. Antheræ biloculares, ſub-rotundæ.
* *Fœminei flores* axillares, 2-nati, in diſtinctâ plantâ.
Cal. ut Maſculi.
Cor. Petala 6, ſub-rotunda, curva, inæqualia.
Nectarium 6-phyllum, calyci æquale : foliolis turbinatis, conniventibus.
Piſt. Germen ſub-trigonum, ſuperum. Stylus nullus. Stigmata 3, polyfida, patentia.
Peric. Drupa carnoſa, ſub-reniformis, 1-ſperma.
Sem. Nux in helicem ſulcata : nucleo ſimplici.
Nom. a formâ nucis limacis cochleæ ſimilis.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Stigm.* 3. *Drupa* reniformis, cochleata.

† Sp. 1. LIMACIA SCANDENS. α Cây Mê gà.
Differ. ſpec. Lim. *foliis* ovato-oblongis, acuminatis, integerrimis : *caule* ſcandente.
Hab. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, acirrhus, longus, ramoſiſſimus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* uterque luteo-viridis. *Drupa* parva, glabra, acida, eſculenta.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XXI. PSELIUM. †

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores*: racemis brevibus, ſub-diviſis.

Cal. Perianthium 6-phyllum: foliolis acutis, concavis, patentibus.

Cor. Petala 6, erecta, apice inflexa, calyce duplo longiora.

Stam. Filamenta 6, calyci ſub-æqualia. Antheræ didymæ.

* *Feminei flores*, in aliâ plantâ; umbellis compoſitis.

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis ovatis, minimis, piloſiſſimis.

Cor. Nulla.

Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Stylus nullus. Stigma 4-fidum; laciniis acutis, erectis.

Per. Drupa compreſſo-rotunda, parvula, 1-ſperma.

Sem. Nux orbiculata, pertuſa, armillæformis, ſcabra.

Nom. (Ψέλιον armilla) ob nucem armillarem.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 4-fidum. *Drupa* nuce armillari.

† Sp. 1. PSELIUM HETEROPHYLLUM. Decl. Moi.

Differ. ſpec. Pſel. *foliis Maſc.* ſub-cordatis, obtuſis: *Fœm.* ovatis, acuminatis, peltatis.

Hab. *Caulis* fruticoſus, volubilis, longus, tenuis, ramoſus. *Folia* plantæ maſculinæ ſub-cordata, ſub-rotunda, integerrima, glabra, alterna, petiolis tenuibus: *folia* plantæ Fœmininæ peltata, ovata, acuminata, integerrima, alterna. *Flos* utriuſque axillaris. Nuculæ diameter 3-linearis. Fœminæ umbellæ partiales pedunculis breviſſimis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Non recordor vidiſſe alibi plantam Dioicam heterophyllam. At ſi in eodemmet individuo hermaphrodito diverſa folia inveniuntur aliquando, quid mirum ſi occurrant in Dioicis?

GENUS XXII. SMILAX.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Bacca* 3-locularis. *Sem.* 2. Lin. ſy. pl. G. 1225.

† Sp. 1. SMILAX PERFOLIATA. α Kim kang mo : Ti giai.

Differ. ſpec. Smil. *caule* aculeato, angulato : *foliis* acutis, 5-nerviis : *ſtipulis* cordatis, perfoliatis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, angulatus, longus, ramoſus, ſcandens, cirrhis binatis, longis, axillaribus : *aculeis* multis, brevibus, ſparſis. *Folia* caulina ſub-cordata; ramea ovata, omnia acumine reflexo, 5-nervia, venoſa, glabra, alterna, petiolata, magna, inermia : *ſtipulis* ſolitaris, cordatis, perfoliatis. *Flos* Dioicus, umbellis axillaribus. *Stamina* 6. *Stigmata* 3, reflexa, ſub-ſeſſilia. *Bacca* parva, globoſa, rubra, 3-locularis, 1-ſperma. *Radix* tuber magnum, ſub-rotundum, nodoſum, exterius fuſcum, intus pallidum : radiculis multis, ſimplicibus, rectis, longiſſimis, horizontalibus.

Habitat in colibus ſilvaticis Cochinchinæ.

Obſerv. Affinis videtur Pſeudochinæ Amboinenſis, nigræ (Rumph. Amb. l. 9. c. 61. pag. 439.) quæ a Linnæo æſtimatur Smilax Zeylonica (ſp. 3.). Noſtra imprimis differt ſtipulis perfoliatis, & foliis 5 nerviis.

Virtus. Eandem creditur habere, ac Sarſaparrilla, Mundificantem ſcilicet, ac Diaphoreticam : nec formâ ab hac magis differt, quam a Zeylonicâ.

Sp. 2. SMILAX CHINA. α Cây Khúc khác : Thổ phục linh. β Thù fù lìn.

Differ. ſpec. Smil. *caule* aculeato, teretiuſculo : *foliis* inermibus, ovato-cordatis, quinque nerviis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, teres, ramoſus, ſcandens, cirrhis binatis : *aculeis* raris, breviſſimis, ſparſis. *Folia* inermia, ovata, acuta, 3-nervia, glabra, alterna, petiolata, rarò cordata, aut retuſa : ſtipulis nullis. *Flos* Dioicus, apetalus, hexander, umbellis parvis, axillaribus. *Bacca* minuta, rotunda, rubra, 3-locularis, 1-ſperma. *Radix* horizontalis, longiſſima ſerpens : tuberibus oblongis, nodoſo-verrucoſis, interdum ramoſis, intus pallidis, vel rubeſcentibus, ſemipedalibus, ſub-teretibus, ſparſis.

Habitat in collibus ſilvaticis Cochinchinæ, & Chinæ.

Thunb. Jap. pag. 152. Fruticulus convulvaceus, ſpinoſus, Sinicus; floribus parvis umbellatis. Pluken. Amalt. pag. 101. tab. 408. fig. 1.

Virtus : radicis tuberoſæ. Mundificans, Diuretica, Diaphoretica. Valet in quibuſcunque doloribus vagis, venereis, aut rheumaticis.

Sp. 3. SMILAX CADUCA. α Cây Sam cộm.

Differ. ſpec. Smil. *Caule* aculeato, tereti : *foliis* inermibus, ovatis, trinerviis. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, teres, ad baſim aculeatiſſimus, ſcan-

ſcandens, cirrhis binatis, procedentibus ex petiolis. *Folia* inermia, omnia lato-ovata, retuſa, 3-nervia, glabra, alterna: *ſtipulis* nullis. *Flos* Dioicus, apetalus, hexander, trigynus: *umbellis* parvis lateralibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Mill. dict. n. 6. Smilax aſpera, ſeu ſpinoſa, latifolia, retuſa, folio peripheriâ leni. Tourn. Inſt. pag. 654. n. 3.

Sp. 4. SMILAX LANCEOLATA. α Cây Chaóng chaông.

Differ. ſpec. Smil. *Caule* inermi: *foliis* inermibus, lanceolatis. Lin. ſp. 12.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, inermis, teres, brevis, ramoſiſſimus, ſcandens, cirrhoſus. *Folia* lanceolata, integerrima, inermia, glabra, 3-nervia, alterna. *Flos* Dioicus, apetalus, hexander, lateralis. *Radix* filiformis, longa, non tuberoſa.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Hort. Cliff. pag. 459. Burm. Ind. pag. 213.

Sp. 5. SMILAX PSEUDOCHINA. α Kim kang re.

Differ. ſpec. Smil. *caule* inermi, tereti: *foliis* inermibus, caulinis cordatis, rameis ovato-oblongis, 5-nerviis. Lin. ſp. 13.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, longiſſimus, teres, tenuis, inermis, ramis paucis, ſcandentibus. *Folia* inermia, parva, inferiora cordata, ſuperiora ovato-lanceolata, 3-nervia, integerrima, plana, margine reflexo. *Flos* Dioicus, hexander, apetalus, umbellis lateralibus. *Bacca* 3-locularis, ſub-globoſa, rubra. *Radix* horizontalis ſimplex, craſſa, brevis, tuberculoſa, radiculis multis, longis, indiviſis.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

Thunb. Jap. pag. 152. China ſpuria, nodoſa. Bauh. Pin. pag. 297. n. 3.

Uſus. Caulis vimineus inſervit ad texendas corbes, & ſimilia.

GENUS XXIII. DIOSCOREA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.

Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis, compreſſa. *Sem.* 2, membranacea. Lin. ſy. pl. G. 1227.

Sp. 1. DIOSCOREA ALATA. α Khoai tía. β Yú thâu.

Differ. ſpec. Dioſc. *foliis* cordatis: *caule* alato, bulbifero Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, volubilis, multiplex, ramoſus, quadragonus, angulis membranaceis prominentibus: axillis bulbiferis. *Folia* ſagittato-cordata, ſub-quinquenervia, acuminata, integer-

gerrima, glabra, oppoſita, petiolis longis. *Flos* Dioicus, apetalus, racemis brevibus, ſub-terminalibus. *Calyx* 6-partitus, patens. *Stamina* 6. Capſula triangularis, 3-locularis, 2-ſperma. *Radix* bulboſa, magna, informis, plerumque ſub-ovata, ſapè oblonga, vel ſub-rotunda, cavernoſa, tuberculoſa, aliquando bi, vel polyfida: corti-ce fuſco, craſſo, ſcabro, radiculis paucis circumdato. Interius farinulenta, inſipida, pallida, in aliis rubra, vel purpurea, aut violacea.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ, in multiſque Indiæ locis. Ubium Vulgare, & Ubium Digitatum. Rumph. Amb. l. 7. cap. 7, 8. tab. 120, 121. Katsjil kelengu. Rheed. Malab. 7. pag. 71. tab. 38. Rhizophora Indica, ſive Inhame rubra, caule alato, Scamonii foliis nervoſis conjugatis, Burm. Zeyl. pag. 206.

Uſus. Radix iſta bulboſa, ſalubris, & nutriens eſt vulgaris cibus in Indiâ tam indigenis, quam Europæis: his præcipuè utiliſſimus in longis navigationibus; facilè enim ſervatur in multos menſes hoc vegetabile incocorruptum, & recens.

Obſerv. Quamvis hæc radix frequenter mutet varias formas, & colores, eadem tamen ſpecies cenſenda eſt. Quæ a Rumphio dicitur Ubium Digitatum, quia in varios lobos finditur, in Cochinchinâ vocatur *Khoai tien.* Non raro alæ caulinæ, & bulbi axillares evaneſcunt, prout videre eſt in figurâ Ubii Vulgaris Rumphiani, quamvis ipſe Rumphius aſſerat Caulem plerumque quadragonum, ejusque latera quatuor acuta videri, ac ſi alata eſſent.

Sp. 2. DIOSCOREA OPPOSITIFOLIA. α Khoai mài: Son duọc. β Xān yŏ.

Differ. ſpec. Dioſc. *foliis* oppoſitis, ovatis, acuminatis: *caule* lævi. Lin. ſp. 8.

Hab. & notæ. *Caulis* fruticoſus, ſub-quadragonus, volubilis, multiplex, longus, tenuis, ramoſus: axillis ſæpe bulbiferis. *Folia* cordata, acuminata, polynervia, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* Dioicus, racemis tenuibus, lateralibus. *Capſula* triangularis, 3-valvis, 3-locularis, 2-ſperma, ſeminibus orbiculatis. *Radix* bulbus longus, mediocris, congeſtus, interdum multifidus, ſinuoſus, cortice tenui, luteſcente, radiculis brevibus: intus albiſſima, compacta, ſuccoſa, lacteſcens, inſipida.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ, amatque loca argillacea, & petroſa.

Burm. Ind. pag. 215. Ubium Anguinum. Rumph. Amb. l. 7. c. 9. tab. 122. An Dioſcorea Japonica? Thunb. Jap. pag. 151.

Uſus. Dioſcoreæ hujus bulbi præ cæteris a Cochinchinenſibus æſtimantur, ſaccharoque conditi lautis menſis apponuntur. In re Medicâ

cre-

creduntur prodeſſe contra phthiſim, & alios morbos pulmonum.

† Sp. 3. DIOSCOREA EBURINA. α Khoai ngà.

Differ. ſpec. Dioſc. *foliis* cordatis, 7-nerviis, alternis: *floribus* hermaphroditis, *racemis* ſimplicibus, longis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, inermis, longus, volubilis: ramis, & petiolis quadragonis. *Folia* cordata, acuminata, 7-nervia, glabra, alterna. *Flos* hermaphroditus, lateralis, racemis ſimplicibus, longis. *Calyx* 3-phyllus, foliolis ovatis, erectis. *Corolla* petala 3, ovata, carnoſa, lutea, concava, calyci ſub-æqualia. *Filamenta* ſub-nulla. *Antheræ* 6, ſub-rotundæ, biloculares, minimæ. *Germen* inferum, oblongum, triquetrum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, oblonga, reflexa. *Capſula* oblongo-ovalis, 3-gona, angulis profundè intrantibus, 3-locularis, 3-valvis, polyſperma. *Semina* ovata, pauca. *Radix* verticalis, bulbus 1, vel duo, 3-pedales, teretes, æquales, ſub-acuti, ſub-curvi, formâ, & albedine dentibus eburinis elephantum ſimiles: inde nomen vernaculum.

Habitat agreſtis, cultaque in Cochinchinâ.

Uſus: eſculentus. Dubito an ſit eadem, quam Burm. vocat Cylindricam. Ind. pag. 215. Kappa Kelengu. Rheed. Malab. 7. pag. 95. tab. 50.

† Sp. 4. DIOSCOREA CIRRHOSA. α Khoai leng.

Differ. ſpec. Dioſc. *foliis* ovato-lanceolatis, 3-nerviis: *floribus* hermaphroditis, triandris: *caule* cirrhoſo.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, longus, tenuis, teres, cirrhis ſcandens. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, 3-nervia, glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* hermaphroditus, minimus, axillaris, pedunculis 3-floris. *Calyx* 6-phyllus, ſuperus: *foliolis* ovatis, craſſis, curvis, ſub-clauſis, perſiſtentibus: bino ordine, interiori minore. *Corolla* nulla. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 3, oblongæ, erectæ. *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, acuta, reflexa. *Capſula* trigono-ovata, angulis acutis, 3-locularis, 3-valvis, 2-ſperma. *Semina* orbiculata, membranâ tenui arillata. *Radix* bulbus mediocris, irregularis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Capſula eſt omnino propria Dioſcoreæ: non ita pleræque aliæ notæ.

Sp. 5. DIOSCOREA ACULEATA. α Khoai lô.

Differ. ſpec. Dioſc. *foliis* cordatis: *caule* aculeato, bulbifero. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, volubilis, teres, tenuis, ramoſiſſimus: aculeis multis rectis, brevibus, ſparſis. *Folia* ovata, 5-nervia,

via, glabra, alterna, petiolis longis tenuibus. *Flos* Dioicus, racemis ſpicatis, longis, lateralibus. *Calyx* 3-6-phyllus: foliolis acutis, breviſſimis, inæqualibus, patentibus. *Corolla* petala 6, ovata, concava, ſub-clauſa, purpureo-fuſca. *Filamenta* 6, ſubulata, corollæ æqualia. *Antheræ* ſub-rotundæ. *Germen* triquetrum, inferum. *Capſula* 3-angularis, 3-locularis, 3-valvis, 2-ſperma. *Radix* bulbus oblongus, eſculentus, intus albus, extra pallidè luteus, ſeptus radiculis brevibus.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 214. Combilium. Rumph. Amb. l. 9. c. 13. tab. 126.

† *GENUS XXIV. FIBRAUREA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. nullus.

Cor. Petala 6, ſub-rotunda, patentia, minima.

Stam. Filamenta ſub-nulla. Antheræ 6, biloculares, oblongæ.

* *Fœminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. nullus.

Cor. Petala 6, ſub-rotunda, concava, patentia.

Piſt. Germen ſuperum, ovatum, triplex, ad centrum invicem connexum, angulatum. Stylus nullus. Stigmata 3, bifida.

Peric. Baccæ 3, ovatæ, ſub-compreſſæ, læves, 1-ſpermæ.

Sem. 1, ovatum, rugoſum.

Nom. a fibris lignoſis aureis, ex quibus caulis plantæ componitur.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Stigmata* 3. *Baccæ* 3, monoſpermæ.

† Sp. 1. FIBRAUREA TINCTORIA. α Cây Vàng dắng. β Tiễn ſiên tán.

Differ. ſpec. Fibr. *foliis* ovatis, integerrimis, alternis: *racemis* lateralibus.

Hab. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, acirrhus, ramoſus, lignoſus, longus, brachium craſſus: conſtans ex fibris magnis, lentis, coloris aurei, in circulos concentricos ordinatis, foraminulis interpoſitis. *Folia* baſi ovata, apice acuta, integerrima, glabra, inæqualiter nervoſa, venoſa, alterna: petiolis longis, teretibus, baſi turgidis. *Flos* albus, minimus, racemis oblongis, lateralibus. *Bacca* parva, lutea, non edulis. Sapor plantæ amarus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Tuba

Tuba flava : Daun bulan. Rumph. Amb. l. 7. c. 20. tab. 24. Abuta Ruffeſcens, & Abuta Amara. Aublet. Guian. pag. 618, & 620. tab. 250, 251. Hæ plantæ, quamvis a noſtrâ aliquantulum foliis differant, nec earum notæ integrè exponantur, ſuſpicor, quod ſpecie non differant.

Virtus. radicis, & inferioris caulis. Reſolvens, Deobſtruens, Diuretica.

Uſus. Ex caulibus contuſis coctione extrahitur color flavus, non admodum vividus, ſed perſiſtens, qui fundamentum ſternit Curcumæ, & Carthamo, pulchrioribus quidem, minimè verò permanentibus.

OCTANDRIA.

GENUS XXV. RHODIOLA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
Fœm. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. *Nectaria* 4. *Piſt.* 4. *Capſ.* 4, polyſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 1229.

† Sp. 1. RHODIOLA BITERNATA. . . .

Differ. ſpec. Rhod. *foliis* biternatis, inciſis : *caule* volubili.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, volubilis, teres, tenuis, ſulcatus; ramoſus. *Folia* biternata, foliolis lanceolatis, inciſis, tomentoſis. *Flos* albus, axillaris, Dioicus : *Maſculus* ſub-umbellatus, pedunculo communi longo : ſtipulis binis oppoſitis, corniformibus. *Calyx* profundè 4-partitus, laciniis binis oppoſitis duplo maioribus, omnibus acutis. *Corolla* petala 4, turbinata, æqualia, patentia. *Nectaria* 4 erecta, quorum 2 breviora, conjuncta, exotica. *Filamenta* 8, ſubulata, piloſa, inæqualia, erecta, corollâ longiora. *Antheræ* ovatæ, incumbentes. *Florem* Fœmineum non inveni, nec vernaculum nomen audivi, licet quæſitum.

Habitat in hortis minus cultis Cochinchinæ, non frequens.

ENNEANDRIA.

GENUS XXVI. MERCURIALIS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 9, ſive 12. *Antheræ* globoſæ, didymæ.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styli* 2. *Capſ.* dicocca, 2-locularis, 1-ſperma. Lin. ſy. pl. G. 1230.

† Sp. 1.

† Sp. 1. MERCURIALIS INDICA. α Rau mại : Luc mai.
Differ. ſpec. Merc. *caule* fruticoſo, ramoſo : *foliis* lanceolatis, lævibus : *floribus* 3-gynis.*
Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, rectus, 6-pedalis : ramis teretibus, aſcendentibus. *Folia* lanceolata, ſerrata, glabra, nitida, alterna. *Flos* Dioicus, apetalus. *Maſculi Calyx* 3-partitus. *Staminum* numerus inconſtans, ſæpe 15 circiter : *Antheris* bilocularibus, ſub-rotundis : in aliquibus, ſervato eodem habitu, ſtamina 50 fere numerantur. *Fœminei Calyx* idem, *corolla* nulla. *Stigmata* 3. *Capſula* ſupera, 3-loba, 3-locularis, 1-ſperma. Flos lateralis.
Habitat tam culta, quam ſpontanea in Cochinchinâ.
Virtus. Folia recentia in juſculo cocta leniter purgant, abſque ullo ſymptomate præcavendo.

DECANDRIA.

GENUS XXVII. CARICA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* ſub-nullus. *Cor.* 5-fida, infundibuliformis. *Filam.* in tubo corollæ : alterna breviora.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stigmata* 5. *Bacca* 1-locularis, polyſperma. Lin. ſy. pl. G. 1232.

Sp. 1. CARICA PAPAYA. α Cây Du đu : ß Mộc qua
Differ. ſpec. Car. *foliorum* lobis ſinuatis. Lin. ſp. 1.
Habitus, & notæ. *Arbor* 15-20 pedes alta : *caule* recto, plerumque ſimpliciſſimo ; raro ramoſo, 6 pollices in diametro craſſo : *cortice* fibroſo, cinereo, intus molliuſculo, ſuccoſo, albo. *Folia* ad verticem caulis, magna, 5-9-partita, lobis inæqualibus, ſinuato-inciſis, apice acutis : *petiolis* longiſſimis, rectis, craſſis, inanibus, inordinatè circa caulem diſpoſitis. *Flos* Dioicus, albus : *Maſculus calyce* 5-fido minimo : *corollâ* infundibuliformi 5-fidâ ; laciniis ovato-oblongis, reflexis ; *ſtaminibus* 10, tubo corollæ inſertis : *racemis* compoſitis, lateralibus, reclinatis. *Fœmineus* flos pedunculis axillaribus, 2-3-floris : *calyce* 5-fido : *corollâ* campanulatâ, 5-partitâ, laciniis ſub-obtuſis, reflexis : *ſtigmatibus* 5, ſeſſilibus, laciniatis, patentibus. *Bacca* ovalis, ſemipedalis, multiſulcata, intus, & extra rubo-lutea, 1-locularis, polyſperma. *Semina* ſub-rotunda, fuſca, Piperis æqualia, plurima.
Habitat culta, & a me obſervata in Cochinchinâ, in Chinâ, & in Africâ.
Papaja Mas, & Femina. Rumph. Amb. l. 1. cap. 44. tab. 50. Burm. Zeyl.

Zeyl. pag. 184. Arbor Melonifera, Papayo dicta. Bont. Jav. l. 6. cap. 6. pag. 96. fig. 61.

Uſus. Fructus hic Meloni aliquatenus ſimilis, ſi perfectè matureſcat, dulciſſimus eſt, ac refrigerans, nec inſalubris, quamvis odore minus gratus. Eo utuntur quoque immaturo, & condito.

DODECANDRIA.

GENUS XXVIII. EUCLEA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.
Fœm. *Cal.* & *Cor.* Maris. *Germen* ſuperum. *Styli* 2. *Bacca* 2-locularis. Lin. ſyſt. pl. G. 1236.

† Sp. 1. EUCLEA PILOSA. Cây Nhọc.

Differ. ſpec. Eucl. *caule* arboreo: *foliis* ovato-lanceolatis, tomentoſis: *floribus* piloſis, racemoſis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis aſcendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, ſubtus tomentoſa, alterna, petiolis brevibus. *Flos* Dioicus, rubro-fuſcus, racemis terminalibus. *Maſculi Calyx* 5-partitus, laciniis turbinato-ovatis, utrinque piloſis. *Corolla* 5-partita, tubo brevi: laciniis limbi ovato-oblongis, craſſis, piloſis, patentibus, calyce ſub-longioribus. *Filamenta* 15, brevia: *Antheris* oblongis, ſtaminibus.

Habitat in altis ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Arboris lignum ædificiis aptum.

† Sp. 2. EUCLEA HERBACEA. Xẽ hn tàu.

Differ. ſpec. Eucl. *Caule* herbaceo: *floribus* lateralibus.

Hab., & notæ. *Caulis* 1-pedalis, herbaceus, erectus, ramoſus. *Flos* Dioicus, albus, lateralis. *Calyx* 5-phyllus: foliolis binis oppoſitis minoribus. *Corolla* petala 5, emarginata. *Stamina* 15. *Piſtillum* nullum.

Habitat inculta prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Utriuſque præcedentis plantæ flores Maſculos examinavi recentes, Fœmineos non inveni: unde cognovi ad Dioeciam Dodecandriam pertinere. Non obſervato piſtillo, non potui plenam certitudinem de Genere habere. Eucleæ adhærere juſſi, donec, completo charactere, vel penitus uniantur, vel in proprium locum recedant.

POLYANDRIA.

† GENUS XXIX. ABUTUA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores*: Amentis lateralibus, congeſtis.

Cal. Hemiſphæricus, truncatus, carnoſus, vaginans amentum filiforme, nudum, interruptum. Perianthium aliud nullum.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 20 circiter, turbinata, brevia, receptaculo inhærentia, ad calycis marginem declinata. Antheræ totidem, biloculares, oblongæ, apice bifidæ, ſtantes.

* *Fœminei flores* in aliâ plantâ: Amentis ſimilibus.

Cal. ut Maſculi.

Cor. nulla.

Piſt. Germina 6-8, ovato-oblonga, obliquè ad marginem Calycis declinata. Stylus nullus. Stigmata ſolitaria, acuta, polyfida.

Peric. Baccæ 6-8, oblongo-ovatæ, coriaceæ, læves, 1-ſpermæ, ſeſſiles.

Sem. ſub-ovata, ſub-acuta: cortice tenui, flexili, ſtriato.

Nom. Vulgare Abutua, puto, quod derivetur a regno Abutuâ (aliis Butua) in Africâ, olim Monomotapæ tributario, ubi hæc planta abundè naſcitur, & uſui Medico inſervit.

Obſerv. Gnetum Linnæi (Mantiſſ. pag. 18. Gen. 1278) quod eſt Gnemon Domeſtica Rumphii, (Amb. l. 1. cap. 61. tab. 71, 72.) valde ſimile habitu apparet Abutuæ noſtræ: differt tamen fructu drupaceo, nuce ſtriata, ſquamâ calycinâ ovatâ, & in fœminâ lacerâ, filamento unico antheris geminis: quæ omnia in Abutuâ deſiderantur. Hanc repetitis obſervationibus invênimus ſemper Dioicam, Polyandram, & Polygynam. Licet enim, quem dicimus calycem, aliquis dicat ſquamam vaginantem amentum, ſtaminaque, ac germina ibi congeſta diverſos eſſe flores, nos hoc concedere non poſſumus, cum nullam invenerimus notam partialem calycis, receptaculi, aut pedicelli proprii, per quæ diſtinguantur ab invicem tam ſtamina, quam piſtilla ſingula, ut in ſingulos flores exurgant.

Char. Gener. Maſc. *Cal.* vaginans Amentum. *Cor.* o. *Stam.* 20.
Fœm. *Cal.* ut in Mare. *Cor.* o. *Piſt.* 6-8. *Baccæ* totidem, exſuccæ, 1-ſpermæ.

† Sp. 1. ABUTUA INDICA. α Cây Sôt: Cây Găm.

Differ. ſpec. Abut. *foliis* ſimplicibus, oppoſitis: *caule* fruticoſo, ſcandente.

Hab.

Hab. *Caulis* fruticoſus, ſcandens, acirrhus, inermis, crus craſſus: *ramis* longis, geniculatis, lævibus. *Folia* ovato-lanceolata, ſub-acuminata, integerrima, fuſco-virentia, nitida, oppoſita, petiolis brevibus. *Flos* amentis lateralibus, ſemipedalibus, nudis, polyſtatis. *Baccæ* glandiformes, ſemipollicares, fuſco-luteæ, glabræ, edules. *Caulis* valde ſimilis Fibraureæ ſupra deſcriptæ Genere 24: ſimiliter conſtans ex fibris craſſis, lignoſis, lentis, in circulos concentricos diſpoſitis. Color interior rubro-fuſcus, in aliis pallidus. Sapor vix ullus. Odor nullus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & in aliis Indiæ locis.

Gnemon funicularis. Rumph. Amb. l. 7. cap. 8. tab. 8.

Virt. radicis, & inferioris caulis. Reſolvens, Deobſtruens, Antifebrilis. Apoſtemata, & inflamationes tam internas, quam externas reſolvit: febres intermittentes diuturnas ſæpe extinguit: obſtructiones viſcerum reſerat. Cum primum ſumitur in decocto, vel pulvere, calor in ventriculo ſentitur non moleſtus. Nullâ evacuatione ſenſibili notatur.

Obſerv. Varia genera plantarum flore admodum diverſa, caule, & virtute Medicâ propinqua ab aliis confunduntur nomine *Parreira brava*, quod linguâ Luſitanâ vitem ſylveſtrem ſonat. Horum unum eſt Abutua, de quâ loquimur: alterum Ciſſampelos Linnæi, vel ejus affine Botria, quod antea in claſſe Pentandriâ deſcripſimus. Abutua ineptè dicitur *Parreira*, cum ejus folia, flores & fructus nullam habeant cum vite ſimilitudinem. At Ciſſampelos Linnæi, & potiori jure Botria noſtra caule, cirrhis, foliis, flore, fructu, & præſertim numero ſtaminum ad vitem accedunt. Hæc, quam in Africâ obſervavimus, nomine *Parreira brava* a Luſitanis ibi commorantibus agnoſcitur: illa vero Abutua tam ibi quam alibi ab eiſdem nominatur. Abuta Ruffeſcens, & Abuta Amara Aubleti (Guiau. pag. 618, 620. tab. 250, 251.) quamvis nomine, & caule proximæ, ad aliud genus pertinent, dictum Fibrauream, a nobis Genere 24 hujuſce Claſſis Dioeciæ deſcriptum.

Sp. 2. ABUTUA AFRICANA. γ.

Differ. ſpec. Abut. *foliis* ternatis: *caule* ſcandente, fruticoſo.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, craſſus, ramoſus, inermis, ſcandens, acirrhus: conſtans fibris lignoſis in circulos concentricos ordinatis, coloris pallidè-lutei, in aliis rufeſcentis. *Folia* 3-nata, baſi ovata, apice acuta, integerrima, glabra, fuſco-viridia, nitida, parva, petiolata. Non florebat eo tempore, quo eam vidi.

Habitat agreſtis in orâ Orientali Africæ.

Virtus. Eadem, quæ præcedentis.

GENUS XXX. CYCAS PALMA.

Char. Gener. Maſc. *Amentum* ſtrobiliforme: *ſquamis* ſubtus undique tectis polline.
Fœm. *Spadix* enſiformis: *germinibus* angulo immerſis, ſolitariis. *Stylus* 1. *Drupa* nucleo ligneo. Lin. ſy. pl. G. 1285.

† Sp. 1. CYCAS INERMIS. Cây Sen tuế.

Differ. ſpec. Cyc. *frondibus* pinnatis: *ſtipitibus* inermibus.

Hab. & notæ. Palma *caule* 5-pedali, ſimpliciſſimo, femur. craſſo, ſcabro: fuſco. *Frondes* pinnatæ, 5 pedes longæ, aſcendentes: *ſtipitibus* inermibus, ſub-teretibus: *foliolis* lineari-lanceolatis, 6-pollicaribus, glabris, obſcuro-viridibus, planiuſculis, oppoſitis, ſeſſilibus. *Flos* Dioicus: *Maſculus* ſpathâ nullâ: *ſpadice* terminali, ſolitario, erecto, ovali-oblongo, diametro 4-pollicari, ſtrobiliformi, fuſco-luteo, imbricato, ſub-clauſo: *ſquamis* oblongo-turbinatis, craſſis, fungoſis, ſtaminiferis. *Filamenta* nulla, ſicut nec perianthium, aut corolla. *Antheræ* pluſquam 100 in qualibet ſquamâ, ſparſæ, globoſæ, ſemini Raphani æquales, apice dehiſcentes. *Piſtillum* nullum. *Fœmineus* flos in aliâ planta: *ſpadicibus* variis, linearibus, reflexis, paucifloris, ſub-terminalibus, ſimplicibus, bracteâ laciniatâ terminatis. *Corolla*, & *Calyx* nulli. *Germen* ovatum *Stigma* ſimplex. *Drupa* ſeſquipollicaris, ovata, ſub-compreſſa, lævis, rufa: *nuce* lignoſâ ejuſdem formæ: *nucleo* ſimplici.

Habitat agreſtis, cultaque ob pulchritudinem in Cochinchinâ, & Chinâ.

Cycas Circinalis. Jacq. Ac. Helvet. tom. 8. pag. 59. tab. 2. Cycas revoluta. Thunb. Jap. pag. 229. Olus Calapoides. Rumph. Amb. l. 1. cap. 20. tab. 20, 21, 22, 23, 24. Quamvis figuræ Rumphianæ aliquantulum differant, ſicut etiam deſcriptiones Jacquini, & Thunbergii, puto pro diverſis ſpeciebus non habendas: nec etiam noſtram, licet ſemper inermem invenerim, in quo ab illis diſſidet. Ramoſam nunquam vidi, nec Monoicam.

Uſus cibarius in Cochinchinâ nullus. Tunkini incolæ mihi retulerunt in ſuâ patriâ fieri panem *Sagu* ſat bonum ex trunco hujus palmæ.

GE-

† GENUS XXXI. ECHINUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Monophyllus, ſquamiformis, ovatus, acutus, piloſus, incurvus, terminatus laciniis variis, linearibus, inæqualibus.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 30 circiter, capillaria, receptaculo inſidentia, calyce breviora. Antheræ ſub-rotundæ, minimæ.

* *Fœminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. Perianthium 5-6-fidum, patens: laciniis acutis, piloſis, inæqualibus.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſuperum, ſub-rotundum, 2-lobum. Styli 2, piloſi, breves. Stigmata ſimplicia.

Peric. Capſulæ 2, connatæ, ſub-rotundæ, 1-ſpermæ, cirumdatæ villis ſubulatis, rectis, duriuſculis, ſetoſis.

Sem. rotunda, glabra, nigra.

Nom. Echinus a capſulis echinatis.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* ſquama laciniata. *Cor.* o. *Stam.* 30.
Fœm. *Cal.* 5-6-fidus inferus. *Cor.* o. *Piſt.* 2. *Capſ.* 2, echinatæ, 1-ſpermæ.

Sp. 1. ECHINUS TRISULCUS. α Cây Hôn.

Differ. ſpec. Ech. *foliis* integris, trifidisque: *pedunculis* polyfloris axillaribus.

Hab. *Arbor* mediocris, cauſe declinato: *cortice* cinereo, glabro: *ramis* obliquis. *Folia* ovata, acuminata, integerrima, ſæpe tricuſpidata, reticulato-venoſa, ſubtus tomentoſa, mollia, petiolata, ſparſa. *Flos* Maſculus, & Fœmineus in diſtinctis plantis, uterque lateralis, pedunculis polyfloris.

Habitat agreſtis loca plana Cochinchinæ.

Ulaſſium? Rumph. Amb. l. 4. c. 18. tab. 23.

† GENUS XXXII. STIGMAROTA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium campanulato-patens, 4-5-partitum: laciniis acutis.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 30 circiter, calyce longiora. Antheræ. ſub-rotundæ.

* *Fœminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. Perianthium rotatum, 5-6-partitum: laciniis acutis.

Cor. nulla. Nectarium lentiforme, 5-6-lobum.

Piſt. Germen ſuperum, ſub-rotundum. Stylus cylindricus, brevis. Stigma orbiculatum, magnum, 6-partitum.

Peric. Bacca ſub-globoſa, carnoſa, 1-locularis, 6-ſperma.

Sem. Ovata, compreſſa, minuta.

Nom. ab ſtigmate in formam rotæ expanſo, radiato.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 30.
Fœm. *Cal.* 5-6-partitus. *Cor.* o. *Stigma rotatum*, 6-fidum. *Bacca* carnoſa, 6-ſperma.

† Sp. 1. STIGMAROTA JANGOMAS. α Câу Mu cüon.

Differ. ſpec. Stigmar. *Caule* arboreo, aculeato: *pedunculis* polyfloris, ſparſis.

Hab. *Arbor* mediocris, ramis patentibus: *Maſculi caulis* aculeis ramoſis, longis: *Fæminei* aculeis ſimplicibus, brevibus, ſparſis, raris. *Folia* ovata, acuminata, ſerrata, incurva, nitida, parva, ſparſa, petiolata. *Flos* utriuſque pedunculis polyfloris, ſparſis. *Bacca* fuſco-purpurea, diametro 8-lineari, eſculenta, ſapida, dulcis, ſub-aſtringens.

Habitat culta in Cochinchinâ, puto, quod etiam agreſtis.

Jangomas Garc. Arom. l. 2. c. 5. Bont. Jav. l. 6. c. 25. fig. pag. 111. Spina ſpinarum, Rucam mas, & fœmina. Rumph. Amb. Auct. c. 42. tab. 19. fig. 1, 2.

Obſerv. Quoniam Spina ſpinarum, prout a Rumphio expoſita, cum noſtrâ Stigmarotâ Jangomas bene cohæret, a genere Cariſſa, cui non convenit, expungi debet. Lin. ſy. pl. 4. pag. 590. Nec illius eſt propria deſcriptio Linnæana (Mantiſſ. pag. 560.) ſi cum Rumphianâ comparetur.

† Sp. 2. STIGMAROTA AFRICANA. γ . . .

Differ. ſpec. Stigm. *caule* fruticoſo aculeato: *floribus* ſolitariis, terminalibus.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticoſus, ceſpitoſus, expanſus, lignoſus, 6-pedalis. *Folia* ovata, crenata, glabra, alterna, petiolata. *Aculei* ſimplices, longi, recti. *Flos* Dioicus, apetalus, terminalis, ſolitarius. *Fœmineus* ſtigmatibus 6-7, bifidis, ſeſſilibus, in orbem poſitis. *Maſculum* non vidi.

† GE-

† GENUS XXXIII. MALLOTUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculini flores.*

Cal. Perianthium 3-phyllum : foliolis ſub-rotundis, concavis, lanuginoſis.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta plurima, brevia, receptaculo inhærentia. Antheræ totidem; lobis binis, ſub-rotundis.

* *Fœminini flores* in aliâ plantâ.

Cal. Perianthium 3-phyllum : foliolis trigonis, æquilateris, piloſis; expanſis.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſuperum, ſub-rotundum, 3-lobum. Stylus nullus. Stigmata 3, oblonga, hirſuta, colorata, reflexa.

Peric. Capſula ſub-rotunda, 3-loba, 6-valvis, 3-locularis, 1-ſperma : ſepta villis multis, longis, mollibus.

Sem. hinc rotunda, inde angulata : pedicellis propriis receptaculo inhærentia poſt capſulæ diſceſſum.

Nom. (Μαλλωτὸς villoſus) ex pericarpio villis conſito.

Obſerv. Hoc genus Cliffortiæ affine eſt : ab illâ vero differt fructu ſupero, 3-loculari, & ſtigmatibus ternis, ſeſſilibus.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* plurima.
Fœm. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Cor.* o. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-locularis. Sem. ſolitaria, pedicellata.

Sp. 1. MALLOTUS COCHINCHINENSIS. α Cây Bét. β . . .

Differ. ſpec. Mallot. *foliis* trifidis, ovatiſque, denticulatis, tomentoſis: *racemis* ſpicatis, reflexis.

Hab. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* ſub-rotunda, 3-cuſpidata : pauca integra, ovata, acuminata : omnia denticulata, tomentoſa, alterna, petiolata. *Flos* racemis demiſſis, in ſpicas deſinentibus.

Habitat ſepes, & hortos minus cultos Cochinchinæ, & Chinæ.

Obſerv. Vidi Cantone Sinarum florem Maſculum aliquantum diverſum : foliolis calycis ternis, lanceolatis, piloſis, patentibus : Filamentis ultra 40, calyce brevioribus : Antheris ovatis, ſtantibus. Fœmineus flos ibi non occurrit.

MONADELPHIA.

GENUS XXXIV. JUNIPERUS.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* Amenti ſquamæ. *Cor.* o. *Stam.* 3.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-ſperma, tribus tuberculis calycis inæqualis. Lin. ſy. pl. G. 1240.

Sp. 1. JUNIPERUS BARBADENSIS. α Nhit bien tung. β ...
Differ. ſpec. Jun. *foliis* omnibus quadrifariam imbricatis : junioribus ovatis, ſenioribus acutis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 10-pedalis, ramis aſcendentibus, ramulis reflexis. *Folia* quadrifariam imbricata, cæruleo-virentia : ſeniora acutiuſcula, juniora ovata.
Habitat culta in Cochinchinâ, a Sinis oriunda.
Thunb. Jap. 264. Junperius Barbadenſis, Cupreſſi foliis, ramulis quadratis. Pluken. Alm. pag. 201. tab. 197. fig. 4.

Sp. 2. JUNIPERUS CHINENSIS. α Bien bá tung. β . . .
Differ. ſpec. Jun. *foliis* decurrentibus, imbricato-patentibus, confertis : caulinis ternis, rameis quaternis. Lin. ſp. 4.
Hab., & notæ. *Arbuſcula* 3-pedalis, ramis tortuoſis, patentiſſimis. *Folia* ſubulata, duriuſcula, obſcuro-virentia, conferta, patentia, baſi adnata.
Habitat culta in Cochinchinâ, a Sinis oriunda.
Lin. Mantiſſ. pag. 127.

POLYADELPHIA.

+ GENUS XXXV. HOMONOIA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Amenti ſquamæ 3, acutæ, inæquales, ſingulum florem ſuſtinentes. Perianthium proprium 3-phyllum : foliolis ovatis, concavis, coloratis.
Cor. nulla.
Sam. Filamenta 200 circiter, calyci æqualia, in 20 faſciculos connexa. Antheræ ſub-rotundæ.

* *Fæ-*

* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. Amenti ſquama ſimplex, acuta, polyfida, perſiſtens. Perianthium proprium nullum.

Cor. nulla.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus nullus. Stigmata 3, oblonga, villoſa.

Peric. Capſula ſupera, 3-loba, 3-locularis, 3-valvis, 1-ſperma.

Sem. ſub-rotunda.

Nom. (Ὁμόνοια concordia) ob ſtamina in varias tribus unita.

Char. Gen. Maſc. *Amenti* ſquamæ 3. *Perianth.* 3-phyllum. *Cor.* 0. *Stam.* 200 in 20 faſciculis.
Fœm. *Cal.* Amenti ſquama polyfida. *Periant.*, & *Cor.* 0. *Stigmata* 3. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

† Sp. 1. HOMONOIA RIPARIA. α Rì rì bò foung.

Differ. ſpec. Hom. *foliis* lanceolato-linearibus: *Amentis* ſub-terminalibus.

Hab. *Arbor* 6-pedalis: *caule* craſſo, erecto, ramoſiſſimo. *Folia* lanceolato-linearia, integerrima, tomentoſa, alterna. *Flos* uterque minutus: amentis linearibus, ſub-terminalibus.

Habitat ſpontanea ripas fluminum in Cochinchinâ.

† *GENUS XXXVI. SEBIFERA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores.*

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis ſub-rotundis, concavis, piloſis, patentibus.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 100 circiter, capillaria, calyce longiora, diſtributa in 10 phalanges. Antheræ biloculares, ovatæ.

* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. ut in Maſculo.

Cor. nulla.

Piſt. Germina 10 circiter, ſub-rotunda, pedicellata. Stylus ſub-nullus. Stigmata ſolitaria, obtuſa, integra.

Peric. Baccæ 10 circiter, globoſæ, 1-ſpermæ.

Sem. globoſa.

Nomen Sebifera ex oleo craſſo, albo, ſebiformi, quod ex baccis exprimitur.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 100, in 10 faſciculis.

Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Piſtilla* 10. *Baccæ* totidem, 1-ſpermæ.

† Sp. 1. SEBIFERA GLUTINOSA. α Bây lâi nhớt. β Cây Kâm xù.

Differ. ſpec. Seb. *foliis* ovato-oblongis integerrimis: *floribus* 2-3-natis, lateralibus.

Hab. *Arbor* magna: *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, integerrima, glabra, alterna, petiolata. *Flos* uterque lateralis, ſub-terminalis, pedunculis 2-3-natis. *Baccæ* parvæ, læves, nigricantes.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Uſus. Arboris lignum leve, & pallidum facilè elaboratur, tignaque, & poſtes præbet ad ædificia. Folia, & ramuli humore viſcoſo ſcatent; contuſaque, & in aquâ macerata glutinoſam reddunt: eamque ſolent indigenæ admiſcere tectorio, ut tenacius adhæreat, & diutius perſiſtat. Ex baccis magna quantitas extrahitur olei denſi, & albi, ex quo formantur vulgares candellæ, ſebaceis, & cereis ſimiles, odoris tamen ingrati.

GYNANDRIA.

GENUS XXXVII. CLUTIA.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* 5-petala.

Fœm. *Cal.*, & *Cor.* Maris. *Styli* 3. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G. 1247.

† Sp. 1. CLUTIA MONOICA. β Xún tí ſùm

Differ. ſpec. Clut. *foliis* oblongis, glabris, nervoſis: *floribus* congeſtis, axillaribus.

Hab., & notæ. *Arbuſcula* 5-pedalis: *ramis* patentibus. *Folia* oblonga, ſub-acuta, integerrima, glabra, obliquè nervoſa, parva, inæqualia, alterna, petiolis brevibus, ſtipulis nullis. *Flos* Monoicus, albus, axillaris, glomeratus, parvus, multus. *Maſculi calyx* 5-partitus, laciniis acutis, patentibus. *Corolla* petala 5, minuſcula, turbinata, criſpata: *Nectario* luteo, glanduloſo. *Germen* nullum. *Stylus* columnaris, craſſiuſculus, apice obtuſo, 3-fido: Stigma dicas, ſi velis. *Filamenta* 5, medio ſtyli horizontaliter adhærentia. *Flos* Fœmineus miſtus Maſculis, præcipuè ad apicem ramorum: *calyce*, & *corollâ*, ut in Mare: *ſtylis* 3, brevibus: *capſulâ* 3-loculari, 1-ſpermâ.

Habi-

Habitat ſpontanea prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. A Clutia ſtipulari (Lin. ſp. 7.) habitu magis differt, quam flore.

** Ordinis adhuc incerti.*

† *GENUS XXXVIII. RESTIARIA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Maſculi flores ?*

* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. Perianthium oblongum capſulare : limbo 5-partito, laciniis lanceolatis, patentibus.

Cor. nulla.

Piſt. Germen oblongum, inferum. Stylus o. Stigma concavum.

Peric. Capſula calycina, ovato-oblonga, utrinque ſub-attenuata, 5-nervia, piloſa, 2-locularis, 2-valvis, polyſperma.

Sem. Multa, compreſſa, ſub-rotundâ, ex utrâque parte alata membranâ lineari, tenui, longâ.

Nom. ab uſu caulis reſtibus formandis idonei.

Char. Gen. Maſc. ?

Fœm. *Cal.* 5-fidus, capſularis. *Cor.* o. *Stigma* concavum. *Capſ.* 5-nervis, 2-locularis, 2-valvis. *Sem.* multa, alata.

* Sp. 1. RESTIARIA CORDATA. *a* Cham bia tlon.

Differ. ſpec. Reſt. *foliis* cordatis, piloſis, oppoſitis : *racemis* laxis, axillaribus.

Hab. *Frutex* magnus, caule declinato : *ramis* ſcandentibus, inermibus, acirrhis. *Folia* cordata, rugoſa, piloſa, integerrima, magna, oppoſita. *Flos* axillaris, paniculatus, pedunculis communi, & partialibus longis. Plantam cum floribus Maſculis non obtinui.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Reſtiaria Nigra ? Rumph. Amb. l. 5. c. 35. pag. 188.

Uſus. Cortex hujus platæ tenax, ac poroſus in longas fibras contunditur, ex quibus formantur faces, & funes igniarii. Illis etiam obturantur navium rimæ.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

1. MUSA. — Hermaphrodita. *Cal.* 0. *Cor.* 2-petala. *Stam.* 6: 1 fertili. *Piſt.* 1. *Bacca* infera.
Hermaphroditus. *Cal.* 0. *Cor.* 2-petala. *Stam.* 6: 5 perfectis. *Piſt.* 1. *Bacca* nulla.

2. HOLCUS. — Hermaphr. *Gluma* 1-flora. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Gluma* 1-flora. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3.

3. ANDROPOGON. — Hermaph. *Gluma* 1-flora. *Gluma* baſi ariſtata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Gluma* 1-flora. *Gluma* baſi ariſtata. *Stam.* 3.

4. ISCHÆMUM. — Hermaph. *Gluma* 2-flora. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Gluma* 2-flora. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3.

5. SPINIFFX. — Hermaph. *Gluma* 2-flora. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Gluma* communis. *Gluma* 2-valvis. *Stam.* 3. *Valvulæ* omnes calyci parallelæ.

† 6. OXICARPUS. — Hermaph. *Cal.* 4-part. *Cor.* 4-part. *Stam.* polyadelphia. *Stigm.* 6. *Bacca* 6-ſperma.
Maſc. *Cal.*, & *Cor.* Herm. *Stam.* multa.

† 7. GEMELLA. — Herm. *Cal.* 4-phyl. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 8. *Stylus* 2-fidus. *Baccæ* 2.
Maſc. *Cal.* *Cor.*, *Stam.* ut Hermaphr.

8. ACER. — Hermaph. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8. *Styli* 2. *Capſ.* 2-cocca, alata.
Maſc. *Cal.*, *Cor.* *Stam.* ut Hermaphr.

9. MIMOSA. — Hermaph. *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 4-100. *Piſt.* 1. *Legumen.*
Maſc. *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 4-100.

† 10. NEPTUNIA. Hermaph. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 10. *Stylus* 1. *Siliqua.*
Neuter. *Cal.* 5-fid. *Cor.* 10-petala. *Stam.* 0. *Piſt.* 0.

11. PARIETARIA. Hermaph. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Stylus* 1. *Sem.* 1.

DIOECIA.

† 12. PEDICELLIA. Hermaph. *Cal.* 5-part. *Cor.* 0. *Stam.* 8. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-valvis. 1-ſperma.
Maſc. *Cal.* 5-part. *Cor.* 0. *Stam.* 8.

13. PANAX. Hermaph. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Styli* 2. *Bacca* 2-ſperma.
Maſc. *Cal.* integer. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.

† 14. HEPTACA. Hermaph. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 10-petala. *Stam.* 100. *Piſt.* 1. *Bacca* 7-locularis.
Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 10-petala. *Stam.* 100.

15. CHAMÆROPS. Hermaph. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 3. *Drupæ.* 3.
Maſc. *Cal.* 3-part. *Cor.* 3-petala. *Stam* 6.

† 16. GONUS. Hermaph. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 4. *ſtigmata* 4. *Drupæ.* 4.
Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 4.

17. ZANTHOXYLUM. Hermaph. *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-petala. *Filam.* 5. *Styli* 2. *Capſ.* 2, 1-ſpermæ.
Fœm. *Cal.* 5-dent. *Cor.* 5-petala. *Stigm.* 1. *Capſ.* 2.

† 18. RHYTIS. Hermaph. *Cal.* 3-6-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 3. *Stigmata* 3. *Bacca* 3-ſperma.
Fœm. *Cal.* multipart. *Cor.* 0. *Stigm.* 3. *Bac.* 3-ſperma.

† 19. BACCAUREA. Hermaph. *Cal.* 5-part. *Cor.* 0. *Stam.* 6-8. *Stigma* 1, concavum. *Pericarp.* abortiens.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stigma* convexum. *Bacca* locularis.

† 20. PHYSKIUM. Hermaph. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 1. *Folliculus* polyſpermus.
Fœm. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Follic.* polyſpermus.

† 21. DICALIX. Hermaph. *Cal.* exter. 3-phyl: inter. 5-dent. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 100. *Stylus* 1. Drupa.
Fœm. *Cal.* duplex. *Cor.* 0. *Stylus* 1. Drupa.

TRIOECIA.

22. FICUS. *Receptaculum* commune carnoſum, occultans floſculos, vel Maſculos, vel Fœminas, vel Maſculos ſimul cum Fœminis.
Maſc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 0. *Stam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. Sem. 1.

MONOECIA.

GENUS I. MUSA.

Char. Gen. Hermaphroditus. *Cal.* Spatha. *Cor.* 2-petala : altero erecto, 5-dentato : altero nectarifero, concavo, breviore. *Filam.* 6, horum 5 perfecta. *Styl.* 1. *Germ.* inferum, abortiens.

Hermaphrodita. *Calyx Corolla. Filamenta*, *Piſtillum*, Hermaphroditi : *filamento* unico perfecto. *Bacca* oblonga, 3-quetra, infera. Lin. ſy. pl. G. 1248.

Hab., & notæ Generi communes. *Radix* bulbus perennis, ſub-rotundus, ſolidus, aquoſus, exterius fuſcus, intus albus : radiculis craſſis, raris. *Caulis* biennis, interdum longævior, à 5 ad 20 pedes erectus, rectiſſimus, ſimpliciſſimus, craſſus, teres, glaber, fungoſus, aquoſus, lamellatus : lamellis convolutis, deſinentibus in ſingulos *petiolos*, longos, canaliculatos, amplexicaules, baſi imbricatos. *Folia* oblonga, obtuſa, integerrima, à 3 ad 10 pedes expanſa, infra binos pedes lata, tranſverſè polyſulcata, glabra, lætè virentia, per ſulculos facilè ſciſſilia. *Flos* terminalis, albicans, *racemo* unico, maximo (in plurimis reflexo) craſſo, tereti, nec nutante, compoſito : racemulis alternis, ſeſſilibus, floribus bino ordine in latitudinem protenſis. *Calyx* univerſalis nullus : partialis cujuſque racemuli ſpatha ſub-acuta, concava, ſulcata, purpuraſcens, ſucceſſivè dehiſcens, decidua. *Perianthium* proprium nullum. *Corolla* 2-petala : petalo exteriore erecto, apice obtuſo, 5-dentato, reflexo : petalo interiore cymbæformi, integerrimo, breviore, baſi reflexo. *Floris fertilis Filamenta* 5, ſubulata, petalo erecto breviora, receptaculo inſidentia : quorum 1, vel 2, aliquando omnia antherifera, antheris linearibus, lateralibus. *Germen* oblongum, inferum, obtusè trigonum. *Stylus* linearis, craſſus, ſtaminibus longior, *ſtigmate* capitato, apice ſulcato. *Bacca* oblonga, ſub-angulata, carnoſa, dulcis, edulis, 3-locularis, polyſperma : *ſeminibus* ſub-rotundis, nigris, nidulantibus.

Floris ſterilis Filamenta ſimiliter 5, quorum ſæpe omnia, ſæpe aliqua tantum, interdum nulla antherifera. *Corolla* floris fertilis ſimilis. *Stylus*, *Stigma*, *Germen*, minuſcula, abortientia. Flores fertiles ſemper occupant inferiores racemi partes : ſteriles ſuperiores : utrique ſemper decidui, (ſicut etiam ſpathæ) præter ſupremos, & extimos, qui, deficiente vi vegetante, clauſi intra ſpathas putreſcunt. Muſæ ſpecies multæ ſunt in Cochinchinâ : plurimæ varietates : magis obvias exponam.

t Sp. 1.

† Sp. 1. MUSA SEMINIFERA.

Differ. ſpec. Muſ. *racemo* reclinato: *ſpathis* partialibus, ovatis: *fructu* oblongo, polyſpermo.

Varietas 1 α Chúoi Dá. Agreſtis: caule altiſſimo, nigricante: ſeminibus confertis: pulpâ ſub-nullâ.

Var. 2 α Chúoi Sú. Domeſtica: caule altiſſimo, vireſcente: pulpâ dulci: ſeminibus multis.

Var. 3. α Chúoi Mât. Domeſtica: caule mediocri, albicante: pulpâ dulciſſimâ, ſeminibus raris.

Rumph. Amb. l. 8. tab. 61. Piſſang Utan. pag. 139. Piſſang Batu, Piſſang Bidji. pag. 132. Piſſang. Medji. pag. 131.

† Sp. 2. MUSA ODORATA.

Differ. ſpec. Muſ. *racemo* reclinato: *ſpathis* partialibus, oblongis: *fructu* longo, aſpermo.

Varietas 1 α Chúoi Bà huong. Domeſtica: caule altiſſimo: fructu magno, tereti, odorato, curvo.

Var. 2 α Chúoi Tieo. Domeſtica: caule mediocri: fructu gracili, angulato, tortuoſo, odoro.

Var. 3. α Chúoi Moi. Domeſtica: caule mediocri: fructu gracili, purpuraſcente, odoro.

Muſa Ceporins. Garc. edit. Cluſ. l. 2. cap. 10. pag. 230.

† Sp. 3. MUSA NANA. α Chuói Duû.

Differ. ſpec. Muſ. *racemo* reclinato: *ſpathis* partialibus, conicis: *floribus* omnibus fertilibus: *ſeminibus* nullis.

Hab., & notæ. *Caulis* 5-pedalis, ſemipedem craſſus. *Folia* oblongo-ovata, 3-pedalia. *Stamina* omnia fertilia: ſæpius 5 in quolibet flore, frequenter 6, aliquando plura. *Germina* omnia prolifera. *Racemus* curvatus, brevis. *Bacca* ovato-oblonga, angulata, dulcis, aſperma.

Piſſang Bombor? Rumph. Amb. l. 8. cap. 2. pag. 132. Hujus varietas videtur eſſe Piſſang Canaya (Rumph. ibi) quæ in Cochinchinâ dicitur *Chúoi Cau.* Florem hujus non examinavi.

† Sp. 4. MUSA CORNICULATA. α Chúoi Boi.

Differ. ſpec. Muſ. *racemo* reclinato: *ſpathâ* univerſali, 2-phyllâ: *fructu* maximo.

Hab., & notæ. *Caulis* mediocris. *Spatha* univerſalis: partiales nullæ. *Racemus* reflexus, brevis: racemulis ſub-ternis, paucifloris. *Fructus* 1-pedalis, curvus, ſub-teres, craſſus, aſpermus, in aliquibus luteus, in aliis rufus, nitidus.

Piſſang

Piſſang Tando, ſeu Muſa Corniculata. Rumph. Amb. l. 8. cap. 2. pag. 130.

Sp. 5. MUSA URANOSCOPOS. α Chúoi tàu.

Differ. ſpec. Muſ. *racemo* erecto: *ſpathis* partialibus ſub-bifloris: *fructu* compreſſo, polyſpermo.

Hab., & notæ. *Caulis* 4-pedalis, pollicem craſſus. *Folia* linearia, 3-pedalia, 5 pollices lata. *Racemus* erectus, *ſpathis* linearibus, alternis, coccineis, ſub-bifloris, multis. *Bacca* coccinea, ovata, compreſſa, bipollicaris, polyſperma, non edulis.

Muſa Uranoſcopos. Rumph. Amb. l. 8. cap. 4. pag. 137. Quæ Muſa Troglodytarum. Lin. ſp. 3. At M. Paradiſiaca, & M. Sapientum inter ſe ſpecie non differunt, cum earum notæ non verificentur: nec meliores invenio in totâ Muſâ Cliffortianâ, quamvis ampliſſimâ.

GENUS II. HOLCUS.

Char. Gen. Herm. *Cal.* Gluma 1, ſive 2-flora. *Cor.* Gluma ariſtata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Cal.* Gluma 2-valvis. *Cor.* 0. *Stam.* 3. Lin. ſy. pl. G. 1252.

Sp. 1. HOLCUS SACCHARATUS. α Cây Mạch maọc. β

Differ. ſpec. Holc. *glumis* villoſis: *ſeminibus* omnibus ariſtatis. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Planta* biennis, *culmo* 8-pedali, ſolido, articulato, erecto, ſimpliciſſimo: *radiculis* ex inferioribus geniculis in terram deſcendentibus. *Folia* ſtrictè lanceolata, glabra, magna, ſacchari ſimilia, petiolis amplexicaulibus. *Flos* Polygamus Monoicus, terminalis, paniculâ magnâ, diffuſâ, in ſpiculas deſinente. *Calyx* 2-valvis, coloratus, ſub-clauſus, ſemine longior, baſi, & apice piloſus, muticus. *Corollæ* ariſta calyce duplo longior, recta, nec tortilis, aut articulata. *Semen* 1, lenticulare, craſſum, nigrum, nitidum, edule.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ. Hîc etiam occurrit Holcus Sorghum, paniculâ coarctatâ, erectâ.

Sorgum Battari. Rumph. Amb. l. 8. c. 29. tab. 75. fig. 1. Milium Indicum, ſemine fuſco, jubâ largâ. Burm. Zeyl. pag. 159.

GENUS. III. ANDROPOGON.

Char. Gen. Herm. *Cal.* Gluma 1-flora. *Cor.* Gluma baſi ariſtata: *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Cal.*, & *Cor.* prioris. Stam. 3. Lin. ſy. pl. G. 1251.

Sp. 1. ANDROPOGON SCHŒNANTHUS. α Lá ſa. β Máo hiàm.

Differ. ſpec. Andr. *paniculæ* ſpicis conjugatis, ovato-oblongis: *rachi* pubeſcente: *floſculis* ſeſſilibus: *ariſtâ* tortuoſâ. Lin. ſp. 11.

Hab., & notæ. *Planta* graminea, perennis: *radice* repente: *culmo* brevi, erecto, ceſpitoſo, ſolido. *Folia* 3-pedalia, reclinata, ſtrigoſa, plana, ſtriata, ſcabra, lætè virentia, odorata. *Flos* paniculâ ſub-declinatâ, tenui, ſemipedali, ſpicis conjugatis, pubeſcentibus: *floſculis* ſeſſilibus, ariſtatis. Tota planta aromatica: rarò floret.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Juncus Odoratus. Garc. Arom. l. 1. cap. 34. edit. Cluſ. pag. 204. fig. ibi. Schœnanthum Amboinicum: Siree. Rumph. Amb. l. 8. cap. 24. tab. 72. fig. 2. Gramen Dactylon aromaticum, multiplici paniculâ, ſpicis brevibus, tomento candicantibus, ex eodem pediculo binis. Pluken. Almag. pag. 175. tab. 190. fig. 1.

Uſus. Foliis recentibus conditi cibi tam odore, quam ſapore gratiores redduntur.

Virt. totius plantæ. Attenuans, Stomachica, Emmenagoga.

GENUS IV. ISCHŒMUM.

Char. Gen. Herm. *Cal.* Gluma 2-flora. *Cor.* 2-valvis. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.
Maſc. *Cal.*, & *Cor.* ut Hermaphroditi. *Stam.* 3. Lin. ſy. pl. G. 1254.

† Sp. 1. ISCHŒMUM IMPORTUNUM. α Co oùng.

Differ. ſpec. Iſch. *paniculâ* coarctatâ: *corollis* 1-valvibus.

Hab., & notæ. *Planta* graminea: *radice* perenni, ſimplici, longâ, profundâ, articulatâ, albicante, tenaciſſimâ. *Culmus* 3-pedalis, ſub-erectus, teres, fiſtulatus, craſſiuſculus. *Folia* ſubulata, brevia, alterna. *Panicula* terminalis, coarctata: *floribus* ovatis, glabris, muticis, minuſculis. *Calyx* gluma bivalvis, biflora, continens alterum florem Hermaphroditum cum altero Maſculo. *Corollæ* 1-valvis ſingulum florem amplectens. *Stam.* 3. *Semen* 1, muticum.

Habitat agreſte, & frequens in Cochinchinâ: herba odioſa agricolis, quia difficulter eradicatur, & facilè iterum pullulat.

GE-

GENUS V. SPINIFEX.

Char. Gen. Herm. *Cal.* Gluma 2-valvis, 2-flora: *valvulis* rachi parallelis. *Cor.* 2-valvis, mutica. *Stam.* 3. *Styli* 2.
Maſc. *Cal.* communis cum Hermaphrodito. *Cor.*, & *Stamina* ſimilia. Lin. ſy. pl. G. 1250.

Sp. 1. SPINIFEX SQUARROSUS. Cỏ chạy bải biển.
Differ. ſpec. Spin. *foliis* faſciculatis; capitulo vaſto culmum terminantibus.
Hab., & notæ. *Culmus* perennis; 4-pedalis; erectus, craſſus, teres, ſolidus; geniculatus. *Folia* ſubulata; excavata; dura, pungentia, glabra, glauca; congeſto-imbricata, ad apicem culmi in globum ſquarroſum faſciculata. *Flos* Polygamus; ſpicis brevibus, paucifloris, capitulo terminali inſertis.
Habitat ad maris litora in Cochinchinâ, & Chinâ.
Spinifex ſquarroſus, Lin. Jun. Sup. pl. pag. 432. Illy mallu. Rheed. Malab. part. 12. tab. 75. Cyperus littoreus. Rumph. Amb. l. 10. c. 2. pag. 6. tab. 2. fig. 2.

† GENUS VI. OXYCARPUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*
Cal. Perianthium campanulatum, tubo brevi: limbo 4-partito, laciniis concavis, ſub-erectis.
Cor. Monopetala, campanulata, carnoſa: limbo profundè 4-partito, laciniis ovatis, planis, patentibus, calycem ſuperantibus.
Stam. Filamenta plurima, ſubulata, in varios faſciculos connexa. Antheræ biloculares, ſtantes.
Piſt. Germen ſub-rotundum, ſuperum. Stylus nullus. Stigmata 6, multifida, reflexa.
Peric. Bacca ſub-rotunda, 6-locularis, 1-ſperma.
Sem. ovata, ſub-compreſſa.
* *Maſculi flores* in eâdem plantâ.
Cal. ut Hermaphroditi.
Cor. ut Hermaphroditi: tubo longiore.
Stam. Filamenta vix ulla. Antheræ 40-50, ovato-oblongæ, biloculares, liberæ, receptaculo convexo inſidentes.

Nom. (Ὀξὺς acidus : καρπὸς fructus) ob arboris folia, & fructus acidos.

Char. Gener. Herm. *Cal.* 4-part. *Cor.* 4-partita. *Stam.* Polyadelpha. *Stigmata* 6. *Bacca* 6-locul., 1-ſperma.
Maſc. *Cal.* 4-part. *Cor.* 4-part. *Stam.* 40-50, libera.

† Sp. 1. OXYCARPUS COCHINCHINENSIS. ♂ Cay B:a.

Differ. ſpec. Oxyc. *foliis* ovato-oblongis, oppoſitis: *floribus* congeſtis, axillaribus.

Hab. *Arbor* magna, trunco recto: ramis patentibus. *Folia* ovato-oblonga, ſub-acuta, integerrima, glabra, nitida, obſcuro-viridia, oppoſita, petiolata. *Flos* albus, lateralis, ſub-ſeſſilis, congeſtus 3-4-natus. *Bacca* 2-pollicaris, carnoſa, rubro-lutea, acida, edulis. Habitat tam cultus, quam incultus in Cochinchinâ.

Folium Acidum majus. Rumph. Amb. l. 4. c. 30. tab. 32.

GENUS VII. GEMELLA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*

Cal. Perianthium 4-phyllum: foliolis ſub-rotundis, concavis, conniventibus.

Cor. Petala 4, turbinata, piloſa, inflexa, calyci æqualia.
Nectarium 4-lobum, æquale, concavum, diſcolorum.

Stam. Filamenta 8, ſubulata, corollæ æqualia, receptaculo inſidentia. Antheræ ovatæ, biloculares, incumbentes.

Piſt. Germen ſuperum, globuli 2, baſi ſtyli utrinque adhærentes. Stylus 2-fidus, reflexus. Stigmata acuta.

Peric. Baccæ 2, rotundæ, monoſpermæ, minimæ.

Sem. ſolitaria, rotunda.

* *Maſculi flores* in eâdem plantâ.

Cal. ut Hermaphroditi.

Cor., & Nectarium ut Hermaphroditi.

Stam. Filamenta 8, corolla duplò longiora, e centro Nectarii conjunctim prodeuntia. Antheræ totidem, ovatæ.

Nomen Gemella a fructu gemello.

Char. Gener. Herm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Filam.* 8. *Stylus* 2-fidus. *Baccæ* 2, monoſpermæ.
Maſc. *Cal.*, & *Cor.* ut Hermaphr. *Filamenta* 8.

† Sp. 1. GEMELLA TRIFOLIA. α Cây Nhánh ba.
Differ. ſpec. Gem. *foliis* ternatis : *ſpicis* axillaribus.
Hab. *Arbuſcula* 5-pedalis : *ramis* flexuoſis, patentibus. *Folia* ternata, ovato-lanceolata, inæqualiter ſerrata, glabra, petiolata. *Flos* albus, minimus, ſpicis longis, tenuibus, axillaribus. *Maſculus*, & *Hermaphroditus* promiſcuè in eâdem ſpicâ.

GENUS VIII. ACER.

Char. Gener. Herm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8. *Piſtillum* 1. *Capſ.* 2, five 3, monoſpermæ, alâ terminatæ.
Maſc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8. Lin. ſy. pl. G. 1266.

† Sp. 1. ACER PINNATUM. α Nhon cút dêč : Troung Khê.
Differ. ſpec. Acer. *foliis* pinnatis : *foliolis* oblongis, integerrimis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ligno duriſſimo : *ramis* patentibus. *Folia* impari-pinnata, ſub-quadrijuga : *foliolis* alternis, ovato-oblongis, integerrimis, glabris, parvis. *Flos* albus, racemis compoſitis, ſub-terminalibus, *Maſculus*, & *Hermaphroditus* in eâdem plantâ. *Calyx* 5-fidus. *Corolla* petala 5, patentia : *Nectario* carnoſo, lenticulari. *Filamenta* 8. *Stylus* 1. *Stigmatibus* binis. *Capſulæ* duæ, ovatæ, baſi coalitæ, ſuperius divergentes, alis ſingulis, oblongis, carnoſis terminatæ. *Semina* ſolitaria, arillata.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Obſerv. Affinitatem habet cum Dimocarpo (ſupra Claſſe 8, Genere 10). Convenit quidem flore, & foliis, non Pericarpio.

GENUS IX. MIMOSA.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5, five plura. *Piſt.* 1. *Legumen.*
Maſc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Stam.* 5, 10, plura. Lin. ſy. pl. G. 1271.

Sp. 1. MIMOSA NODOSA. α Cây cô ào.
Differ. ſpec. Mim., inermis, *foliis* pinnatis, bijugis : *pinnis* inferioribus minoribus : *petiolo* lineari. Lin. ſp. 3.
Hab. & notæ. *Arbor* parva, *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* pinnata, bijuga : *foliolis* ovatis, acuminatis, inferioribus minoribus : *petiolo* communi lineari, propriis ſub-nullis. *Flos* albus, racemis diffuſis, deſinentibus in umbellulas : *Maſculis* Hermaphroditis, &

& Maſculis mixtis. *Calyx* utriuſque tubuloſus, 5-dentatus. *Corolla* 5-fida, laciniis ovatis: tubo calycem ſuperante. *Filamenta* Monadelpha, 100 circiter. *Legumen* compreſſum, curvum: *ſeminibus* paucis.

Habitat agreſtis in locis planis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 222. Phaſeolus arboreus, tetraphyllus, Zeylanicus. Burm. Zeyl. pag. 192.

† Sp. 2. MIMOSA PILOSA. α Cây Úp chén.

Differ. ſpec. Mim. inermis, *foliis* pinnatis, multijugis, piloſiſſimis: *capitulis* terminalibus: *leguminibus* rectis, tenuibus.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, 4-pedalis, piloſus, inermis, *ramis* expanſis. *Folia* ſimpliciter pinnata, multijuga: *foliolis* ovatis, obtuſis, utrinque piloſis, inferioribus minoribus. *Flos* terminalis, conglobatus in capitulum magnum, albiſſimum. *Calyx* 5-fidus, erectus. *Corolla* campanulata, 5-fida. *Filamenta* numeroſa, corollâ duplò longiora: *antheris* ſub-rotundis, minimis. *Stylus* filiformis: *ſtigmate* ſimplici. *Legumen* lineare, rectum, tenue, polyſpermum.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Sp. 3. MIMOSA SCANDENS. α Tlàm deci.

Differ. ſpec. Mim. inermis, *foliis* conjugatis, cirrho terminatis: *foliolis* bijugis. Lin. ſp. 17.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: *trunco* brevi, craſſiſſimo, perenni: *ramis* plurimis, longiſſimis, ſcandentibus, inermibus. *Folia* bipinnata, cirrho longo terminata. *Foliola* ſub-trijuga, ovata, ſub-falcata, glabra. *Flos* albus, parvus, *ſpicis* ſimplicibus, ſtrigoſis, axillaribus. *Maſculos* non inveni, ſed omnes *Hermaphroditos*. *Calyx* cyathiformis, 5-dentatus, minimus. *Corolla* petala 5, lanceolata, patentia. *Filamenta* 10, turbinato-linearia, acuminata, corollâ duplò longiora: *Antheris* ovatis, 3-locularibus, nutantibus. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, æqualis ſtaminibus: *ſtigmate* ſimplici. *Legumen* maximum, ſeſquipedale, ſubulatum, compreſſum, curvum, articulatum, articulis orbiculatis, margine carinatis. *Semina* 10 circiter compreſſo-rotunda, magna: cortice proprio oſſeo.

Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ, vaſtum ſpatium occupans extentione ramorum.

Perim kaku valli. Rheed. Malab. 8. pag. 59. tab. 32, 33, 34. Lobus Braſilianus, ingens. Cluſ. Exot. l. 3. cap. 1. pag. 60. fig. ibi. Lens phaſeloides, foliis ſub-rotundis, oppoſitis, flore ſpicato, 5-petalo, lobis latiſſimis, fructu orbiculato, fuſco. Burm. Zeyl. pag. 139. Faba Marina Rumphii (Amb. l. 7. cap. 4. tab. 4.) tam deſcriptione, quam figurâ minus cohæret.

Sp. 4

Sp. 4. MIMOSA VAGA. α Cây tồ dià.

Differ. ſpec. Mim. inermis: *foliis* bipinnatis: *pinnis* exterioribus maioribus, incurvatis, pubeſcentibus. Lin. ſp. 24.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* expanſis, inermibus. *Folia* bipinnata, *foliolis* ſub-quinque jugis, ovatis, acutis, incurvatis, ſuperioribus gradatim maioribus: *petiolis* linearibus, brevibus. *Flos* albus, Polygamus, ſub-terminalis: *paniculâ* capitulis terminatâ. *Calyx*, & *corolla* 5-fidæ. *Stamina* 20 circiter, corollâ longiora.

Habitat in ſylvis planis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 223. Guabipoca cabiba. Piſ. Braſil. l. 4. cap. 27. pag. 170. fig. ibi.

† Sp. 5. MIMOSA CORNICULATA. β Hôai hôa.

Differ. ſpec. Mim. inermis, bipinnata: *petiolis* baſi tumidis, corniculo calloſo innixis: *foliolis* ſub-8-jugis.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* bipinnata, multijuga: foliolis ſub-octojugis: *petiolo* communi baſi incraſſato, corniculo recurvo, calloſo ſuffulto. *Flores* Maſculi Monadelphi Polyandri: *calycibus*, & *Corollis* 4-fidis. Hermaphroditos non vidi. *Panicula* terminalis, deſinens in cymas planiuſculas, floſculis albis.

Habitat agreſtis circa Cantonem Sinarum.

Sp. 6. MIMOSA ARBOREA. β Yâm mŏ.

Differ. ſpec. Mim. inermis, *foliis* bipinnatis: *pinnis* dimidiatis acutis: *caule* arboreo. Lin. ſp. 22.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, *ramis* patentibus, inermibus. *Folia* bipinnata undecimjuga. *Foliola* plurimijuga, oblonga, ſub-falcata, parvula. *Flos* Polygamus, terminalis, viridi-luteus, racemis laxis, deſinentibus in umbellulas hemiſphæricas, floſculis ſub-ſeſſilibus. *Calyces*, & *Corollæ* 5-fidæ. *Stamina* Polyandra, longiſſima. *Legumen* breve, ſub-teres, ſeminibus paucis.

Habitat agreſtis prope Cantonem Sinarum.

Thunb. Japon. pag. 229. Acacia non ſpinoſa, Jamaicenſis, foliis latâ baſi in metæ formam faſtigiatis. Pluken. Almag. 6. tab. 251. fig. 2.

† Sp. 7. MIMOSA STELLATA. α Cây ní ní.

Differ. ſpec. Mim. inermis, *foliis* ſtellatis, ternis: *capitulis* ovatis.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, 8-pedalis: *ramis* inermibus, aſcendentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, verticillata, terna. *Flos* Polygamus, terminalis, pallidus, capitulis ſub-ovatis. *Corollæ*, & *Calyces* 4-fidi. *Stamina* 4. *Legumen* breve. Ha-

Habitat in montibus Cochinchinæ.

† Sp. 8. MIMOSA FERA. α Tạo giác: Nha tao. β Tſão kiě.

Differ. ſpec. Mim. *aculeis* ramoſis: *foliis* pinnatis: *floribus* ſpicatis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, *ramis* patentibus: *aculeis* magnis, ramoſis, rectis, ſparſis. *Folia* impari-pinnata, ſub-quinquejuga, *foliolis* oblongo-ovatis, emarginatis, glabris. *Flos* pallidus, ſpicis longis, lateralibus, ſparſis: *Maſculus* multus, tenuior: Hermaphroditus rarior, ad baſim ſpicæ. Utriuſque *Corolla* quinquefida. *Stamina* 10. *Legumen* 8-pollicare, curvum, planum, glabrum, fuſcum, polyſpermum. *Semina* ovata, compreſſa.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ, & Chinâ: ſeritur quoque ad formandas ſepes cuilibet animali horridas, & impenetrabiles.

Virtus: valvarum leguminis. Attenuans, Stimulans, Purgans. Prodeſt maximè ad educendam pituitam craſſam, aliosque humores viſcidos. In ſternutatoriis, & ſuppoſitoriis validas exercet vires contra Apoplexiam, Hemiplexiam, Paralyſim.

Sp. 9. MIMOSA FARNESIANA. α Hoa Xiem gai.

Differ. ſpec. Mim. *Spinis* ſtipularibus diſtinctis: *foliis* bipinnatis, partialibus octojugis: *ſpicis* globoſis, ſeſſilibus. Lin. ſp. 34.

Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, cortice cinereo, ramis expanſis. *Folia* bipinnata, partialia 8, aut plurijuga: *ſpinis* ſtipularibus binis, diſtinctis, brevibus, axillaribus, rectis. *Foliola* oblonga, minuta, glabra, æqualia, coloris luteo-viridis. *Flos* aureus, odoratiſſimus, axillaris: *capitulis* globoſis, ſemipollicaribus: *pedunculis* teretibus, triplo longioribus. *Floſculi* Maſculi plures Hermaphroditis, utrique in eodem capitulo. *Corollis* 5-fidis: *ſtaminibus* Polyandris. *Legumen* teres, 3-pollicare, ſub-curvum, polyſpermum.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, puto, quod non indigena.

Mill. diction. n. 11.

Obſerv. Mimoſa Eburnea (Lin. Jun. ſup. pag. 437) in multis cum noſtrâ convenit: differt vero ſpinis longis, connatis, & pinnis paucioribus. Noſtra capitulis florum gaudet pedunculatis, cum in Farneſianâ ſint ſeſſilia.

Sp. 10. MIMOSA PENNATA. β Cây châm bia.

Differ. ſpec. Mim. aculeata, *foliis* bipinnatis numeroſiſſimis, lineari-aceroſis: *paniculâ* aculeatâ: *capitulis* globoſis. Lin. ſp. 40.

Hab., & notæ. *Frutex* magnus, procumbens, ramoſus: *aculeis* multis brevibus, ſparſis. *Folia* bipinnata, ſupra decemjuga: *foliolis* linearibus, circiter 40-jugis. *Flos* albus, Polygamus, paniculâ vaſtâ, diffuſâ, terminali: *capitulis* plurimis, globoſis, parvis. *Calyx* 4-den-

4-dentatus. *Corolla* nulla. *Stamina* 100 circiter, tenuiſſima.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 224. Acacia aculeata, multiflora, foliis pennas avium referentibus. Burm. Zeyl. pag. 2. tab. 1.
Uſus. Cortex hujus plantæ Reſtiariæ ſimilis, maleis contuſus in ſtupam vertitur, quâ commodè præcluduntur doliorum, & navium rimæ.

† Sp. 11. MIMOSA SINUATA. α Cây Xuong tân.
Differ. ſpec. Mim. aculeata, *foliis* bipinnatis, plurimijugis: *capitulis* axillaribus, ſolitariis: *leguminibus* ſinuatis: caule ſcandente.
Hab., & notæ. *Caulis* ſruticoſus, longus, ramoſus, aculeatus, ſcandens. *Folia* bipinnata, multijuga: *pinnis* linearibus, plurimis, minimis. *Flos* axillaris, capitulis globoſis, parvis, ſolitariis, pedunculis longis. *Calyx* tam hermaphroditi, quam maſculi leviter 4-fidus, laciniis rotundatis. *Corolla* nulla. *Legumen* longum, rectum, ſinuoſum, compreſſum: *ſeminibus* oblongis, planiuſculis.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 12. MIMOSA SAPONARIA. α Cây Chu blen.
Differ. ſpec. Mim. inermis, *foliis* bigeminis, pinnatiſque: *paniculâ* terminali.
Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, ramis patentibus, inermibus. *Folia* irregularia, partim impari-pinnata, partim bigemina: *foliolis* ovatis, acuminatis, petiolatis. *Flos* terminalis, paniculatus. Notas exponere non audeo, quia florentem non vidi: videtur tamen affinis Mimoſæ Bigeminæ, (Lin. ſp. 4.) ideoque, ſtaminibus Monadelphis, Polyandris.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Cortex ſaponarius. Rumph. Amb. l. 6. c. 72. tab. 66.
Uſus. Hujus cortex præbet optimum ſaponem, in foro venalem, ad lintea, capillos, & corpora a ſordibus mundanda: manibus in aquâ fricatus in ſpumas reſolvitur.

† *GENUS X. NEPTUNIA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*, 30 circiter ad apicem ſpicæ.
Cal. Perianthium 5-fidum, breve, erectum.
Cor. nulla.
Stam. Filamenta 10, filiformia, longa. Antheræ biloculares, oblongæ, incumbentes.

Piſt. Germen oblongum, ſuperum. Stylus filiformis, æqualis ſtaminibus. Stigma longiuſculum, tubuloſum.

Peric. Siliqua tenuis, recta, ſub-teres, polyſperma, bivalvis.

Sem. aliqua, compreſſa.

* *Neutri flores* ad baſim ſpicæ.

Cal. ut Hermaphroditi.

Cor. Petala 10, linearia, longiuſcula, patentia.

Stam. Nullum.

Piſt. Nullum.

Nom. Neptuniam vocavi plantam aquatilem, a terrâ prorſus remotam.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 10. *Stylus* 1. *Siliqua.*
Neuter. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 10-petala. *Stam.* 0. *Piſt.* 0.

Sp. 1. NEPTUNIA OLERACEA. **Rau nhút.**

Differ. ſpec. Nept. *foliis* bipinnatis: *ſpicis* brevibus, lateralibus.

Hab. *Herba* aquatica, perennis: *caule* longiſſimo, flexuoſo, ramoſo, tereti, craſſo, flaccido, pallido: radicibus lateralibus, faſciculatis, brevibus, æquè diſtantibus: interruptis tumore ſpongioſo, albo, leviſſimo, caulem circumdante. *Folia* bipinnata, foliolis multi-jugis, oblongis, obtuſis, integerrimis, glabris, manè expanſis, veſperè imbricatis, ſeſſilibus. *Corollæ* Eunuchorum luteæ. *Floſculi* omnes collecti in ſpicas ſub-rotundas, coarctatas, receptaculo communi filiformi, pedunculo communi longo, tereti, tenui, erecto.

Habitat culta in Cochinchinâ, fluctuans in ſtagnis, & fluminibus lenti curſûs, ad palos alligata ne longè diſcedat. Radix a terrâ prorſus libera.

Suſpicor eandem eſſe, quam Piſo vocat Coapongam. Braſil. l. 4. cap. 58. pag. 243. fig. 1.

Uſus. Eſt olus frequens in acetariis, ſapidum, tenerum, ac dulceſcens: ſtomacho autem minus acceptum.

GENUS XI. PARIETARIA.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 4-fidus *Cor.* 0. *Stam.* 4. *Stylus* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 0. *Stylus* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum. Lin. ſy. pl. G. 1259.

† Sp. 1. PARIETARIA COCHINCHINENSIS. α **Thuóc giòi.** β **Mau foi cöt.**

Differ. ſpec. Par. *foliis* ovatis, trinerviis, piloſis: *caule* ceſpitoſo diffuſo: *floribus* Monoicis.

Hab.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, perennis, ſeſquipedalis, ceſpitoſus, multiplex, tenuis, diffuſus. *Folia* ovata, acuta, integerrima, 3-nervia, piloſa, parva, oppoſita, minoribus permixtis. *Flos* axillaris, verticillatus, glomerulis parvis, Maſculis, & Fœmineis mixtis, Hermaphroditis nullis. *Calyx* 4-fidus. *Corolla* nulla. *Stamina* 4. *Stylus* 1. *Sem.* 1, ſub-rotundum, calyce connivente clauſum.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, in hortis minus cultis.

Uſus. Herba iſta attrahit vermes, qui in piſcibus, & carnibus muriâ conditis naſcuntur: ſolentque indigenæ ad os doliorum hanc Parietariam appendere, ad quam vermes ſpontaneè aſcendunt, & contenta in vaſis cibaria ab illis facilè purgantur.

Virtus. Emolliens, Refrigerans, Diuretica. Valet tam externè, quam internè ſumpta.

DIOECIA.

† *GENUS XII. PEDICELLIA.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*

Cal. Perianthium 5-partitum, inferum, breve, laciniis acutis, reflexis.

Cor. nulla. Nectarium carnoſum, 5-crenatum.

Stam. Filamenta 8, filiformia, reflexa, calyce triplo longiora. Antheræ biloculares, ſtantes.

Piſt. Germen ſub-rotundum, pedicellatum. Stylus ſub-nullus. Stigmata 3, acuta, reflexa.

Peric. Capſula pedicellata, ſub-rotunda, 3-valvis, 1-ſperma.

Sem. 1, arillatum, pedicello proprio inſiſtens.

* *Maſculini flores* in diverſâ plantâ.

Cal. ut Hermaphroditi.

Cor. nulla. Nectarium ut Hermaphroditi.

Stam. Filamenta 8, ſub-erecta, calyce triplò longiora. Antheræ biloculares, ſtantes.

Nom. a pedicellis propriis tam Capſulæ, quam Seminis.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 5-part. *Cor.* o. *Stam.* 8. *Stigmata* 3. *Capſ.* 3-valvis. *Semine* 1, arillato, pedicellato.
Maſc. *Cal.* 5-part. *Cor.* o. *Stam.* 8.

† Sp. 1. PEDICELLIA OPPOSITIFOLIA. α Cây Truòng truòng.

Differ. ſpec. Pedic. *fol.* lanceolatis, oppoſitis: *racemis* terminalibus.

Hab. *Arbor* parva, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima,

glabra, oppoſita, petiolata. *Flos* pallidus, racemis longis, terminalibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Affinitatem aliquam habet cum Burſerâ. Lin. ſy. pl. G. 475. Noſtra ſemper eſt Polygama, nec Capſulam profert carnoſam.

GENUS XIII. PANAX.

Char. Gen. Herm. Umbella. *Cal.* 5-dentatus, ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. *Styli* 2. *Bacca* diſperma.

Maſc. Umbella. *Cal.* integer. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5. Lin. ſy. pl. G. 1280.

Sp. 1. PANAX FRUTICOSUM. α Cây Ca la va: Dinh lang.

Differ. ſpec. Pan. *foliis* ſupra decompoſitis, dentato-ciliatis: *caule* fruticoſo. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Frutex* erectus, 6-pedalis: *caule* craſſo, ſuccoſo, inermi: *ramis* obliquis. *Folia* bipinnata cum impari: *foliolis* laciniato-ſerratis, glabris: *petiolis* primariis longis, baſi tumidis, amplexicaulibus, purpureis, lævibus. *Flos* rubro-viridis, terminalis, paniculâ diffuſâ, in umbellas deſinente, pedunculo longo, purpureo, ſtriato. *Calyx* cyathiformis, limbo 5-dentato, minimo. *Petala* 5, oblonga, acuta, craſſa, ſulcata, revoluta. *Filamenta* 5, non raro 6 (ſicut etiam petala) calyci inſidentia, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ, biloculares, incumbentes, ante expanſionem floris ſulcis petalorum incluſæ. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stimata* 3, oblonga, erecta. *Bacca* calycina, ſub-rotunda, 3-locularis: *ſeminibus* paucis ſub-rotundis. Florem Maſculum in eâdem, vel diſtinctâ plantâ non invêni.

Habitat cultum in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Scutellaria tertia. Rumph. Amb. l. 6. c. 38. tab. 33.

Virtus: radicis, & foliorum. Diuretica. Prodeſt in Hydrope, Dyſuriâ, Gonorrhæâ, Mictu cruento, Menſium difficultate. Plantæ odor gratus, ſapor penetrans.

Obſerv. Panax Quinquefolium Canadenſe ab aliquibus creditur eſſe pretioſum *Gin sēm* Chinenſe: de quo licet dubitare. Ego hoc curioſè quæſivi, nec potui obtinere. Habui ſemina ex Tartariâ, quæ terræ commiſſa non germinarunt. In herbariis, & iconibus Sinenſibus planta videtur foliis quinatis, non ternis, petiolis longis, ſparſis: foliolis lato-lanceolatis, integerrimis. Flos rubeſcens, umbellâ terminali. Fructus continet 7-8 ſemina, ſub-rotunda, umbilicata, grano piperis parum maiora, fuſca, ſubſtantiæ corneæ. Virtus radicis Sinenſis multum differt a Canadenſis, prout ipſemet expertus

tus ſum; ideo hæc apud Sinas non caro venditur ſicut illa: nec etiam formâ periti Medici, aut Mercatores decipi poſſunt. *Sium Ninſi* eſt planta omnino diverſa, nec pretioſa.

† GENUS XIV. HEPTACA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*

Cal. Perianthium 3-phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentibus.

Cor. Petala 10, ovato-oblonga, ſub-rotata, calyce longiora.

Stam. Filamenta 100 circiter, filiformia, Corollâ breviora. Antheræ lineares, ſtantes.

Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus craſſus, æqualis ſtaminibus. Stigma 7-partitum, laciniis canaliculatis, patentibus.

Peric. Bacca ſub-rotunda, 7-locularis, polyſperma.

Sem. Sub-rotunda,

* *Maſculini flores* in diſtinctâ plantâ.

Cal. Corolla, Stamina ut Hermaphroditi. Piſt. nullum.

Nom. (Ἑπταχῆ Septifariam) a Baccâ in 7 loculos diviſâ.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 10-petala. *Stam.* 100. *Piſt.* 1. *Bacca* 7-locularis, polyſperma.

Maſc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 10-petala. *Stam.* 100. circiter.

† Spec. 1. HEPTACA AFRICANA. γ Mu cao cao.

Differ. ſpec. Hept. *foliis* ovatis, alternis: *pedunculis* polyfloris, lateralibus.

Hab. *Arbor* parva: *ramis* expanſis. *Folia* ovata, integerrima, venoſa, alterna, glabra, petiolata. *Flos* albus, pedunculis polifloris, lateralibus. *Bacca* viridis, diametro bipollicari.

Habitat in ſylvis Africæ Orientalis.

GENUS XV. CHAMÆROPS PALMA.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 3. *Drupæ* 3, monoſpermæ.

Maſc. Dioici, ut in Hermaphrodito. Lin. ſy. pl. G. 1335.

† Sp. 1. CHAMÆROPS COCHINCHINENSIS. α Cây Lai.

Differ. ſpec. Cham. *frondibus* palmatis, plicatis, ſtipitibus ſpinoſis: *ſpathis* partialibus: *corollis* monopetalis.

Hab.

Hab., & notæ. *Palma* caule 8-pedali, diametro pollicari, recto, æquali, nodis propinquis. *Stipites* longi., tenues, ſpinoſi, ſpinis brevibus, rectis, ſparſis. *Frondes* turbinatæ, palmatæ, laciniis oblongis, obtuſis, polyplicatis, parvis. *Flos* Polygamus, Dioicus: ſpadice ramoſo, brevi, erecto: *Spathis* partialibus (nec univerſali) lanceolatis, ſpadice brevioribus. *Calyx* 3-phyllus, foliolis acutis, curvis, erectis, brevibus. *Corolla* monopetala, cyathiformis, trigona: limbo 3-fido, inflexo, minimo. *Filamenta* 6, breviſſima, limbo Corollæ inſidentia: Antheris ſub-rutundis, minutis. *Piſtilla* 3. *Drupæ* 3, ovatæ, parvæ, exſuccæ, inedules. *Maſculi* Calyx, Corolla, Stamina ut Hermaphroditi.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Uſus. Frondes aptantur ad tegendas domos, & conſtruenda palia ſolem, & pluviam repulſura.

† GENUS XVI. GONUS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores*, racemis brevibus.

Cal. Perianthium, 4-phyllum inferum, deciduum: foliolis ovatis, piloſis, expanſis.

Cor. Petala 4, ovata, patentia, Calyce longiora.

Stam. Filamenta 4, breviſſima. Antheræ ſub-rotundæ.

Piſt. Germen 4-gonum. Stylus nullus. Stigmata 4, oblonga, reflexa.

Peric. Drupæ 4, ovatæ, monoſpermæ.

* *Maſculi flores*, racemis ſimplicibus, longiſſimis in eâdem, vel diversâ plantâ.

Cal. Perianthium 4-phyllum, coloratum: foliolis ovatis, piloſis, patentibus.

Cor. Petala 4, ovata, patentia, Calyce longiora.

Stam. Filam. 4, Corollâ breviora. Antheræ biloculares, ſub-rotundæ.

Nom. (Γόνος ſoboles) ob multiplicem ſobolem, quatuor ſcilicet Drupas ex eodem flore prodeuntes.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 4. *Piſt.* 4. *Drupæ* 4.
Maſc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* 4.

Sp. 1. GONUS AMARISSIMUS. α Sâu dâu rừng. β A tàm tsào.

Differ. ſpec. Gon. *foliis* pinnatis, ſerratis, piloſis: *Caule* fruticoſo.

Hab. *Frutex* 8-pedalis: *caule* erecto, recto, ſub-ſimpliciſſimo. *Folia* im-

impari-pinnata, ſub-ſexjuga: *foliolis* lanceolatis, ſerratis, utrinque pubeſcentibus, oppoſitis, petiolatis. *Flos* pallidus, parvus: Antheris ruberrimis: *ſpicis* erectis, tenuibus, ſub-terminalibus. Sapor totius plantæ amariſſimus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Luſſa Radja. Rumph. Amb. Auct. cap. 36. tab. 15.

Virt. Radicis, & Drupularum. Diaphoretica, Alexiteria, Antifebrilis, Anthelminthica. Videtur idem eſſe pharmacum, quod a Luſitanis vocatur Radix de Solor; quia in inſulâ Solorâ naſcitur, ſicut etiam in Timorâ, & in Indiâ magni eſt uſus.

GENUS XVII. ZANTHOXYLUM.

Char. Gen. Maſc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o

Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 5. *Capſ.* 5, monoſpermæ. Lin. ſy. pl. G. 1213.

Sp. 1. ZANTHOXYLUM CLAVA HERCULIS. α Cây Múong troúng. β Sŏ.

Differ. ſpec. Zanth. *foliis* pinnatis. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. Arbor 10-pedalis: *caule* inferiore ſepto verrucis acuminatis, craſſis, brevibus: *ramis* patentibus: aculeis plurimis acutiſſimis, curvis, parvis, ſparſis. *Folia* impari-pinnata, multijuga: *foliolis* lato-lanceolatis, inæqualiter crenatis, parvis. *Flos* Polygamus, Dioicus, *Corollâ* albâ, maculis rubris conſperſâ. *Hermaphroditi Calyx* 5-dentatus, inferus, minimus. *Corolla* petala 5, ovata, concava, conniventia. *Filamenta* 5, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* 10, ſub-reniformes, binæ in quolibet Filamento. *Germen* bilobum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 2, oblonga. *Fæminei* floris in diverſâ plantâ *Calyx*, *Corolla*, & *Germen* ut Hermaphroditi. *Stylus* nullus. *Stigma* unum, magnum, orbiculatum, quadriſulcum, utrique lobo Germinis inhærens. *Pericarpium* tam Hermaphroditi, quam Fœminæ *Capſulæ* duæ, globoſæ, punctato-ſcabræ, 1-ſpermæ, bivalves, apice dehiſcentes. *Semina* ſub-reniformia, ſolitaria, pedicello proprio ex Capſulis exerta. Lignum arboris durum, pallidum. Radix ramoſa, inſipida: cortice exteriore ſuberoſo, flavo: interiore fuſco, inodoro. Flos uterque paniculâ laxâ, terminali.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Obſerv. Diverſi Auctores huic plantæ diverſas notas attribuerunt. Ideo Celeb. Linnæus ulterius, & acuratius examen autoptis commendat. Ego iteratis obſervationibus ſemper Polygamam Dioicam invêni in Indiâ, Corollâ 5-petalâ, Filamentis 5, Germine didymo,

mo, ſtylis binis, Capſulis duabus, monoſpermis: per quæ proximè accedit ad obſervata Gronovii. Virgin. 47. & Cliffort. pag. 487.
Virtus: radicis. Pellens, Stomachica, Antifebrilis.

† GENUS XVIII. RHYTIS.

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*
Cal. Perianthium 3-6-partitum, laciniis obtuſis, patentibus.
Cor. nulla.
Stam. Filamenta 3, filiformia, erecta, calyce longiora, receptaculo inhærentia. Antheræ bilobæ.
Piſt. Germen longiuſculum, ſuperum. Stylus nullus. Stigmata 3, bifida, reflexa.
Peric. Bacca compreſſo-ovata, rugoſa, flaccida, monolocularis, 3-ſperma.
Sem. ovata, parva.
* *Fœminei flores* in diverſâ plantâ.
Cal. Perianthium multipartitum, laciniis lanceolatis, piloſis, patentibus.
Cor. nulla.
Stam. nulla.
Piſt. Germen, Stylus, Stigmata, & Bacca ut Hermaphroditi.

Nom. (Ῥυτὶς ruga) a Baccâ rugoſâ.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 3-6-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 3. *Stigm.* 3. *Bacca* 3-ſperma.
Fœm. *Cal.* multipart. *Cor.* o. *Stigmata* 3. *Bacca* 3-ſperma.

Sp. 1. RHYTIS FRUTICOSA. *α* Cày Chòi mòi.
Differ. ſpec. Rhy. *foliis* oblongis, integerrimis, alternis: *ſpicis* terminalibus.
Hab. *Frutex* 6-pedalis, lignoſus, ſub-erectus, ramis expanſis. *Folia* ovato-oblonga, ſub-acuminata, integerrima, glabra, alterna. *Flos* ſpicis longis, tenuibus, congeſtis, terminalibus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† GENUS XIX. BACCAUREA.

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores* : racemis parvis.

Cal. Perianthium 5-partitum, inferum : laciniis ovatis, inflexis, carnoſis, perſiſtentibus.
Cor. nulla.
Stam. Filamenta 6-8, breviſſima, receptaculo inſerta. Antheræ ſub-rotundæ, 2-loculares.
Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus nullus. Stigma concavum, laciniatum.
Peric. abortiens.

* *Fœminei flores* in aliâ plantâ : racemis triplò maioribus.

Cal. Perianthium 5-phyllum : foliolis oblongis, carnoſis, inflexis.
Cor. nulla.
Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus nullus. Stigma magnum, lenticulare, papilloſum.
Bacca ſub-rotunda, ſuccoſa, 3-locularis, 2-ſperma.
Sem. ovata, ſub-compreſſa.
Nom. a Baccâ aurei coloris.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 6-8. *Stigma* concavum. *Pericarpium* abortiens.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* convexum. *Bacca* 3-locularis.

† Sp. 1. BACCAUREA RAMIFLORA. α Giâu tien.
Differ. ſpec. Bac. *ramis*, & ſummo *caule* fructificantibus : *baccis* glabris. [illegible]
Hab. *Arbor* mediocris, *ramis* patentibus. *Folia* ovato-oblonga, acuminata, integerrima, ſparſa, petiolata. *Flos* viridi-luteus; racemis ſimplicibus, pendulis ex ramis maioribus, & ſummo caule. *Bacca* u-pollicaris, coloris aurei, inodora, acridulcis, edulis, glabra, 3-locularis.
Habitat frequens in hortis Cochinchinæ.
Nani hua. Rumph. Amb. l. 4. pag. 21. tab. 9. ex Auctuario.

† Sp. 2. BACCAUREA CAULIFLORA. α Giâu dât.
Differ. ſpec. Bac. imo *caule* fructificante : *baccis* glabris.
Hab., & notæ. *Caulis*, & *folia* ut primæ ſpeciei. *Flos* ſimilis, racemis ſimplicibus ex inferiore caule pendentibus, nec ex ramis. *Bacca* ſub-rotunda, glabra, 3-locularis, fuſco-purpurea, acida, edulis.

Habitat in hortis Cochinchinæ minus frequenter culta.

Sp. 3. BACCAUREA SYLVESTRIS. α Cây Lon bon.
Differ. ſpec. Bac. *ramis* fructificantibus; *baccis* tomentoſis.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, præcedentibus maior, ramis obliquis. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, ſubtus pubeſcentia, ſparſa, petiolata. *Flos* racemis ſimplicibus ex ramis (non caule) pendentibus. *Calyx* laciniis brevibus, patentibus. *Bacca* fuſco-lutea, tomentoſa, ſub-rotunda, 5-locularis, 1-ſperma. Sapor dulcis, gratiſſimus, ſi fructus ex arboribus agreſtibus decerpatur: acidus vero, & ingratus, ſi ex cultis.
Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.
Obſerv. Omnes tres ſpecies ſæpe inconſtantes inveniuntur numero loculorum, & ſeminum.

† *GENUS XX. PHYSKIUM.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores* ſolitarii: pedunculis omnium longiſſimis.
Cal. Perianthium tubuloſum, longum, 2-fidum: laciniis rotundatis, erectis.
Cor. Petala 3, ſupera, ovata, patentia, perſiſtentia.
Stam. Filamenta 6, breviſſima. Antheræ ovatæ, ſtantes.
Piſt. Germen lineare, inter Calycem, & Corollam. Stylus craſſus, brevis. Stigmata 3, reflexa, apice acuto, bipartito.
Peric. Folliculus cylindricus, longus, tenuis, 1-locularis, coronatus ſtigmatibus, & petalis permanentibus.
Sem. plurima, oblonga, Folliculi cavitati adhærentia.
* *Fœminei flores* in aliâ plantâ: pedunculis craſſis, brevibus.
Cal. nullus.
Cor. nulla.
Piſt. Germen conicum. Stylus nullus. Stigma pori aliqui ad apicem Germinis.
Peric. Folliculus conicus, brevis, 1-locularis, polyſpermus.
Sem. Multa, globoſa, receptaculo ſubulato adhærentia.

Nom. (Φυσκιον folliculus) a folliculis Pericarpii.

Char. Gen. Herm. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6. *Piſt.* 1. *Follic.* cylindricus, polyſpermus.
Fœm. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Follic.* conicus, polyſpermus.

‡ Sp. 1.

† Sp. 1. PHYSKIUM NATANS. α Raong mái cheò.
Differ. ſpec. Phyſk. acaule, *foliis* enſiformibus: *floribus* ſolitariis.
Hab. *Planta* aquatica, perennis, *caule* nullo. *Folia* enſiformia, bipedalia, integerrima, glabra, molliuſcula. *Flos* viridis, pedunculis 1-floris, ſolitariis.
Habitat in fluviis lenti curſûs in Cochinchinâ.
Obſerv. Convenit cum Genere Najas (Lin. G. 1198.) Calyce Maſculi cylindrico, 2-fido: Fœminæ Calyce, & Corollâ o, Piſtillo 1. fructu 1-loculari. Differt flore Polygamo, Filamentis 6, Corollâ 3-petalâ, fructu polyſpermo. Convenit etiam cum Triglochin (Lin. G. 488.) Corollâ 3-petalâ, Filamentis 6, Stigmatibus 3: differt flore Polygamo, calyce 2-fido, aut nullo, fructu 1-loculari evalvi. Omnes iſtæ plantæ ſunt aquaticæ.

† *GENUS XXI. DICALIX.*

Deſcriptio Naturalis.

* *Hermaphroditi flores.*
Cal. Perianthium duplex, exterius 3-phyllum, foliolis acutis, inflexis: interius 5-dentatum, breve: utrumque perſiſtens.
Cor. Rotata, 5-partita, laciniis ovatis, calyce longioribus.
Stam. Filamenta 100 fere, capillaria, corollæ inhærentia, ipsâ longiora. Antheræ biloculares, ſub-rotundæ.
Piſt. Germen ſub-rotundum. Stylus craſſus, turbinatus, brevior ſtaminibus. Stigma obtuſum.
Peric. Drupa parva, 1-ſperma, coronata calyce interiore, exteriore ſuffulta.
Sem. Nucula collo conſtricta, lagenæ-formis, monolocularis.
* *Fœminei flores* in diſtinctâ plantâ.
Cal. duplex, ut Hermaphroditi.
Cor. nulla.
Piſtillum, & Pericarpium ut Hermaphroditi.
Nom. a duplici Calyce, altero ſuſtinente Drupam, altero coronante.

Char. Gen. Herm. *Cal.* duplex. *Cor.* rotata. *Filam.* 100 fere. *Piſt.* 1. *Drupa* inter duos calyces.
Fœm. *Cal.* duplex. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Drupa*.

Sp. 1. DICALIX COCHINCHINENSIS. α Cây Deung bộp.
Differ. ſpec. Dic. *foliis* lanceolatis: *ſpicis* ſub-terminalibus.
Hab. *Arbor* magna: *ramis* aſcendentibus. *Folia* lanceolata, leviter

ſerrata, glabra, alterna. *Flos* albus, parvus, racemis ſimplicibus, ſub-terminalibus.
Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ.
Arbor Rediviva. Rumph. Amb. l. 5. c. 19. tab. 104.
Uſus. Tigna præbet ad ædificia.

TRIOECIA.

GENUS XXII. FICUS.

Char. Gen. Receptaculum commune turbinatum, carnoſum, connivens, occultans floſculos vel in eodem, vel in diſtincto.
Maſc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. Stam. 3.
Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Sem.* 1. Lin. ſy. pl. G. 1283.

Sp. 1. FICUS CARICA. β Máo hõa qua. α Sung tàu.
Differ. ſpec. Fic. *foliis* palmatis. Lin. ſp. 1.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *ramis* reclinatis. *Folia* palmata, magna, venoſa, aſpera, ſparſa, petiolata. *Fructus* turbinatus, 2-pollicaris, lævis, nigricans, intus ruber, dulcis, edulis, pedunculis brevibus lateralibus.
Habitat culta in Chinâ: rarò in Cochinchinâ, à Sinis delata.
Thunb. Jap. pag. 32. Ficus communis. Bauh. Pin. pag. 457. Ficus ſativa, fructu atro-rubente. Tourn. Inſt. app. pag. 663. tab. 420.

Sp. 2. FICUS SYCOMORUS. α. Cây Sung.
Differ. ſpec. Fic. *foliis* cordatis, ſub-rotundis, integerrimis, ſubtus tomentoſis. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* tortuoſis, aſcendentibus: ligno levi, rubeſcente, tenaciſſimo, tam foco, quam ædificiis inepto. *Folia* ovata, ſub-cordata, ſub-acuta, integerrima, ſubtus tomentoſa, parva, petiolata, ſparſa. *Fructus* pollicaris, turbinato-rotundus, fuſco-purpureus: *racemis* longis, pendentibus ex caudice, & ramis maioribus. *Fructus* iſti dulces ſunt, & hominibus edules eſſent, niſi ſemper, quamprimum matureſcunt, innumeris ſcaterent vermibus; adeoque in cibum quotidianum cedunt ſimiis, pſittacis, & aliis avibus.
Habitat agreſtis in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 225. Sycomorus. Matth. in Dioſc. l. 1. cap. 44 fig. ibi. pag. 232. Ficus Indica, tiliæ folio, ſubtus albo, & villoſo. Pluk. Phyt. tab. 178. fig. 3.

Sp. 3. FICUS RELIGIOSA. α. Cây Bồ đề.

Differ.

Differ. ſpec. Fic. *foliis* cordatis, oblongis, integerrimis, acuminatiſſimis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: trunco brevi: *ramis* longiſſimis, patentiſſimis. *Folia* ovata, acuminata, cordata, integerrima, glabra. *Fructus* ſub-rotundus, tri-linearis, binatus, ſeſſilis, axillaris, flavus, punctatus.

Habitat agreſtis loca plana Cochinchinæ.

Burm. Ind. p. 225. Ficus Malabarienſis, folio cuſpidato, fructu rotundo, parvo, gemino. Pluk. Almag. 144. t. 178. fig. 2. Arbor Zeylanica Religioſa, foliis perpetuo mobilibus. Burm. Zeyl. p. 29.

Sp 4. FICUS BENGHALENSIS. *Cây Dĕa tlon lá.*

Differ. ſpec. Fic. *foliis* ovatis, integerrimis, obtuſis: *caule* infernè radicato. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: inferiori trunco ſupra terram radices emittente: *ramis* expanſis, reclinatis. *Folia* ovata, obtuſa, magna, integerrima, alterna, dura, petiolata, partim integerrima, partim leviter ſerrata. *Fructus* minutus, ſub-rotundus, axillaris, binatus, ſeſſilis, fuſco-ruber.

Habitat agreſtis loca plana Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 225. Ficus Benghalenſis, folio ſub-rotundo, fructu orbiculato. Commel. H. Amſt. 1. pag. 119. tab. 62.

Virt. Foliorum. Deobſtruens: valet contra Hydropem.

Sp. 5. FICUS INDICA. *Cây Sanh.*

Differ. ſpec. Fic. *foliis* lanceolatis, integerrimis, petiolatis: *pedunculis* aggregatis: ramis radicantibus. Lin. ſp. 7.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* latiſſimè expanſis, radices craſſas in terram demittentibus. *Folia* ſub-lanceolata, parva, acuminata, integerrima, utrinque lævia. *Fructus* ſub-rotundus, minimus, rubro-fuſcus: *pedunculis* lateralibus, aggregatis.

Habitat loca plana Cochinchinæ.

Plin. Hiſt. Nat. l. 12. c. 5. Cluſ. Exot. l. 1. cap. 1. fig. pag. 2. Burm. Ind. pag. 225.

Sp. 6. FICUS BENJAMINA. *Cây Kĕa.*

Differ. ſpec. Fic. *foliis* ovatis, acuminatis, tranſverſè ſtriatis, margine lævi. Lin. ſp. 5.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, trunco brevi, craſſo, informi: *ramis* longis, reclinatis, filamenta plurima, gracilia, intricata in terram demittentibus, ibique radicantibus. *Coma* denſiſſima. *Folia* ovata, ſub-acuta, integerrima, ſtriata, glabra, parva, petiolata, alterna. *Fructus* axillaris, minimus, 2-3-natus, ſeſſilis, compreſſo-rotundus, lævis,

læviſ, nigricans. *Calyce* communi 3-phyllo.
Habitat ad ripas fluminum in Cochinchinâ.
Varinga Parvifolia, humilis. Rumph. Amb. l. 5. cap. 5. pag. 140. tab. 90. Ficus Arbor, denſioribus foliis, parvis, integris. Pluk. Phyt. tab. 243. fig. 4.
Virtus. Filamenta illa ex ramis pendentia dicuntur antidotum præſtare contra venenum telorum, & animalium, ſi maſticata partim deglutiantur, partim vulneri imponantur: quod ipſe non probavi.
Obſerv. Fabuloſum eſt in hac arbore inveniri pretioſum Agallochum, vel flores aliquos conſpicuos. Certum tamen eſt circa annum 1742 inventum fuiſſe in Ficu Sycomoro magnum racemum florum luteorum, vel quiddam ſimile in urbe Huæâ Cochinchinæ metropoli. An autem fuerint veri flores? teſtari non valeo: quia tunc longè aberam prope Cambodiam. Indigenæ multi, qui viderant, indubitanter affirmabant, arboremque monſtrabant: imo ipſe, qui racemum collegerat, obtuleratque Regi, mihi factum expoſuit; propter quod ab ipſomet Rege, neſcio qnid inde fœlicitatis auſpicante, in ducem cohortis aſſumptus fuerat ex ſimplici milite, qui tunc erat.

† Sp. 7. FICUS AURICULATA. α Cây Bả.
Differ. ſpec. Fic. *foliis* cordatis, acuminatis: *fructu* auriculato, racemoſo, terminali.
Hab., & notæ. *Arbor* magna, *ramis* obliquis. *Folia* cordata, acuminata, ſub-ſerrata, tomentoſa, magna, ſparſa, petiolata. *Fructus* turbinatus, 2-pollicaris, lævis, intus, & extra ruber: *racemis* congeſtis, erectis, terminalibus: *Calycibus* receptaculi 3-phyllis, perſiſtentibus. Præter apicem pertuſum Generis proprium, ad humeros fructus patent 4 foramina inter ſe diſtantia, cartilagine quàdam prominente circumvallata, auriculas repræſentantia.
Habitat culta in Cochinchinâ: puto, quod etiam agreſtis.
Uſus. Fructus necdum maturi, in fruſta conciſi cucumeres ſapore æmulantur, & in acetariis placent.
Caprificus Amboinenſis, Eſculenta (Rumph. Amb. l. 5. cap. 7. tab. 93.) in pleriſque notis cum noſtrâ convenit, quamvis differat fructu minore, laterali, nec auriculato.

Sp. 8. FICUS MACULATA. α Cây Ngáy.
Differ. ſpec. Fic. *foliis* oblongis, acuminatis, ſerratis. Lin. ſp. 12.
Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, *caule*, & *ramis* erectis. *Folia* ovato-lanceolata, ſerrata, aſpera, magna, alterna, petiolata. *Fructus* mediocris, turbinatus, fuſcus, axillaris, ſolitarius.
Habitat frequenter ad ſepes, & ripas fluminum in Cochinchinâ.

Fi-

Ficus Montana, foliis oblongis, repando-ſerratis, fructu minimo. Burm. Ind. pag. 226. Ficus Caſtaneæ folio, fructu globoſo, maculato. Plum. ſpec. 21. ic. 131. fig. 1.

† Sp. 9. FICUS SEPTICA. α Cây Laúc chó.

Differ. ſpec. Fic., *foliis* lanceolatis, integerrimis, aſperis: *fructu* axillari, ſolitario.

Hab., & notæ. *Frutex* 8-pedalis, erectus, *ramis* diffuſis. *Folia* lato-lanceolata, integerrima, aſpera, ſparſa, petiolata. *Fructus* oblongo-turbinatus, rugoſus, flaccidus, lateralis, pedunculis brevibus, ſimplicibus, ſolitariis. Color fructûs rubro-viridis.

Habitat agreſtis in Cochinchinâ.

Rumph. Amb. l. 5. cap. 11. tab. 96. Burm. Ind. pag. 226.

Virtus. Lac hujus plantæ habet vim Septicam, quæ ulcerum carnes putridas exedit, ac vermes enecat.

Sp. 10. FICUS PUMILA. α Dây Xôp xop.

Differ. ſpec. Fic., *foliis* oblongo-ovatis, acutis, integerrimis, ſubtus reticulatis: *caule* articulato, repente. Lin. ſp. 10.

Hab., & notæ. *Frutex*, caule procumbente, longo, ſimplici, articulato, parum ramoſo. *Folia* oblongo-ovata, acuta, integerrima, reticulato-aſpera, ſparſa. *Fructus* ſub-rotundus, parvus, croceus, ſpicis terminalibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 226. Thunb. Japon. pag. 33. Varinga repens. Rumph. Amb. l. 5. c. 2. Noſtra differt, caule quidem procumbente, ſed non repente, ac fructibus terminalibus, ſpicatis. Anne diverſa ſpecies?

† Sp. 11. FICUS POLITORIA. α Cây Bứ chó: Cây Ngaỏng.

Differ. ſpec. Fic. *foliis* oblongo-ovatis, integerrimis, ſcabris: *fructu* ſub-rotundo, ſpicato: *caule* erecto.

Hab., & notæ. *Frutex* 6-pedalis, erectus, ramoſus. *Folia* oblongo-ovata, ſub-acuta, integerrima, parva, ſcabra, petiolata, ſparſa. *Fructus* minimus, ſub-rotundus, croceus, ſpicatus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Folium Politorium. Rumph. Amb. l. 6. c. 69. tab. 63. Ficus Ampelos Burm. Ind. pag. 226.

Uſus. Exſiccata folia idonea ſunt ad polienda parva opera lignea, vel eburnea, quæ illorum ſcabritie fricta lævigantur.

† Sp. 12. FICUS SIMPLICISSIMA. α Com nguoi chiả lá.

Differ. ſpec. Fic. *foliis* palmatis: *caule* ſimpliciſſimo: *fructu* compreſſo.

Hab.

Hab., & notæ. *Frutex* 5-pedalis, caule erecto, recto : *ramis* nullis. *Folia* palmata, aſpera, magna, petiolata, ſparſa. *Fructus* ſphæroideus, croceus, parvus, ſeſſilis, axillaris, ſolitarius.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

† Sp. 13. FICUS CANNABINA. α Cay Gioi.

Differ. ſpec. Fic. *foliis* caulinis haſtatis, inciſis : rameis ovato-lanceolatis, ſub-ſerratis : *caule* ſub-erecto.

Hab., & notæ. *Frutex* 6-pedalis : *caule* ſub-erecto, ramoſo : *cortice* glabro, connabino. *Folia* inferiora, ſub-haſtata, inciſa : ſuperiora ovato-lanceolata, leviter ſerrata, omnia aſperrima, petiolata, ſparſa. *Fructus* ovali-turbinatus, pedunculis longis, ſimplicibus, ſolitariis, lateralibus : *calyce* 3-fido, laciniis rotundatis.

Habitat loca plana, & agreſtia Cochinchinæ.

Obſerv. Linnæus Filius (Sup. pl. pag. 442.) Ficum Heterophyllam affert ex Konigio, cujus folia cum noſtris non conveniunt, ſicut nec caulis flexuoſus, hiſpidus. Caprificus Chartaria Rumphii (Amb. l. 5. t. 8.) ad noſtram quodammodo accedit, præcipuè cortice cannabino, tenaci, qui in telas extendi poteſt, quibus multi inſulani maris Auſtralis ſatis commodè veſtiuntur. Omnes ſpecies Ficûs, quas retuli, abundant humore albo, lactis ſimili. Omnes intra receptaculum carnoſum recondunt floſculos Maſculos, vel Fœminas, vel utroſque ſimul, quos in paucis curioſè examinavi : idemque receptaculum commune in omnibus invenitur umbilicatum, & pertuſum.

CLAS-

CLASSIS XXIV.
CRYPTOGAMIA.

FILICES.

* *Fructificationes ſpicatæ.*

1. EQUICETUM. *Spica* ſparſa. *Fructificationes* peltatæ: baſi valvulatæ.
2. OPHIOGLOSSUM. *Spica* articulata. *Fructificationes* circumſciſſæ.

** *Fructificationes frondoſæ in paginâ inferiore.*

3. ACROSTICHUM. *Macula* Diſcum totum occupans.
4. POLYPODIUM. *Puncta* diſci diſtincta.
5. ASPLENIUM. *Lineæ* diſci ſub-parallelæ, variæ.
6. PTERIS. *Lineæ* marginis ad perepheriam.
7. ADIANTUM. *Maculæ* apicum margine reflexo obtectæ.
8. TRICHOMANES. *Fructificationes* ſolitariæ margini ipſi inſertæ.

MUSCI.

* *Acalyptrati.*

9. LYCOPODIUM. *Anthera* bivalvis, ſeſſilis.
10. PORELLA. *Anthera* pertuſa poris.
11. SPHAGNUM. *Anthera* ore lævi.

** *Calyptrati monoclini.*

12. BRYUM. *Anthera* pedunculo terminali e tuberculo.
13. FONTINALIS. *Anthera* ſeſſilis, Perichætio imbricato obvoluta.

ALGÆ.

* *Terreſtres.*

14. LICHEN.	*Fr.* receptaculo lævi, nitido.
15. BYSSUS.	Subſtantia lanuginoſa.

** *Aquaticæ.*

16. ULVA.	Alga membranacea.
17. FUCUS.	Alga coriacea.
18. CONFERVA.	Alga capillaris.

FUNGI.

19. AGARICUS.	*Pileus* ſubtus lamellatus.
20. BOLETUS.	*Pileus* ſubtus poroſus.
21. HYDNUM.	*Pileus* ſubtus echinatus.
22. PHALLUS.	*Pileus* ſubtus lævis.
23. CLATHRUS.	*Fungus* cancellatus.
24. HELVELLA.	*Fungus* turbinatus.
25. PEZIZA.	*Fungus* campanulatus.
26. CLAVARIA.	*Fungus* oblongus.
27. LYCOPERDON.	*Fungus* globoſus.
28. MUCOR.	*Fungus* veſicularis, ſtipitatus.

FILICES.

GENUS I. EQUICETUM.

Char. Gener. *ſpica* fructificationibus peltatis, baſi dehiſcentibus multivalvi. Lin. ſy. pl. G. 1284.

Sp. 1. EQUICETUM ARVENSE. Mâ hoâm. & Ma-hoâng.
Differ. ſpec. Equic. *ſcapo* fructificante nudo: ſterili frondoſo. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. Herba Dioica, perennis. *Caulis* monopedalis, multiplex, erectus, teres, tenuis, articulatus, inanis, flaveſcens, lævis, ramoſus: *ramis* plerumque trichotomis, fœmineis nudis, maſculis frondoſis. *Fructificatio* terminalis: *capſulis* monolocularibus, polyſpermis in Fœminâ: *antheris* plurimis in Maſculo.
Habitat incultum in agris Sinenſibus.
Thunb. Jap. pag. 328. Equicetum Arvenſe longioribus ſetis. Bauh. Pin. pag. 16. n. 9.
Virt. radicis: ſub-aſtingens. Caulis, rejectis geniculis: Pellens, Diaphoretica.

Sp. 2. EQUICETUM HYEMALE. Mŏ cĕ. Mouc tŏc.
Differ. ſpec. Equicetum *caule* nudo, ſcabro, baſi ſub-ramoſo. Lin. ſp. 6.
Hab., & notæ. *Planta* paluſtris: *radice* perenni, repente. *Caulis* herbaceus, 3-pedalis, erectus, ſimpliciſſimus, craſſiuſculus, teres, articulatus, inanis, ſtriatus, ſcaber, cinereus: *ſtipulis* cylindricis, vaginantibus, polyfidis. *Folia* nulla. *Fructificatio* terminalis: *ſpicâ* oblongâ, denſâ: *antheris*, & *capſulis* ſubſeſſilibus, multis; *petalis* nullis.
Habitat loca paludoſa Sinarum.
Thunb. Jap. pag. 328. Equicetum foliis nudum, non ramoſum. Bauh. Pin. pag. 16. n. 10.
Virt. totius herbæ. Sub-aſtringens.
Uſus. Caulis magnâ aſperitate præditus utilis eſt ad polienda quælibet opera, imprimis tornata ex ligno, cornu, ebure, vel metallo.

GENUS II. OPHIOGLOSSUM.

Char. Gener. *ſpica* articulata, diſticha: *articulis* tranſverſim dehiſcentibus. Lin. ſy. pl. G. 1288.

Sp. 1. OPHIOGLOSSUM LUSITANICUM. α Thạch vi. β Xẻ ùi.

Differ. ſpec. Oph. fronde lanceolata. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Herba* annua, acaulis, 2-pollicaris, erecta. *Folium* unicum, petiolatum, lanceolatum, acutum, integerrimum, glabrum, longitudine triplâ excedens latitudinem. *Fructificatio ſpica* ſolitaria, baſi folii adnata, ſimplex, linearis, compreſſa, recta, æqualis, utrinque diviſa crenis multis lateralibus, pollinem flavum emittentibus. An autem hoc verum pollen ſit, aut potius ſemina minutiſſima prætermiſi microſcopio indagare.

Habitat loca plana, & humida Cochinchinæ, & Chinæ tempore autumnali, ac citò periens.

Ophioglоſſum pumilum, autumnale. Griſl. Virid. Luſit. Ophioglоſſum anguſtifolium, minimum. Barr. Rar. 1280. tab. 252. fig. 2.

Sp. 2. OPHIOGLOSSUM SCANDENS. β Xỉ ùi tàn. α Thạch vi deei.

Differ. ſpec. Oph. *caule* flexuoſo, tereti: *frondibus* conjugatis, pinnatis: *foliolis* utrinque ſpiciferis. Lin. ſp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* ſuffruticoſus, longus, tenuis, teres, ramoſus. *Frondes* conjugatæ, impari-pinnatæ, ſub-quadri-jugæ. *Foliola* haſtato-lanceolata, lobis ad baſim rotundatis. *Fructificatio ſpicæ* lineares, diſtichæ, longiuſculæ, foliolis adnatæ: crenis lateralibus, polliniferis.

Habitat loca plana, & fluminum ripas in Chinâ, & Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 227. Adiantum volubile minus. Rumph. Amb. l. 10. cap. 52. pag. 76. tab. 32. fig. 2. Tſjeru-valli-panna. Rheed. Malab. 12. pag. 65. tab. 33.

GENUS III. ACROSTICHUM.

Char. Gener. *Fructificationes* diſcum totum frondis tegentes. Lin. ſy. pl. G. 1290.

Sp. 1. ACROSTICHUM LANCEOLATUM. α Cây Kim luon.

Differ. ſp. Acr. *frondibus* lineari-lanceolatis: *ſurculo* ſcandente. Lin. ſp. 1.

Hab., & notæ. *Herba* perennis, *ſurculo* paraſitico, ſcandente. *Frondes* liniari-lanceolatæ, ſimplices, integerrimæ: paginâ ſuperiore ſterili: inferiore totâ conſitâ punctis ſeminiferis, confertis, elevatis, aureis.

Habitat in hortis, & ſylvis Cochinchinæ, arboribus inhærens.

Burm. Ind. pag. 228. Tiri-panna. Rheed. Malab. 12. p. 141. tab. 33. Ab hoc vix differt Acroſtichum Lingua. Thunb. Jap. pag. 33. tab. 33.

Sp. 2. ACROSTICHUM HETEROPHYLLUM. α . . .

Differ. ſpec. Acr. *frondibus* integerrimis, glabris, petiolatis: *ſterilibus* ſub-rotundis: *fertilibus* linearibus. Lin. ſp. 3.

Hab., & notæ. *Surculus* perennis, paraſiticus filiformis, longus, repens: ramis paucis. *Frondes* integerrimæ, glabræ, craſſæ, petiolatæ, heterophyllæ: partim ſub-rotundæ, ſteriles: partim lineares fertiles: *punctis fructificantibus* totum diſcum ſubtus occupantibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 228. Maletta-malà-maravarà. Rheed. Malab. 12. pag. 87. tab. 29. Phyllitis repens, ſcandenſve, foliis duplicibus: aliis latis, & ſub-rotundis: aliis longis, & angulatis. Rai. ſuppl. 13.

GENUS IV. POLYPODIUM.

Char. Gener. *Fruct.* in punctis ſub-rotundis, ſparſis per diſcum frondis. Lin. ſy. pl. G. 1296.

† Sp. 1. POLYPODIUM REPANDUM. β Kŭ tſŭi pù. α Cốt toái bồ.

Differ. ſpec. Pol. *frondibus* radicalibus ovatis, integerrimis: caulinis lanceolatis, repandis: *fructificationibus* ſolitariis.

Hab., & notæ. *Radix* ovata, ſimplex, pilis multis, longis circumdata. *Surculus* 1-pedalis, erectus. *Folia* radicalia ovata, acuta, integerrima, nervoſa, congeſta, erecta: caulina maiora, lanceolata, repanda, fertilia. *Fructificatio* in paginâ inferiore, ſolitaria, punctis flavis, ſerie longitudinali.

Habitat agreſte apud Sinas.

Virt.: radicis: ex libris Sinicis excerpta, per me non comprobata. Sanguinis craſſitiem reſolvit: nimium ejus fluxum cohibet: ulcera maligna abſtergit, quorum vermes necat: oſſa fracta conſolidat: prodeſt in odontalgiâ.

† Sp. 2. POLYPODIUM BIFORME. α . . .

Differ. ſp. Pol. *frondibus* ſimplicibus, heterophyllis: ſterilibus lanceolatis, integerrimis, fertilibus palmatis: *fructificationibus* ſolitariis.

Hab., & notæ. *Filix* ſeſquipedalis, *frondibus* ſimplicibus. Infæcundæ lanceolatæ, integerrimæ, ſeſſiles, erectæ: fæcundæ palmatæ, ſtipitatæ, reclinatæ. *Fructificationes* ſolitariæ in cruſtis ſub-rotundis, polyſpermis, minutis, per ſeries longitudinales ab utroque latere diſpoſitas.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Sp. 3. POLYPODIUM PHYMATODES. α . . .

Differ. ſpec. Pol. *frondibus* ſimplicibus trifidis, quinquelobiſve lanceo-

ceolatis, ſupra fructificationes verrucoſis. Lin. ſp. 9.
Hab., & notæ. *Radix* horizontalis, fibroſa, ſerpens. *Frondes* ſemipedales, ſimplices, petiolatæ, 3-5-fidæ, laciniis integerrimis, enſiformibus, nunc acutis, nunc obtuſis. *Fructificationes* ſparſæ, remotæ.
Habitat in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 232. Polypodium vario modo diviſum. Burm. Zeyl. pag. 196. tab. 86. Filix Hemionitis Phymatodes. Pluken. Amalth. tab. 404. fig. 5.

Sp. 4. POLYPODIUM SCOLOPENDRIODES. α . . .
Differ. ſpec. Pol. *frondibus* pinnatifidis, lanceolatis, lobis obtuſis: infimis remotis. Lin. ſp. 13.
Hab., & notæ. Filix 1-pedalis, erecta, ſimplex. *Frondes* pinnatifidæ, laciniis ſub-acutis. *Fructificationes* ſolitariæ.
Habitat loca inculta Cochinchinæ.
Polypodium Aſplenii folio. Plum. Fil. tab. 91. Filix Jamaicenſis, ſimpliciter pinnatis Aſplenii foliis, averſâ parte duplici ſerie punctorum notatis. Pluk. Almag. 152. tab. 290. fig. 1.

Sp. 5. POLYPODIUM LORICEUM. α . . .
Differ. ſpec. Pol. *frondibus* pinnatifidis, lævibus: pinnis lanceolatis, diſtantibus, horizontalibus, repandis. Lin. ſp. 21.
Hab., & notæ. Filix ſeſquipedalis, glabra. *Frondes* pinnatifidæ, laciniis linearibus, longis, ſub-acutis, repandis, horizontalibus: *fructificationibus* ſolitariis.
Habitat agreſte in Cochinchinâ.
Polypodium longifolium, radice dulci. Pet. Fil. 27. tab. 7. fig. 10. 12.

† Sp. 6. POLYPODIUM VENOSUM. α . . .
Differ. ſpec. Pol. *frondibus* pinnatis: foliolis venoſis, inferioribus cuneiformibus: ſuperioribus ovato-oblongis, inciſis, baſi truncatis.
Hab., & notæ. Filix 1-pedalis, diffuſa. Frondes pinnatæ, pinnis venoſis, glabris. Foliola inferiora cuneiformia: ſuperiora ovato-oblonga, baſi truncata, inciſa: laciniis obtuſis, ſerratis. *Fructificationes* ſeriales.

Sp. 7. POLYPODIUM SIMILE. β Kŭ tsŭi pŭ.
Differ. ſpec. Pol. *frondibus* pinnatis: pinnis lanceolatis integerrimis, diſtantibus, ſupremis minoribus: *punctis* ſerialibus. Lin. ſp. 33.
Hab., & notæ. Filix 3-pedalis, erecta: *radice* oblongâ, craſsâ, horizontali, ſimplici. *Frondes* pinnatæ, foliolis lato-lanceolatis, integerrimis, diſtantibus, ſummis minoribus. *Fructificationes* ſeriales.
Habi-

Habitat apud Sinas, agreſte.

Burm. Ind. pag. 233. Lonchitis altiſſima: pinnulis raris, non laciniatis. Sloan. Jam. hiſt. 1. pag. 77. tab. 32.

Virt. radicis. Eadem cenſetur in Medicinâ Sinenſi, ac Polypodii Repandi, eodemque nomine indigitantur ambo.

Sp. 8. POLYPODIUM FRAGRANS. α Rau Deón loung. β. . .

Differ. ſpec. Pol. *frondibus* ſub-bipinnatis, lanceolatis: foliolis confertis: lobis obtuſis, ſerratis: *ſtipite* paleaceo. Lin. ſp. 40.

Hab., & notæ. Filix 1-pedalis. *Frondes* radicales, erectæ, ſub-bipinnatæ, lanceolatæ, piloſæ: foliolis confertis, laciniis obtuſis, profunde ſerratis. *Stipites* paleacei, canaliculati, fuſci, inferius ſquamoſi. *Fructificationes* ſeriales.

Habitat loca inculta Cochinchinæ.

Driopteris Rubum Idæum ſpirans. Amm. Ruthen. pag. 174. n. 251.

Sp. 9. POLYPODIUM VARIUM. α Rau Deón tlon.

Differ. ſpec. Pol. *frondibus* lateralibus bipinnatis: foliolo infimo pinnatifido. Lin. ſp. 42.

Hab., & notæ. Filix 2-pedalis, erecta. *Frondes* bipinnatæ foliolis baſis longioribus, ſemipinnatifidis: omnibus obtuſis, ſerratis. *Stipites* angulati, rubto-fuſci, piloſi. *Fructificationes* ſeriales.

Habitat loca ſaxoſa in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 234. Osbeck it. ad Sinas. Ab hâc ſpecie non multum differre exiſtimo, ni pro eâdem habeatur, Polypodium Setoſum: Thunb. Jap. pag. 337.

Uſus. Teneri ſurculi eſculenti ſunt.

Sp. 10. POLYPODIUM BAROMEZ. α Câu tich. β Kòu tſiě.

Differ. ſpec. Pol. *frondibus* bipinnatis: pinnis pinnatifidis, lanceolatis; ſerratis: *radicibus* lanatis. Lin. ſp. 58.

Hab., & notæ. *Radix* oblonga, horizontalis, ultra pedem longa, craſſa, ſub-teres, carnoſa, multiformis, ſupra terram exerta: radiculis craſſis, raris ſolo affixa: pilis denſiſſimis, tenuibus, rufis tota veſtita. *Frondes* 6-pedales, radicales, erectæ, paucæ, inermes, bipinnatæ: *foliolis* lanceolatis, ſerratis, glabris, ſeſſilibus, nunc oppoſitis, nunc alternis. *Fructificationes* non invêni, quamvis ſeduló quæſiverim in multis plantis integris, ex montibus recenter avulſis menſe Maio (ni fallor): quod tempus non erat fortaſſe proprium florendi. Verum tamen eſſe Polypodium non dubito.

Habitat in ſylvis montanis Cochinchinæ, & Chinæ.

Frutex Tartareus, Agnus Scythicus. Bauh. Pin. pag. 512. n. 4. Borameta. Tartar. agnus. Mentzel. Pin. Polygl. pag. 50, & 199. Matth.

in

in Dioſcor. epiſt. nuncup. pag. 8. Agn. Scythicus. Dict. of Arts; and ſciences. pag. 69.

Obſerv. Multi Auctores ſcripſerunt de Agno Scythico Baromets: plerique fabuloſè. Aliqui, inter quos Kirkerus, ejus figuram veri agni ſimillimam expreſſerunt, tanquam fructum cujuſdam plantæ ſummo caulis vertici inſiſtentem. Noſter non eſt fructus, ſed radix. Iſtaque naturâ ſuâ polymorpha facilè coaptatur artis beneficio in formam agni, quem Tartari vocant Borametz: vel potius in ſpeciem canis rufi, quem tam Cochinchinenſes, quam Sinenſes idiomate patrio ita nominant. Corpus oblongum, piloſiſſimum ex terrâ naſcitur, quod ex alterâ parte ſæpe attenuatur, rurſuſque craſſius aſſurgit, ut collum, & caput fingat; ſimulque bina excreſcentia pendula, piloſaque aures mentiuntur. Ex adverſo brevis ſurculus a tergo in caudam protenditur. Quatuor ſtipites, abſciſis frondibus, reſervantur, ut pedes ſimulent: ſicque agnum, vel canem ſtare a longe videas, quem a vero non diſtinguas, niſi proximè accedas. Falſum eſt nullas herbas juxta hoc vegetabile creſcere, aut ſervari poſſe, quaſi illis agnus Scythicus paſcatur. At veriſſimum probavi radicem illam carnoſam humore cruento, tenacique manare, ſanguini animalium ſimillimo, dummodo recens adhuc, nec penitus exſiccata feriatur. Cætera mirabilia, quæ de illo prædicantur, fabuloſa ſunt.

Virt. radicis. Aſtringens. Vulneribus impoſita ſanguinem ſiſtit. Prodeſt in Gonorrhæâ, & fluore albo.

Sp. 11. POLYPODIUM ARBOREUM. *α* Cây Nhum.

Differ. ſpec. Pol. *frondibus* bipinnatis, ſerratis: *caudice* arboreo, inermi. Lin. ſp. 59.

Hab., & notæ. *Caudex* arboreus, 20 pedes, & ultra longus, crus craſſus, rectus, ſubæ-qualis, brevibus interdum ſpinulis obſitus, fuſcus, lignoſus, duriſſimus, in centto molliuſculus, ſub-aquoſus: *radicibus* fibroſis, plurimis, intricatis: *ramis* nullis. *Frondes* 8-pedales, 2-pinnatæ: ſtipitibus ſub-teretibus, inermibus: *foliolis* lanceolatis, ſerratis, glabris, lætè virentibus. *Fructificationes* punctis orbiculatis, rufis, ſparſis.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ, in ultimâ provinciâ ad Auſtrum ſitâ prope Cambodiam.

Palmifilix poſtium. Rumph. Amb. l. 10. c. 46. pag. 63. tab. 27. Polypodium arboreum, maximum, fronde tenuiore, caudice duriſſimo. Brown. Jam. 104.

Uſus. Caudex in rectiſſimas regulas fiſſus aptè ſubſternitur tegulis, vel ſtraminibus ad conformanda domorum tecta diutius permanſura.

Ob-

Sp. 12. POLYPODIUM SPELUNCÆ. α . . .
Differ. ſpec. Pol. *frondibus* ſupra decompoſitis, piloſis: *foliolis* lanceolatis, pinnatis: pinnis oppoſitis pinnatifidis. Lin. ſp. 68.
Hab., & notæ. Filix ſeſquipedalis, inermis. *Frondes* radicales, ſub-erectæ, ſupradecompoſitæ, piloſæ: *pinnis* oppoſitis, profundè dentatis.
Habitat loca umbroſa in Cochinchinâ.
Burm. Ind. pag. 234. Filix Bermudienſis elegans, ramoſa: pinnis rarioribus dentatis: caulieulis muſcoſâ lanugine obductis. Pluk. Almag. 155. tab. 244. fig. 2.

GENUS V. ASPLENIUM.

Char. Gener. *Fructificationes* in lineolis diſci frondis ſparſis. Lin. ſy. pl. G. 1295.

Sp. 1. ASPLENIUM HEMIONITIS. α . . .
Differ. ſpec. Aſpl. *frondibus* ſimplicibus, cordato-haſtatis, 5-lobis, integerrimis: *ſtipitibus* lævibus. Lin. ſp. 2.
Hab., & notæ. Filix humilis, 6-pollicaris: *radice* fibroſâ: *ſtipitibus* tenuibus, glabris, ceſpitoſis. *Frondes* ſimplices, cordatæ, glabræ, 5-lobæ: lobis ſub-linearibus, integerrimis, inæqualibus, expanſis. *Fructificationes* lineis obliquis, angulo ad rhachim acuto.
Habitat circa muros in hortis Cochinchinæ.
Hemionitis Vulgaris. Bauh. Pin. pag. 353. n. 1.

Sp. 2. ASPLENIUM SCOLOPENDRIUM. α Cây Ráng lá.
Differ. ſpec. Aſpl. *frondibus* ſimplicibus, cordato-lingulatis, integerrimis: *ſtipitibus* hirſutis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. Filix perennis, 3-pedalis, erecta: *ſtipite* tereti, craſſo, longo, recto. *Frons* ſimplex, multipartita: laciniis magnis, paucis, ſub-linearibus, undulatis, criſpis, inæqualibus, apice multifidis, obtuſis, erectis. *Fructificationes* ſquamoſæ, in lineas obliquas diſpoſitæ.
Habitat loca humida in Cochinchinâ.
Lingua Cervina multifido folio. Bauh. Pin. pag. 353. n. 2. Phyllitis, ſive lingua cervina criſpa, folio multifido, ramoſa. Pluk. Phyt. tab. 248. fig. 2. Lingua cervina foliis laciniatis. Tournef. Inſt. tab. 320.
Obſerv. Icon Tournefortiana omnino convenit cum noſtro Aſplenio Cochinchinenſi: ſed valde differt ab Scolopendrio, ſeu Linguâ cervinâ officinarum, ſicut etiam a diffinitione Linnæanâ Aſplenii Scolopendrii; ideoque haud ineptè diverſam ſpeciem conſtitueret.

Uſus. Frondibus utuntur indigenæ ad tegendas domos ; ſunt enim magnæ durationis , nec ignem facilè concipiunt.

Sp. 3. ASPLENIUM NODOSUM. α . . .

Differ. ſpec. Aſpl. *frondibus* pinnatis : *pinnis* oppoſitis , lanceolatis , integerrimis. Lin. ſp. 10.

Hab. , & notæ. Filix ſeſquipedalis , erecta , glabra. *Frondes* pinnatæ : *foliolis* oppoſitis , longis , lanceolatis , ſtriatis , integerrimis. Lineæ *fructificationum* rectæ , parallelæ , a diſci margine ad rhachim obliquè inclinatæ.

Habitat agros incultos Cochinchinæ.

Filix maior in pinnas tantum diviſa raras , oblongas , ſtriatas , ex adverſo ſitas , & non crenatas. Sloan. Jam. 16. hiſt. 1. pag. 78. Lingua cervina nodoſa. Plum. Fil. tab. 108.

Sp. 4. ASPLENIUM TRICHOMANOIDES. α . . .

Differ. ſpec. Aſpl. *frondibus* pinnatis : *pinnis* ſub-rotundis , crenatis. Lin. ſp. 12.

Hab. , & notæ. Filix humilis , 8-pollicaris : *radice* fibroſâ , hirſutâ. *Stipites* ſub-ancipites , tenues , congeſti , fuſci , erecti. *Frondes* pinnatæ : *pinnis* ovatis , ſub-crenatis , ſeſſilibus. *Fructificationes* ſquamoſæ , lineares in diſco frondis ſparſæ.

Habitat loca ſaxoſa in Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 334. Trichomanes , ſive Polytricum officinarum. Bauh. Pin. pag. 356. n. 1. Tournef. Inſt. pag. 539. tab. 315. fig. A. B.

† Sp. 5. ASPLENIUM BULBOSUM. α Cây Maóng tlâu.

Differ. ſpec. Aſpl. *frondibus* pinnatis : *pinnis* lanceolatis , leviter crenatis : *radice* bulboſâ.

Hab. , & notæ. Filix 1-pedalis , diffuſa : *radice* bulboſâ , ſub-rotundâ , fariniferâ , magnâ , fuſcâ. *Stipites* carnoſi , craſſi , tuberculoſi , reclinati. *Frondes* pinnatæ : *foliolis* lanceolatis , leviter crenatis , glabris. *Fructificationes* in diſco lineolis obliquis , parallelis.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

Uſus. Bulbus eſculentus.

GENUS VI. PTERIS.

Char. Gen. *Fructificationes* in lineis marginalibus. Lin. ſy. pl. G. 1291.

Sp. 1. PTERIS PILOSELLOIDES. α . . .

Differ. ſpec. Peter. *frondibus* ſterilibus ob-ovatis : fertilibus lanceolatis , longioribus : *ſurculis* repentibus. Lin. ſp. 1.

Hab. ,

Hab., & notæ. *Surculi* reptantes, filiformes, longi, tomentoſi. *Frondes* heterophillæ, ſimplices, ſtipitatæ: ſteriles oblongo-ovatæ: fertiles longiores, lanceolatæ, integerrimæ, glabræ. *Fructificationes* lineâ continuâ, marginali.

Habitat loca ſaxoſa Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 229. Thunb. Jap. pag. 331.

Sp. 2. PTERIS LANCEOLATA. α . . .

Differ. ſpec. Pter. *frondibus* ſimplicibus lanceolatis, ſub-angulatis; glabris: apice fructificante. Lin. ſp. 2.

Hab., & notæ. *Frondes* ſimplices, lanceolatæ, ſub-triangulatæ, baſi cordatæ, ſub-integerrimæ, glabræ, ſtriatæ, erectæ. *Fructificationes* ad apicem frondis, lineis marginalibus.

Habitat loca inculta Cochinchinæ

Lingua Cervina foliis acutis, & ad oras ſummitatum pulverulentis. Plum. Amer. 28. tab. 40.

Sp. 3. PTERIS VITTATA. α . . .

Differ. ſpec. Pter. *frondibus* pinnatis: *pinnis* linearibus rectis, baſi rotundatis. Lin. ſp. 10.

Hab., & notæ. *Radix* fibroſa, longa, repens, nigra. *Frondes* 5-pedales, erectæ, pinnatæ: *ſtipitibus* teretibus, glabris, ſulcatis, longis. *Pinnæ* lineari-lanceolatæ, acumine longo, ſub-integerrimæ, glabræ, tranſversè ſtriatæ, pallidè virides, baſi rotundatæ, planæ, ſub-oppoſitæ, breviter petiolatæ, interdum minutiſſimè ſerratæ. *Fructificationes* lineâ tenui, pallidâ, circumferentiam pinnarum ambiente.

Habitat foſſas, & loca humida in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 230. Lonchitis Amboinica, recta maior. Rumph. Amb. l. 10. c. 50. tab. 30. fig. 1. Suſpicor eandem eſſe, quæ a Joanne Burm. (Zeyl. pag. 100. tab. 46.) dicitur Filix non ramoſa, altiſſima, paluſtris, pinnis integris, alternis, ſerratis, acutis; quæque a Nicolao Burmanno (Ind. pag. 234.) vocatur Polypodium paluſtre.

Sp. 4. PTERIS BIAURITA. α . . .

Differ. ſpec. Pter. *frondibus* pinnatis: *pinnis* pinnatifidis: infimâ bipartitâ. Lin. ſp. 19.

Hab., & notæ. *Filix* ſeſquipedalis, erecta. *Frondes* pinnatæ: *pinnis* pinnatifidis, glabris, laciniis linearibus, obtuſis: pinnâ infimâ diviſâ in duas auriculas breviores. *Fructificationes* lineares, margine reflexâ defenſæ.

Habitat loca inculta Cochinchinæ.

Filix pinnulis Lonchitidis obtuſis, non dentatis, ad oras pulverulentis. Plum. Amer. 10. tab. 14.

Sp. 5. PTERIS CAUDATA. α . . .

Differ. ſpec. Pter. *frondibus* ſupra decompoſitis: *pinnis* linearibus, infimis baſi pinnato-dentatis: *terminalibus* longiſſimis. Lin. ſp. 16.

Hab., & notæ. Filix 8-pollicaris, diffuſa, glabra. *Frondes* ſupradecompoſitæ.: *pinnis* linearibus, ſupremis longiſſimis, ſimplicibus, oppoſitis: inferioribus variis, nuuc partitis, nunc pinnatis, pinnulis brevioribus, inæqualibus. *Fructificationes* lineâ marginali, denticulis frondis reflexis occultæ.

Habitat ad rudera, & muros veteres in Cochinchinâ.

Pteris Enſiformis fronde pinnatâ, pinnis ſuperioribus enſiformibus, ſub-integerrimis: inferioribus oppoſitis, ovatis, auriculatis, ſerratis. Burm. Ind. pag. 230. Polypodium caule ſimplici, foliis ſimplicibus, variis, longis, ſerratis. Burm. Zeyl. pag. 196. tab. 87.

GENUS VII. ADIANTUM.

Char. Gener. *Fructificationes* in maculis terminalibus ſub-replicato margine frondis. Lin. ſy. pl. G. 1297.

Sp. 1. ADIANTUM CAUDATUM. α . . .

Differ. ſpec. Ad. *frondibus* pinnatis, falcatis, apice caudatis. Lin. ſp. 8.

Hab., & notæ. Filix 1-pedalis: *radice* fibroſâ: *ſtipitibus* teretibus, pubeſcentibus, fuſco-purpureis, tenuibus, ceſpitoſis. *Frondes* pinnatæ, reflexæ: pinnis oblongis, falcatis, acutis, ſtriatis: latere ſuſuperiore inciſis, minutim ſerratis: ſerraturis *fructificationes* diviſim amplectentibus.

Habitat loca humida Cochinchinæ.

Thunb. Jap. pag. 339. Adiantum caule reflexo, pinnulis alternis, ſtriatis, in ſummo crenatis, & frugiferis. Burm. Zeyl. pag. 8. tab. 5. fig. 1.

Sp. 2. ADIANTUM FLABELLULATUM. β Tiet qūat tsìo.

Differ. ſpec. Ad. *frondibus* decompoſitis: *pinnis* alternis, rhombeis, rotundatis, multifloris: *ſtipitibus* ſupra pubeſcentibus. Lin. ſp. 9.

Hab., & notæ. Filix ſeſquipedalis, ſub-erecta: *ſtipitibus* ſub-teretibus, canaliculatis, fuſco-rubris, piloſis. *Frondes* decompoſitæ: *pinnis* alternis, lato-cuneiformibus, apice rotundatis, crenulatis: petiolis capillaribus, brevibus. *Fructificationes* ovatæ, margine frondis tectæ.

Ha-

Habitat ſuburbia Cantonienſia apud Sinas.

Burm. Ind. pag. 236. Adiantum Chinenſe, perelegans, ramoſum; folio flabelliformi cum rubedine perfuſo. Pluk. Alm. 11. tab. 4. fig. 3.

Sp. 3. ADIANTUM CAPILLUS VENERIS. α Cây Dươi chồn.

Differ. ſpec. Ad. *frondibus* decompoſitis: foliolis alternis: *pinnis* cuneiformibus, lobatis, pedicellatis. Lin. ſp. 12.

Hab., & notæ. Filix 8-pollicaris, diffuſa, glaber: *ſtipitibus* ceſpitoſis, tenuibus, fuſco-pallidis. *Frondes* decompoſitæ: *foliolis* cuneiformibus, alternis, lobatis, nervoſis, apice rotundatis. *Fructificationes* lunulatæ: crenis foliolorum reflexis defenſæ.

Habitat in puteis, fontibus, & aliis locis humidis Cochinchinæ.

Berg. Mat. Med. pag. 905. Capillus Veneris: Micca miccan Utan. Rumph. Amb. l. 10. cap. 53. pag. 77. tab. 34. Adiantum foliis flabelliformibus, lobatis, petiolis ramoſis. Hall. Helv. n. 1713.

† Sp. 4. ADIANTUM SCANDENS. α Cây Baong baong.

Differ. ſpec. Ad. *frondibus* decompoſitis: *foliolis* cuneiformibus, æqualiter inciſis: *caule* ſcandente.

Hab., & notæ. *Caulis* filiformis, longus, tenuis, pallidus, ramoſus, ſcandens, ſæpe volubilis. *Frondes* decompoſitæ: *foliolis* cuneiformibus, æqualiter inciſis, obtuſis, glabris, petiolatis: denticulis marginalibus *fructificationes* amplectentibus.

Habitat loca plana, & inculta Cochinchinæ.

GENUS VIII. TRICHOMANES.

Char. Gener. *Fructificationes* ſolitariæ, ſtylo ſetaceo terminatæ, margini frondis inſertæ. Lin. ſy. pl. G. 1298.

Sp. 1. TRICHOMANES HIRSUTUM. α . . .

Differ. ſpec. Tric. *frondibus* pinnatis: *pinnis* alternis, pinnatifidis, piloſis. Lin. ſp. 4.

Hab., & notæ. Filix 10-pollicaris: tota hirſuta, pilis brevibus. *Frondes* pinnatæ: *pinnis* oblongis, obtuſis, piloſis, alternis: margine ſuperiore obtuſè polyfidâ, fructificante: *fructificationibus* marginalibus, ſolitariis, lenticularibus, apice ſetaceo inſtructis.

Habitat loca agreſtia Cochinchinæ.

Thunb. Japon. pag. 339. Darea Americana maior, pubeſcens. Pet. Muſ. 762.

MUS-

MUSCI.

GENUS IX. LYCOPODIUM.

Char. Gener. *Anthera* bivalvis, ſeſſilis. *Calyptra* nulla. Lin. ſy. pl. G. 1302.

Sp. 1. LYCOPODIUM PHLEGMARIA. α Rêu cây.
Differ. ſpec. Lyc. *foliis* verticillato-quaternis : *ſpicis* terminalibus, dichotomis. Lin. ſp. 3.
Hab., & notæ. Muſcus fruteſcens, paraſiticus. *Caulis* ſemipedalis, digitum craſſus, erectus, multiplex, teres, fibroſus : *ramulis* terminalibus congeſtis, dichotomis. *Folia* minuſcula, verticillato-quaterna, conica, acuminata, integerrima, glabra, imbricata, appreſſa. *Spicæ* graciles, terminales.
Habitat in truncis arborum Cochinchinenſium.
Burm. Ind. pag. 237. Lycopodium erectum, dichotomum : foliis cruciatis, ſpicis gracilioribus. Dill. Muſc. 450. tab. 61. fig. 5. Selago Indiæ Orientalis, ſive Phlegmaria admirabilis Zeylanica. Burm. Zeyl. pag. 211.

Sp. 2. LYCOPODIUM CERNUUM. α Thoung dât.
Differ. ſpec. Lyc. *foliis* ſparſis, curvatis : *caule* ramoſiſſimo : *ſpicis* nutantibus. Lin. ſp. 12.
Hab., & notæ. Muſcus terreſtris, perennis, 1-pedalis, erectus, teres, ramoſus, nec ramoſiſſimus : *ramis* ſub-diviſis, patentibus. *Folia* ſparſa, minuta, ſubulata, curva, integerrima, glabra, cinerea, criſpa, ſeſſilia, patentia. *Spicæ* breves, nutantes, abſque calyptris.
Habitat in collibus ſylveſtribus Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 237. Lycopodium Zeylanicum, erectum, ramoſiſſimum. Burm. Zeyl. pag. 144. tab. 66.

Sp. 3. LYCOPODIUM COMPLANATUM. α Rêu thêm nhà.
Differ. ſpec. Lyc. *foliis* bifariis, connatis : ſuperficialibus ſolitariis : *ſpicis* geminis, pedunculatis. Lin. ſp. 16.
Hab., & notæ. Muſcus annuus, 2-pollicaris, ramoſus : *ſurculo* compreſſo, erecto. *Foliola* cruſtoſo-connata, inæqualiter inciſa, obſcuro-viridia, glabra, bifariam verſa. *Spicæ* ſeſſiles, terminales, imbricato-diſtichæ : *antheris* ſubulatis, longis, apice dehiſcentibus, calyptrâ nullâ.
Habitat hyberno tempore muris lateritiis inhærens in Cochinchinâ.
Muſcus clavatus foliis cupreſſi. Bauh Pin. pag. 360. n. 11. Lycopodium Sabinæ facie. Dill. Muſc. 445.

GE-

GENUS X. PORELLA.

Char. Gener. *Anthera* multilocularis, foraminoſa, non operculata. *Calyptra* nulla. Lin. ſy. pl. G. 1303.

† Sp. 1. PORELLA IMBRICATA. α Râu bực.
Differ. ſpec. Por. *foliis* lanceolatis, quinquefariam imbricatis.
Hab., & notæ. *Surculus* 3-pollicaris, erectus, ramoſus. *Folia* lanceolato-linearia, curva, undulata, albicantia, pentagono-imbricata. *Anthera* ovata, poroſa, multilocularis, nuda, ſeſſilis: calyptrâ nullâ.
Habitat loca humida in Cochinchinâ.

GENUS XI. SPHAGNUM.

Char. Gener. *Anthera* operculata, ore lævi. *Calyptra* nulla. Lin. ſy. pl. G. 1304.

† Sp. 1. SPHAGNUM SIMPLICISSIMUM. α Rêu thành gạch.
Differ. ſpec. Sphag. *foliis* capillaribus, imbricatis: *ramis* nullis.
Hab., & notæ. *Surculus* 2-pollicaris, ſimpliciſſimus, erectus, pallidus. *Follia* capillaria, tenuiſſima, imbricata. *Capitula* rotunda, ore lævi: calyptrâ nullâ.
Habitat in Cochinchinâ, innaſcens muris, & truncis arborum tempore pluvio.

GENUS XII. BRYUM.

Char. Gener. *Anthera* operculata. *Calyptra* lævis. *Filamentum* e tuberculo terminali ortum. Lin. ſy pl. G. 1311.

Sp. 1. BRYUM UNDULATUM. α Rêu doung. β Siên.
Differ. ſpec. Br. *antheris* erectiuſculis, pedunculis ſub-ſolitariis: *foliis* lanceolatis, carinatis, undulatis, patentibus, ſerratis. Lin. ſp. 10.
Hab. *Surculus* 1-pollicaris, erectus, ſimpliciſſimus. *Folia* lanceolata, undulata, lævia, patentia. *Pedunculus* terminalis, ſolitarius: *capitulo* ſub-erecto, operculato.
Habitat in agris Cochinchinæ, & Chinæ.
Bryum capſulis ſub-nutantibus; ſurculis ſimplicibus; foliis lanceolatis, undulatis, ſerratis. Scop. Carn. 1. pag. 143. n. 13.

Sp. 2.

Sp. 2. BRYUM TRUNCATULUM. α Rêu doùng.
Differ. ſpec. Br. *antheris* erectis, ſub-rotundis : *operculo* mucronato. Lin. ſp. 20.
Hab. *Surculus* ſemipollicaris, ſimpliciſſimus, erectus. *Folia* linearia, minima. *Capitulum* ovatum, rufum, truncatum : *operculo* mucronato : pedunculo brevi, terminali.
Habitat in agris, & foſſis Cochinchinæ.
Muſcus capillaris, capitulis rotundis, anguſtifolius. Buxb. Cent. 2. pag. 6. tab. 2. fig. 7.

Sp. 3. BRYUM VIRIDULUM. α Rêu Xanh.
Differ. ſpec. Br. *antheris* erectis, ovatis : *foliis* lanceolatis, acuminatis, imbricato-patulis. Lin. ſp. 21.
Hab. *Surculus* erectiuſculus, ſimpliciſſimus, vix pollicem longus. *Folia* ſtrictè lanceolata, imbricata, lætè viridia, glabra. *Anthera* ovata, operculata, erecta : *pedunculo* longo, terminali : *calyptra* lævi, conicâ.
Habitat in agris Cochinchinæ.
Bryum capſulis erectis, ovatis ; ſurculis ſimplicibus ; foliis imberbibus, lanceolatis. Scop. Carn. 1. pag. 140. n. 7.

GENUS XIII. FONTINALIS.

Char. Gener. *Anthera* operculata. *Calyptra* ſeſſilis, perichætio incluſa. Lin. ſyſt. pl. G. 1306.

† S. 1. FONTINALIS HETEROPHYLLA. α . . .
Differ. ſpec. Font. *foliis* trifariis, heterophyllis : *antheris* lateralibus.
Hab. *Surculus* 8-pollicaris, paraſiticus, erectus, ramoſus : *ramis* ancipitibus : *ramulis* ſupremis quadragonis, fructificantibus. *Folia* tribus ordinibus : lateralia ovato-oblonga, obtuſa, patentia : media acuta, imbricata. *Antheræ* ſub-rotundæ, operculatæ, ſeſſiles, axillares. *Perichætium* urceolatum calyptram circumdans.
Habitat in arborum truncis in Cochinchinâ.

AL-

ALGÆ.

GENUS XIV. LICHEN.

Char. Gener. Maſc. *Receptaculum* ſub-rotundum, planiuſculum, nitidum.
Fœm. *Farina* foliis adſperſa. Lin. ſy. pl. G. 1319.

Sp. 1. LICHEN FAGINEUS. α Rêu bột tláng.
Differ. ſpec. Lich. leproſus, albus: *tuberculis* albis farinaceis. Lin. ſp. 16.
Hab. Alga humilis, cruſtacea, albicans: *tuberculis* pulverulentis, albis, ſeſſilibus: adrepens, veſtiensque arborum truncos, & ramos.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, albus, ſuperficie in acetabulis pulverulentis veluti effloreſcente. Mich. gen. 99. n. 54. tab. 53. fig. 1.

Sp. 2. LICHEN ERICETOROM. α Rêu rừng.
Differ. ſpec. Lich. leproſus, candidus: *tuberculis* incarnatis. Linn. ſp. 19.
Hab. Alga cruſtacea, carnoſa, parva, candida. *Tuberculi* in medio rubeſcentes, margine albi, ſtipitati.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ.
Coralloides fungiforme, carneum; baſi leproſâ. Dill. Muſc. 76. tab. 14. fig. 1. Fungilli incarnati coloris, muſco innati. Mentz. Pug. rar. pl. tab. 6. fig. 5.

† Sp. 3. LICHEN ARECARIUS. α Rêu cây Cau.
Differ. ſpec. Lich. cruſtaceus, cinereus, margine folioſus, laciniatus: tuberculis albis, farinaceis.
Hab. Alga cruſtacea, cinerea, tenuis, repens: *margine* foliacea, laciniata, obtuſa: *tuberculis* in centro albis: veſtiens totum caudicem Palmæ Arecæ.
Habitat in hortis Cochinchinæ.

Sp. 4. LICHEN TARTAREUS. α Rêu đá. ß Tàn.
Differ. ſpec. Lich. cruſtaceus ex albido vireſcens: ſcutellis flaveſcentibus, margine albo. Lin. ſp. 22.
Hab. Alga cruſtacea, albo-viridis, ſub-rotunda, parva: ſcutellis minimis, fuſcis, margine albis.
Habitat loca ſaxoſa in Cochinchinâ, & Chinâ.

Lichnoides tartareum, farinaceum, ſcutellarum umbone fuſco. Dill. Muſc. 131. tab. 18. fig. 12.

† Sp. 5. LICHEN IMBRICATUS. α. Rêu bày cá.

Differ. ſpec. Lich. *foliolis* imbricatim cohærentibus, in lineam rectam protenſis.

Hab. Alga fuſco-viridis, linearis, in unam, vel plures ſeries, longas, rectas extenſa: *foliolis* ſub-rotundis, concavis, integerrimis, glabris, minimis, æqualibus, imbricatim cohærentibus: ſtipite, vel caule nullis: interdum *ramis* homogeneis, rectangulis, pendulis lateraliter inſtructa.

Habitat frequens in dumetis Cochinchinæ, fruticibus adrepens.

Sp. 6. LICHEN PULMONARIUS. β Tiên hõa. α Thien hoa.

Differ. ſpec Lich. foliaceus laciniatus, obtuſus, glaber: ſupra lacunoſus: ſubtus tomentoſus. Lin. ſp. 43

Hab. Alga paraſitica, foliacea, laciniata, ſuperius lacunoſa, glabra, cinerea: inferius villoſa, fuſca: *laciniis* linearibus, obtuſis: *ſcutellis* orbiculatis, ſparſis.

Habitat in arboribus ſylveſtribus, ſeneſcentibus Cochinchinæ, & Chinæ.

Muſcus Pulmonarius. Bauh. Pin. pag. 361. n. 7. Lichen foliaceus, laciniatus, ſupra reticulato-lacunoſus: ſcutellis ſparſis. Scop. Carn. 1. pag. 101. n. 32.

Sp. 7. LICHEN RANGIFERINUS. α Rêu gác nai.

Differ. ſpec. Lich. fruticuloſus, perforatus, ramoſiſſimus: *ramulis* nutantibus. Lin. ſp. 83.

Hab. *Caulis* bipollicaris, fruticuloſus, erectus, teres, fiſtulatus, ramoſus: *ramis* multis, obliquis, ſubulatis, diviſis, cinereis, aphyllis, nutantibus.

Habitat loca ſterilia Cochinchinæ.

Muſco-fungus coralloides, montanus, ramoſiſſimus, cinereus, vulgaris. Moris. hiſt. 3. pag. 633. tab. 7. fig. 9. Muſcus Coralloides, ſive cornutus, montanus. Bauh. Pin. pag. 361. n. 3.

Sp. 8. LICHEN ROCCELLA. α Rêu tle muc.

Differ. ſpec. Lich. fruticuloſus, ſolidus, aphyllus, ſub-ramoſus: *tuberculis* alternis. Lin. ſp. 89.

Hab. *Caulis* 3-pollicaris, fruticuloſus, teres, ſolidus, aphyllus, baſi fuſcus, ſupra pallidus, ramoſus: *tuberculis* lateralibus, alternis.

Habitat in ſcopulis, & arundinibus Bambu putreſcentibus in Cochinchinâ.

Berg. Mat. Med. pag. 915. Alga Coralloides. Rumph. Amb. l. 11. c. 56. pag. 181. tab. 76. fig. A. B. C.

Sp. 9. LICHEN USNEA. α Rêu chỉ rối.
Differ. ſpec. Lich. filamentoſus, pendulus, compreſſus, ramoſus, lævis. Lin. ſp. 93.
Hab. Alga filiformis, paraſitica, albo-cinerea, lævis, ramoſa: *ramis* multis, obtuſangulis, ſub-diviſis, longis, inæqualibus, flexuoſis, implicatis, pendulis: *foliis* nullis: *ſcutellis* concavis, nec radiatis. Odor, ſi adſit, valde tenuis.
Habitat in arboribus ſylveſtribus Cochinchinæ.
Muſcus Capillaris. Rumph. Amb. l. 10. c. 62. tab. 40. fig. 2. Lichen Capillaris filamentis ſetaceis, pendulis: ramis cincinnatis: ſcutellis ovatis. Burm. Ind. pag. 239.

GENUS XV. BYSSUS.

Char. Gener. *Lanugo*, aut *pulvis* ſimpliciſſimus. Lin. ſy. pl. G. 1324.

Sp. 1. BYSSUS CANDELLARIS. α Bột vàng dính cây.
Differ. ſpec. Byſſ. pulverulenta, flava, lignis adnaſcens. Lin. ſp. 11.
Obſerv. Plures alias Byſſi ſpecies facilè in Cochinchinâ invenies: quas flocci pendens, ut merentur, libenter prætermito.

GENUS XVI. ULVA.

Char. Gener. *Fructificationes* in membranâ diaphanâ. Lin. ſy. pl. G. 1322.

Sp. 1. ULVA PISUM. α Rêu bọt.
Differ. ſpec. Vlv. (granulata) globoſa, farcta, viridis. Lin. ſp. 16.
Hab. Alga minuta, viridis, conſtans globulis aggregatis, viſcoſis: *filamentis* tenuiſſimis, brevibus, inæqualibus, intricatis: *foliis*, & *caule* nullis.
Habitat in foſſis, & paludibus Cochinchinæ, in aquis fluctuans.
Conferva Sphærica, filamentis concentricis. Flora. Dan. tab. 660. fig. 2.

GENUS XVII. FUCUS.

Char. Gen. Maſc. *Veſiculæ* villis intertextæ.
Fœm. *Veſiculæ* adſperſæ granis immerſis, apice prominulis. *Sem.* ſolitaria. Lin. ſy. pl. G. 1321.

Sp. 1. FUCUS UVARIUS. α Cây Raong.
Differ. ſpec. Fuc. *caule* filiformi, ramoſo: *foliis* confertis, ovatis, fornicatis. Lin. ſp. 1.
Hab. *Caulis* filiformis, longiſſimus, teres, ramoſus. *Folia* oblonga, fuſca, glabra, integerrima, conferto-verticillata.
Habitat in pelago Cochinchinenſi.
Syſt. Vegetab. pag. 811.

Sp. 2. FUCUS NATANS. α Raong nỏi.
Differ. ſpec. Fuc. *caule* filiformi, ramoſo: *foliis* lanceolatis, ſerratis: *fructificationibus* globoſis, pedunculatis. Lin. ſp. 2.
Hab. *Caulis* filiformis, flexuoſus. ramoſus, liberè natans, nec radicatus. *Folia* lanceolata, ſerrata, alterna, glabra. *Fructificationes* globoſæ, pedunculatæ, ſolitariæ, axillares, inanes.
Habitat in pelago Cochinchinenſi.
Burm. Ind. pag. 239. Sargaſſum Litoreum. Rumph. Amb. l. 11. c. 59. tab. 76. fig. 2. Sargaço. Piſ. Braſil. l. 4. pag. 266. fig. ibi.

Sp. 3. FUCUS INFLATUS. α Raong Thiá thiá.
Differ. ſpec. Fuc. *fronde* planâ, dichotomâ, integerrimâ, punctatâ, ovato-lanceolatâ, inflatâ: apice diviſo. Lin. ſp. 10.
Hab. *Caulis* brevis, teres, procumbens, fluctuans, dichotomus, ſemel, aut bis tantum diviſus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, baſi rotundata, apice acuta, raro diviſa, plana, glabra, punctis ſerialibus eminentibus aſpera: *petiolis* alternis, amplexicaulibus, inflatis, canaliculatis, radiculis ramoſis ab baſim verticillatis.
Habitat in paludibus Cochinchinæ.

Sp. 4. FUCUS GRANULATUS. α Raong biẻn.
Differ. ſpec. Fuc. *fronde* filiformi, ramoſiſſimâ: ramulis acuminatis: veſiculis ſub-rotundis, cumulatis: ramis, foliiſque acutis, omnibus innatis. Lin. ſp. 23.
Hab. *Caulis* filiformis, brevis, ramoſiſſimus. *Folia* ſub-linearia, congeſta, acuta, integerrima. *Fructificationes* verrucoſæ, minimæ, contiguæ, ſparſæque, ramulis, & foliis inhærentes.
Habitat ad litora Cochinchinæ.
Burm. Ind. pag. 239.

Sp. 5. FUCUS ACULEATUS. α . . .
Differ. ſpec. Fuc. *fronde* filiformi, compreſſâ, ramoſiſſimâ: dentibus marginalibus ſubulatis, alternis, erectis. Lin. ſp. 26.
Hab. *Caulis* filiformis, teres, brevis: *ramis* plurimis, ſparſis: *foliis* ſubu-

ſubulatis, ſtrictis, denticulatis: denticulis rectis, acutis, aculeos molliuſculos mentientibus. Fructificationes non vidi.
Habitat ad litora Cochinchinenſia.
Fucus Muſcoides. Gmel. Fuc. 130. tab. 12. fig. 1.

Sp. 6. FUCUS TENDO. ß . . .
Differ. ſpec. Fuc. *fronde* filiformi, ſimplici, cartilaginea, ſub-diaphana. Lin. ſp. 30.
Hab. *Caulis* filiformis, ſimplex, longiſſimus, teres, tenuis, pallidus, ſub-diaphanus: *ramis*, & *foliis* nullis. Fructificationes non invêni.
Habitat in Oceano Sinenſi.
Burm. Ind. pag. 239. Fucus Indicus, teres, ſetam piſcatoriam referens, longiſſimus. Pluk. Almag. 160. tab. 184. fig. 3.

Sp. 7. FUCUS SACCHARINUS. ß . . .
Differ. ſpec. Fuc. *fronde* ſub-ſimplici, enſiformi: *ſtirpe* tereti, breviſſimâ. Lin. ſp. 39.
Hab. *Caulis* teres, craſſus, breviſſimus, erectus, ſimplex. *Folia* 4-pedalia, lato-enſiformia, integerrima, craſſa, ſeſſilia, erecta. Fructificationes non vidi.
Habitat ad litora maris Sinici.
Thunb. Jap. pag. 346. Alga longiſſimo, lato, craſſoque folio. Bauh. Pin. pag. 364. n. 5.

GENUS XVIII. CONFERVA.

Char. Gener. *Tubercula* inæqualia, in fibris capillaribus, longiſſimis. Lin. ſy. pl. G. 1323.

Sp. 1. CONFERVA LITORALIS. α Raong bŏi biẻn.
Differ. ſpec. Conf. *filamentis* æqualibus, elongatis, ſcabriuſculis. Lin. ſp. 6.
Hab. Alga marina, *caule* filiformi, tenui, longiſſimo, ramoſiſſimo: *filamentis* capillaribus, longis, rectis, ſimplicibus, æqualibus, alternis, planiuſculis, ſub-ſcabris, atro-virentibus.
Habitat ad litora Cochinchinæ.
Conferva marina, longa, capillacea, ramoſiſſima. Dillen. Muſc. 23. tab. 4. fig. 19.
Uſus. Algâ iſtâ, cujus in Cochinchinâ magna eſt copia, multæ cymbæ onerantur, ut eâ loco ſtercoris vicini agri fertiles reddantur, maximè ut copioſè producant tubera Batatas.

Sp. 2.

Sp. 2. CONFERVA DICHOTOMA. α . . .
Differ. ſpec. Conf. *filamentis* æqualibus, dichotomis. Lin. ſp. 8.
Hab. Alga capillaris, viridis: *filamentis* verticillatis, ſub-teretibus, dichotomis, longiuſculis, æqualibus.
Habitat in aquis ſtagnantibus in Cochinchinâ.
Conferva dichotoma, ſetis porcinis ſimilis. Dill. Muſc. 17. tab. 3. f.9.

Sp. 3. CONFERVA CORALLINA. α Thạch hoa. β Xĕ hōa.
Differ. ſpec. Conf. *filis* geniculatis, dichotomis. Lin. ſp. 15.
Hab. Alga capillaris, tenuis, articulata, pallida: *geniculis* rubeſcentibus. *Filamenta* longiuſcula, ramoſa, apice dichotoma.
Habitat in Cochinchinâ, inhærens ſcopulis, qui aquâ marinâ lavantur.
Conferva marina, gelatinoſa, Corallinæ inſtar geniculata, tenuior. Dill. Muſc. 33. tab. 6. fig. 37.
Uſus. Aqua, in quâ poſt exſiccationem maceratur Alga iſta, mucoſa fit: tunc ad ignem cocta congruenter ſpiſſatur in gelatinam albam, pellucidam, inodoram: quæ in taleolas ſecta, frigidâ, & ſaccharo temperata refrigerium præbet gratiſſimum viatoribus calore æſtivo fatigatis. In hunc finem in tabernis diverſoriis proſtat venalis tam in Cochinchinâ, & Chinâ, quam in Japoniâ: eandemque eſſe ſuſpicor, quæ Muſcus Gelatinus Japonenſis a Rumphio vocatur. Amb. l. 10. c. 62. pag. 90. tab. 40. fig. 3.

F U N G I.

GENUS XIX. AGARICUS.

Char. Gener. *Fungus* horizontalis, ſubtus lamelloſus. Lin. ſy. pl. G. 1325.

Sp. 1. AGARICUS INTEGER. α Nấm mối. β Kiún.
Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, *lamellis* omnibus magnitudine æqualibus. Lin. ſp. 3.
Hab. Fungus magnus, integer: *ſtipite* ſolido, albo, mediocri. *Pileus* orbiculatus, ſub-convexus, albo-fuſcus, lævis: inferius planus, *lamellis* omnibus æqualibus, albis.
Habitat loca agreſtia Cochinchinæ, & Chinæ: ſæpe etiam in hortis.
Agaricus pileo orbiculari, in margine rugoſo, & ſtriato, vertice tumido, petiolo brevi. Gled. Fung. 106. n. 14.
Uſus. Eſculentus, ſapidus, nec inſaluber.

Sp. 2.

Sp. 2. AGARICUS DELICIOSUS. α Nấm Dee. β Hiàm Xuěn.
Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, *pileo* teſtaceo : *ſucco* luteſcente. Lin. ſp. 6.
Hab. Fungus mediocris, coloris lateritii, *ſucco* flaveſcente turgidus : *ſtipite* parvo : *pileo* orbiculato, in centro depreſſo : *lamellis* inæqualibus.
Habitat loca agreſtia Cochinchinæ, & Chinæ.
Amanita lateritii coloris, croceo ſucco turgens. Dill. Giſſ. 179.
Uſus. Eſculentus, ſapidiſſimus.

Sp. 3. AGARICUS EQUESTRIS. α Nấm cứt ngựa.
Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, *pileo* pallido : *diſco* ſtellatim luteo : *lamellis* ſulphureis. Lin. ſp. 14.
Hab. Fungus parvus : *ſtipite* longo, tenui, ſolido : *pileo* ſub-conico, luteo-fuſco : *lamellis* cinereis, alternis anguſtioribus.
Habitat in acervis ſtercoris equini in Cochinchinâ.

Sp. 4. AGARICUS FIMETARIUS. α Nấm cứt tlâu.
Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, *pileo* campanulato, lacero : *lamellis* nigris, lateraliter flexuoſis : *ſtipite* fiſtuloſo. Lin. ſp. 19.
Hab. Fungus parvus : *ſtipite* inani, longo, albo : *pileo* ſub-convexo, aquoſo, fuſco-cinereo : *lamellis* nigris, plicato-flexuoſis.
Habitat in ſterquiliniis bubalorum in Cochinchinâ.
Fungus Sterquilineus. Mich. Gen. 181. tab. 80. fig. 3.

Sp. 5. AGARICUS CAMPANULATUS. α Nấm chuông.
Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus : *pileo* campanulato, ſtriato, pellucido : *lamellis* adſcendentibus : *ſtipite* nudo. Lin. ſp. 20.
Hab. Fungus parvus : *ſtipite* nigro, tenui, flexuoſo, nudo : *pileo* campanulato, ſtriato, nitido : *lamellis* adſcendentibus, inæqualibus, pallidis.
Habitat in agris Cochinchinæ.
Agaricus cauleſcens, pileo conico, cinereo, lamellis albis, ſtipite longo. Lin. Flor. Lappon. 507.

Sp. 6. AGARICUS ANDROSACEUS. α Nấm rom.
Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, albus : *pileo* plicato, membranaceo : *ſtipite* nigro. Lin. ſp. 24.
Hab. Fungus parvus : *ſtipite* filiformi, longo, pallido : *pileo* ſub-conico, membranaceo, plicato, ſubtus nigro, ſuperius cinereo-rufo : *lamellis* tenuiſſimis, ſub-æqualibus.
Habitat in paleis Oryzæ coacervatis, ac putreſcentibus, in Cochinchinâ.

Aga-

Agaricus pileo convexo, plicato, membranaceo: lamellis remotis: ſtipite nigro, procero, capillaceo, nudo. Scop. Carn. 1. pag. 29.

† Sp. 7. AGARICUS OVATUS. α Nấm tlúng.

Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, totus luteus, pulverulentus: *pileo* ovato, ſub-clauſo: *lamellis* æqualibus.

Hab. Fungus puſillus, integrè luteus, pulverulentus: *pileo* ovato: *lamellis* omnibus æqualibus, per parvam aperturam ad baſim vix patentibus.

Habitat in ſylvis Cochinchinæ.

Obſerv. Affinitatem aliquam habet cum Agarico Clavo. Lin. ſp. 25.

† Sp. 8. AGARICUS ARECARIUS. α Nấm Cau.

Differ. ſpec. Agar. ſtipitatus, albiſſimus: *pileo* orbiculato: *lamellis* alternis craſſioribus.

Hab. Fungus minimus, albiſſimus totus: *ſtipite* brevi, ceſpitoſo: *pileo* rotundo, plano, integro, glabro: *lamellis* alternis craſſioribus.

Habitat in caudice Palmæ Arecæ in Cochinchinâ.

† Sp. 9. AGARICUS RAMOSUS. α Nấm cây mục.

Differ. ſpec. Agar. *ſtipite* ramoſo: *pileo* villoſo, lacero: *lamellis* alternis brevioribus.

Hab. Fungus parvus, paraſiticus: *ſtipite* in ramos diviſo: *pileis* convexis, cinereis, villoſis, inciſis, laciniis rotundatis, inæqualibus: *lamellis* fuſco-luteis, alternis brevioribus.

Habitat in Cochinchinâ, in truncis arborum vetuſtate corruptis.

Fungus igneus (Rumph. Amb. l. 11. tab. 56. fig. 5.) etiam ramoſus videtur, & cum noſtro aliquatenus convenit.

GENUS XX. BOLETUS.

Char. Gener. *Fungus* horizontalis, ſubtus poroſus. Lin. ſy. pl. G. 1326.

Sp. 1. BOLETUS SUBEROSUS. α Nấm moúc.

Differ. ſpec. Bol. acaulis pulvinatus, albus, lævis, poris acutis difformibus. Lin. ſp. 2.

Hab. Fungus paraſiticus, albus: *ſtipite* nullo: *pileo* pulvinato, integro, lævi, craſſo: *poris* in paginâ inferiori oblongis, angulatis, irregularibus.

Habitat in arboribus ſylveſtribus.

Thunb. Jap. pag. 347. Boletus acaulis, coriaceo-convexus, villoſus, albus, poris difformibus, rotundis, flexuoſisque. Lin. Fl. Suec. 1093: 1253.

Sp. 2.

Sp. 2. BOLETUS IGNIARIUS. α Nấm Júa.
Differ. ſpec. Bol. acaulis, pulvinatus, lævis: *poris* tenuiſſimis. Lin. ſp. 4.
Hab. Fungus parvus, dimidiatus, acaulis, paraſiticus: *pileo* convexo, lævi, ſubtus ruberrimo, *poris* tenuiſſimis conſito.
Habitat in caudice fruticis Pandani, in Cochinchinâ.
Fungus in caudicibus naſcens, unguis equini figurâ. Bauh. Pin. pag. 372. n. 3. Boletus ſub-rotundus, petiolo horizontali breviſſimo: tubulis ſubtiliſſimis. Gled. Fung. 78. n. 12.
Obſerv. Colore rubro convenit cum Boleto ſanguineo. Lin. ſp. 5.

Sp. 3. BOLETUS VERSICOLOR. α Nấm cui.
Differ. ſpec. Bol. acaulis: *faſciis* dicoloribus: *poris* albis. Lin. ſp. 6.
Hab. Fungus parvus, acaulis, coriaceus, villoſus, integer: *pileo* plano-concavo: ſuperius *zonis* concentricis, dicoloribus: ſubtus *poris* albis, minutiſſimis diſcreto.
Habitat in lignis putreſcentibus, in Cochinchinâ.
Thunb. Jap. pag. 347. Boletus acaulis, pileo coriaceo, villoſo, lineis concentricis, dicoloribus faſciato. Scop. Carn. pag. 46. n. 6.

† Sp. 4. BOLETUS CANALIUM. α Nấm Xỏi.
Differ. ſpec. Bol. ſtipitatus: *pileo* albido, umbilicato, viſcido: *poris* angulatis.
Hab. Fungus minimus, albicans, glaber: *ſtipite* tenui, longo, reflexo: *pileo* integro, umbilicato, lævi, viſcido: *poris* angulatis, patulis, marginalibus minutiſſimis.
Habitat in Cochinhinâ, in tubis ligneis, pluviam tectorum evacuantibus.

GENUS XXI. HYDNUM.

Char. Gener. *Fungus* horizontalis, ſubtus echinatus. Lin. ſy. pl. G. 1327.

Sp. 1. HYDNUM AURISCALPIUM. α Nấm tlẳng nhám.
Differ. ſpec. Hyd. ſtipitatum, *pileo* dimidiato. Lin. ſp. 4.
Hab. Fungus magnus, totus candidus: *ſtipite* brevi, craſſo: *pileo* ſub-plano, dimidiato, craſſiſſimo, ſolido: *villis* duriuſculis ſubtus aſpero, ſuperius lævi.
Habitat in Cochinchinâ, ad arborum radices ſupra terram exertus.
Boletus pileo ſemiorbiculari, leviter faſtigiato: tubulis connexis, echinato-denticulatis: petiolo prealto, & tenui. Gled. Fung. 74. n. 7.

GENUS XXII. PHALLUS.

Char. Gener. *Fungus* ſupra reticulatus, ſubtus lævis. Lin. ſy. pl. G. 1328.

Sp. 1. PHALLUS IMPUDICUS. α Nẫm chó.

Differ. ſpec. Phal. volvatus, ſtipitatus: *pileo* celluloſo. Lin. ſp. 2.

Hab. Fungus mediocris, oblongus, volvatus, aquoſus, albidus, fœtidus, brevis durationis: *ſtipite* craſſo, erecto, ſolido: *pileo* ſubovato, demiſſo, rubeſcente, inferius lævi, ſuperius celluloſo.

Habitat ad ſepes in Cochinchinâ.

Phallus Dæmonis. Rumph. Amb. l. 11. c. 20. tab. 56. fig. 7. Phallus Volvatus, pileo apice clauſo. Act. Stockh. 1732. pag. 20. tab. 2. fig. 1.

GENUS XXIII. CLATHRUS.

Char. Gener. *Fungus* ſub-rotundus, cancellatus. Lin. ſy. pl. G. 1319.

† Sp. 1. CLATHRUS CAMPANA. α Nẫm Bắn.

Differ. ſpec. Cl. *pileo* campaniformi: *ſtipitis* apice perforato, annulato.

Hab. Fungus terreſtris, magnus, nudus, albiſſimus, pulcherrimus: *ſtipite* 3-pollicari, craſſo, recto, tubuloſo, apice pervio. *Pileus* campaniformis, altitudine, & diametro 2-pollicaribus: cancellatus lineis ordinatè decuſſatis, baſi truncatus, patens: annulo ad verticem elevato, apicem ſtipitis exterius circundante.

Habitat circa hortos Cochinchinæ cito putreſcens, & fœtidus.

GENUS XXIV. HELVELLA.

Char. Gener. *Fungus* turbinatus. Lin. ſy. pl. G. 1330.

Sp. 1. HELVELLA MITRA. α Nẫm rách.

Differ. ſpec. Helv. pileo deflexo, adnato, lobato, difformi. Lin. ſp. 1.

Hab. Fungus paraſiticus, irregularis, mediocris, cinereo-fuſcus: *ſtipite* craſſo, ſolido, breviſſimo. *Pileus* turbinatus, inæqualiter lobatus, laciniis obtuſis, craſſis, deflexis, inferius lævibus, ſuperius ſub-ſcabris.

Habitat in truncis arborum putreſcentibus, in Cochinchinâ.

Fungi Digitati, & Cochlearis tertia ſpecies ex utriſque mixta. Rumph. Amb. l. 11. c. 22. pag. 129. tab. 57. fig. E. Elvela ferme ſeſſilis, & parva, laminâ in formam capituli deorſum plicato-laciniatâ & criſpâ.

criſpâ. Gled. Fung. 38. C. Fungus Autumnalis, biſulcus. Mentz. Pugill. tab. 6. fig. 2.

† Sp. 2. HELVELLA AMARA. α. Nấm trầm.
Differ. ſpec. Helv. ſtipitata: *pileo* ſub-orbiculato, lævi, apice turgido.
Hab. Fungus paraſiticus, mediocris, nudus, integer: *pileo* orbiculato, ſub-coriaceo, craſſiuſculo, utrinque lævi, ad centrum tumido, ſuperius albo, inferius luteo-fuſco: *ſtipite* albo, mediocri.
Habitat plerumque in arbore Melaleucâ, in Cochinchinâ.
Uſus. Eſculentus, & ſalutaris, nativâ amaritie per iteratam coctionem depoſitâ.

Sp. 3. HELVELLA PINETI. α. Nấm gouc.
Differ. ſpec. Helv. *Acaulis*. Lin. ſp. 2.
Hab. Fungus paraſiticus, acaulis, albus, mediocris. *Pileus* dimidiatus, ſub-turbinatus, coriaceus, inæqualis; ſupernè criſpus, infernè lævis.
Habitat in Cochinchinâ, lateraliter adhærens arborum truncis.
Agaricus acaulis, utrinque planiuſculus. Lin. Flor. Lapp. 517.

GENUS XXV. PEZIZA.

Char. Gener. *Fungus* campanulatus, ſeſſilis. Lin. ſy. pl. G. 1331.

Sp. 1. PEZIZA AURICULA. α. Nấm mèo. β. Mộc nhĩ.
Differ. ſpec. Pez. concava, rugoſa, auriformis. Lin. ſp. 9.
Hab. Fungus ſeſſilis, paraſiticus, membranaceus, rugoſus, luteo-fuſcus, concavus, inæqualis, interdum anfractuoſus, ſericeus.
Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, adhærens arborum truncis vetuſtis.
Berg. Mat. Med. pag. 927. Boletus quintus, Auris murina dictus. Rumph. Amb. l. 11. c. 20. tab. 56. fig. 4.
Virt. Refrigerans, ſub-aſtringens. Internè prodeſt in dyſenteriâ, & ſputo ſanguineo: externè in ophthalmiâ, ſi prius in aquâ maceratus oculo imponatur.
Uſ. Eſculentus. Ab indigenis libenter uſurpatur cum avibus, vel pedibus porcinis leviter elixatus.

GENUS XXVI. CLAVARIA.

Char. Gener. *Fungus* lævis, oblongus. Lin. ſy. pl. G. 1332.

Sp. 1. CLAVARIA PISTILLARIS. Nâm cút boi. β Mŏ cū tsāi.

Differ. ſpec. Clav. clavæformis, ſimpliciſſima. Lin. ſp. 1.

Hab. Fungus ſeſquipollicaris, integerrimus, oblongus, teres, lævis, albiſſimus, craſſus, ſolidus, erectus, in formam clavæ, ovatam terminatus.

Habitat plerumque in acervis ſtercoris elephantini in Cochinchinâ, & Chinâ.

Clavaria alba, piſtilli formâ. Vaill. Pariſ. 39. tab. 8. fig. 5. Fungus clavatus, albidus, piſtillaris. Bocc. Muſc. 1. tab. 307.

Uſus. Fungus hic edulis, tener, & ſapidus eſt.

Sp. 2. CLAVARIA OPHIOGLOSSOIDES. α . . .

Differ ſpec. Clav. clavata, integerrima, compreſſa, obtuſa. Lin. ſp. 3.

Hab. Fungus brevis, tenuis, oblongus, clavatus, ſub-compreſſus, integerrimus, lævis, carnoſus, erectus, luteo-ruber, vertice obtuſus.

Habitat in ruderibus, in Cochinchinâ.

Clavaria indiviſa, nigra, compreſſa. Hall. Helv. 2206.

Sp. 3. CLAVARIA MUSCOIDES. β Lŭ Kiŏ tsai. α Louç giác thê.

Differ. ſpec. Clav. ramis ramoſis, acuminatis, inæqualibus, luteis. Lin. ſp. 8.

Hab. Fungus ſeſquipollicaris, luteus, aliquando rubeſcens, ſolidus, ramoſus: *ramis* ſub-diviſis, acutis, rectis, erectis, inæqualibus, paucis.

Habitat in ſcopulis, & aggeribus prope mare in Chinâ, & Cochinchinâ.

Thunb. Jap. pag. 348. Fungus parvus, ramoſus, luteus. Raj. Angl. 3. pag. 16. tab. 24. fig. 7.

GENUS XXVII. LYCOPERDON.

Char. Gener. *Fungus* ſub-rotundus, ſeminibus farinaceis repletus. Lin. ſy. pl. G. 1333.

† Sp. 1. LYCOPERDON LAMELLATUM. α Nâm cyç.

Differ. ſpec. Lyc. paraſiticum, ſemirotundum, ex lamellis nigris coaleſcens.

Hab. Fungus 2-pollicaris, ſemirotundus, inæqualis, ſolidus, glaber, inodorus, fuſco-purpureus: intus compoſitus ex lamellis carnoſis, nigris, arctè cohærentibus, non farinaceus, ſeſſilis, ſupra terram eminens, inhærens arborum radicibus fibrillis ſparſis, raris.

Habitat in ſylvis, & ſepibus Cochinchinæ: non edulis.

† Sp. 2.

† Sp. 2. LYCOPERDON GLOMERATUM. α . . .
Differ. ſpec. Lyc. paraſiticum, ſub-rotundum, ex multis aggregatum.
Hab. Fungus ſeſquipollicaris, ſub-rotundus, foris tuberculoſus, fuſcus: intus carnoſus, albus, non farinaceus: quaſi ex multis minoribus conglobatus, ſeſſilis: fibrillis radicalibus arborum vetuſtarum radicibus inſidens, ſupra terram exertus.
Habitat in ſylvis Cochinchinæ: non edulis.
Tuber Sampadarium. Rumph. Amb. l. 11. c. 18. pag. 123.

GENUS XXVIII. MUCOR.

Char. Gener. *Fungus* veſiculis ſtipitatis. Lin. ſy. pl. G. 1334.

Sp. 1. MUCOR SPHÆROCEPHALUS. α Moúc dá.
Differ. ſpec. Muc. perennis: *ſtipite* piliformi, nigro: *capitulo* globoſo, cinereo. Lin. ſp. 1.
Hab. Fungus tenuiſſimus: *ſtipite* nigro, piliformi, longiuſculo, erecto: *capitulo* albicante, globoſo, minuſculo.
Habitat in Cochinchinâ, inſidens lapidibus, & lignis.
Sphœrocephalos niger: villo ochroleuco. Hall. Helv. 3. tab. 1. fig. 3.

Sp. 2. MUCOR MUCEDO. α Moúc bánh hu. β Mói.
Differ ſpec. Muc. ſtipitatus, capſulâ globoſâ. Lin. ſp. 6.
Hab. Fungus tenuiſſimus: *ſtipite* longo, albicante, piliformi, recto: *capitulo* globoſo, lucido.
Habitat in placentis, & oryzâ coctâ diu relictis, in Cochinchinâ, & Chinâ.
Thunb. Jap. pag. 349. Mucor ſtipite ſetaceo, longo: capitulo fugaci, globoſo. Scop. Carn. 1. pag. 67. n. 5.

Sp. 3. MUCOR GLAUCUS. α Moúc Xanh tlái hu.
Differ ſpec. Muc. ſtipitatus, capitulo ſub-rotundo, aggregato. Lin. ſp. 8.
Hab. Fungus exilis, ſtipitatus: *capitulo* glauco, ſub-rotundo, ex multis arctè coeuntibus glomerato.
Habitat in diverſis pomis, quando putredine corrumpuntur.
Aſperpillus capitatus, capitulo glauco, ſeminibus rotundis. Mich. G. 212. tab. 91. fig. 1.
Obſerv. Hæ, & aliæ Mucoris ſpecies occurrunt paſſim in Cochinchinâ, quæ ut lanugo quædam mortua, non tanquam viventia vegetabilia habentur ab indigenis. Omnes certè humanis rebus plus no-

xæ, quam utilitatis afferunt; ideoque in illis deſcribendis non amplius immorandum putavimus.

FINIS.

Et ait: germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum .... Et vidit Deus quod eſſet bonum. Geneſ. c. 1. v. 11. 12.

Benedicite omnia germinantia in terrâ Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Daniel. c. 3. v. 76.

IN.

INDEX
GENERUM, ET SPECIERUM.

A

ABRUS. Diad. G. 3.
Sp. 1. Abr. Precatorius. pag. 428.
ABUTUA. Dioec. G. 29.
1. Abut. Indica. 630.
2. Abut. Africana. 631.
ACANTHUS. Didyn. G. 20.
1. Acant. Ilicifolius. 375.
ACER. Polyg. G. 8.
1. Ac. Pinnatum. 649.
ACORUS. Hexand. G. 24.
1. Acor. Calamus. 208.
ACOSTA. Decand. G. 20.
1. Acoſt. Spicata. 276.
ACROSTICHUM. Crypt. G. 3.
1. Acroſt. Lanceolatum. 672.
ACTŒA. Polyand. G. 3.
1. Act. Aſpera. 332.
ADENODUS. Dodec. G. 5.
1. Aden. Sylveſtris 294.
ADIANTUM. Crypt. G. 7.
1. Adian. Caudatum. 680.
2. Adian. Flábellulatum. 680.
3. Adian. Capillus Veneris. 681.
4. Adian. Scandens. 681.
AERIDES. Gyn. G. 9.
1. Aer. Odorata. 525.
ÆSCHYNOMENE. Diad. G. 19.
1. Æſch. Heterophylla. 446.
2. Æſch. Lagenaria. 446.
AGARICUS. Crypt. G. 19.
1. Agar. Integer. 690.
2. Agar. Delicioſus. 691.
3. Agar. Equeſtris. 691.
4. Agar. Fimetarius. 691.
5. Agar. Campanulatus. 691.
6. Agar. Androſaceus. 691.
7. Agar. Ovatus. 692.
8. Agar. Arecarius. 692.
9. Agar. Ramoſus. 692.
AGERATUM. Syng. G. 12.
1. Ager. Ciliare. 484.
AGLAIA. Pent. G. 82.
1. Agl. Odorata. 173.
AGROSTIS. Triand. Gen. 7.
1. Agroſt. Indica. 49.
2. Agroſt. Radiata. 50.
3. Agroſt. Capillaris. 50.
4. Agroſt. Minima. 50.
5. Agroſt. Odorata. 50.
6. Agroſt. Plicata. 51.
AIDIA. Pent. G. 48.
1. Aid. Cochinchinenſis. 143.
AIRA. Triand. G. 20.
1. Air. Arundinacea. 54.
AJUGA. Didyn. G. 4.
1. Aj. Orientalis. 363.
2. Aj. Reptans. 363.
ALCEA. Monad. G. 17.
1. Alc. Africana. 421.
Aletris. Hex. G. 17.
1. Alet. Cochinchinenſis. 204.
ALLASIA. Tetr. G. 24.
1. Allaſ. Payoſ. 85.
ALLIUM. Hex. G. 15.
1. All. Sativum. 201.
2. All. Cepa. 201.
3. All. Triquetrum. 202.
4. All. Aſcalonicum. 202.
5. All. Odorum. 203.
6. All. Anguloſum. 203.
ALLOPHYLUS. Octand. G. 9.
1. Alloph. Ternatus. 232.
ALOE. Hex. G. 16.

1. Aloe

1. Aloe. Perfoliata. 203.
Aloexylum. Dec. G. 8.
1. Aloex. Agallochum. 267.
Alopecurus. Triand. G. 13.
1. Alop. Hordeiformis. 38.
Amaranthus. Pent. G. 12.
1. Amar. Tricolor. 560.
2. Amarant. Polygamus. 560.
3. Amar. Triſtis. 560.
4. Amar. Oleraceus. 561.
5. Amar. Cruentus. 561.
6. Amar. Spinoſus. 561.
Amaryllis. Hex. G. 12.
1. Amar. Sarnienſis. 200.
Amomum. Monand. G. 1.
1. Am. Zingiber. 2.
2. Am. Zerumbet. 2.
3. Am. Cardamomum. 3.
4. Am. Villoſum. 4.
5. Am. Medium. 4.
6. Am. Globoſum. 4
7. Am. Hirſutum. 5.
8. Am. Galanga. 5.
9. Am. Arboreum. 7.
Amygdalus. Icoſſ. G. 9.
1. Amygd. Perſica. 315.
2. Amygd. Communis. 316.
3. Amygd. Pumila. 316.
4. Amygd. Cochinchinenſis. 316.
Amyris. Octand. G. 6.
1. Amyr. Ambroſiaca. 230.
Anacardium. Enneand. G. 2.
1. Anac. Occidentale. 248.
Anagyris. Decand. G. 1.
1. Anag. Fœtida. 260.
2. Anag. Inodora. 260.
Anchusa. Pent. G. 5.
1. Anch. Officinalis. 103.
Andropogon. Polyg. G. 3.
1. And. Schoenanthus. 646.
Anethum. Pent. G. 97.
1. Anet. Foeniculum. 181.
Annona. Polyand. G. 26.
1. Annon. Squamoſa. 349.
2. Annon. Aſiatica. 350.
Anoma. Decand. G. 23.
1. Anom. Moringa. 279.
2. Anom. Morunga. 279.
3. Anom. Cochinhinenſis. 280.
Antherura. Pent. G. 49.
1. Anther. Rubra. 144.
Anthoxanthum. Diand. G. 14.
1. Anthox. Pulcherrimum. 29.
Anthyllis. Diad. Gen. 6.
1. Ant. Indica. 429.
Antidesma. Dioec. G. 18.
1. Antid. Scandens. 617.
Antirrhinum. Didyn. G. 31.
1. Antirr. Spurium. 383.
2. Antirr. Linara. 383.
3. Antirr. Molle. 383.
4. Antirr. Porcinum. 384.
5. Antirr. Aquaticum. 384.
Apocynum. Pent. G. 76.
1. Apoc. Reticulatnm. 167.
2. Apoc. Juventas. 167.
3. Apoc. Alterniflorum. 368.
4. Apoc. Africanum. 368.
Arachis. Diad. G. 7.
1. Arach. Aſiatica. 430.
2. Arach. Africana. 430.
Aralia. Pent. G. 107.
1. Aral. Octophylla. 187.
2. Aral. Palmata. 187,
3. Aral. Chinenſis. 187.
Areca. Monoec. G. 26.
1. Ar. Catechu. 567.
2. Ar. Sylveſtris. 568.
Argyreia. Pent. G. 36.
1. Arg. Obtuſifolia. 134.
2. Arg. Acuta. 135.
3. Arg. Arborea. 135.
Aristolochia. Gyn. G. 14.
1. Ariſt. Indica. 528.
Aristotelea. Gyn. Gen. 6.
1. Ariſt. Spiralis. 522.

Arsis. Polyand. G. 8.
1. Arſ. Rugoſa. 335.
Artemisia. Syng. G. 19.
1. Artem. Judaica. 489.
2. Artem. Aquatica. 490.
3. Artem. Abrotanum. 490.
4. Artem. Annua. 490.
5. Artem. Vulgaris. 491.
6. Artem. Chinenſis. 492.
Arum. Gyn. G. 19.
1. Ar. Dracontium. 533.
2. Ar. Triphyllum. 533.
3. Ar. Pentaphyllum. 533.
4. Ar. Trilobatum. 534.
5. Ar. Sagittifolium. 534.
6. Ar. Colocaſia. 534.
7. Ar. Eſculentum. 535.
8. Ar. Macrorrhizum. 535.
9. Ar. Ariſarum. 535.
10. Ar. Indicum. 536.
11. Ar. Cucullatum. 536.
Arundo. Triand. G. 22.
1. Arund. Donax. 55.
2. Arund. Epigegos 55.
3. Arund. Piſcatoria 55.
4. Arund. Dioica. 55.
5. Arund. Bambu. 56.
6. Arundo. Agreſtis. 57.
7. Arund. Mitis. 57.
8. Arund. Multiplex. 58.
Asarum. Dodec. G. 1.
1. Aſar. Virginicum. 292.
Asclepias. Pent. G. 78.
1. Aſcl. Fuſca. 170.
Aspalathus. Diad. G. 8.
1. Aſp. Arborea. 431.
Asplenium. Crypt. G. 5.
1. Aſpl. Hemionitis. 677.
2. Aſpl. Scolopendrium. 677.
3. Aſpl. Nodoſum. 678.
4. Aſpl. Trichomanoides. 678.
5. Aſpl. Bulboſum. 678.
Aster. Syng. G. 34.
1. Aſter. Indicus. 503.
Astranthus. Heptand. G. 3.
1. Aſtrant. Cochinchinenſis. 222.
Athamanta. Pent. Gen. 92.
1. Atham. Chinenſis. 178.
Atruphyllum. Pent. G. 21.
1. Atruph. Lineare. 120.
Aubletia. Decand. G. 28.
1. Aubl. Ramoſiſſima. 283.
Averrhoa. Pent. G. 35.
1. Averrh. Carambola. 288.
2. Averrh. Bilimbi. 289.
Augia. Polyan. G. 11.
1. Aug. Sinenſis. 337.
Aulacia. Decan. G. 16.
1. Aul. Falcata. 273.
Axia. Triand. G. 2.
1. Ax. Cochinchinenſis. 36.
Azalea. Pent. G. 13.
1. Azal. Punctata. 113.

B

Baccaurea. Polyg. G. 19.
1. Bacc. Ramiflora. 661.
2. Bacc. Cauliflora. 661.
3. Bacc. Sylveſtris. 662.
Baccharis. Syng. G. 22.
1. Bacch. Dioſcoridis. 494.
2. Bacch. Salvia. 494.
3. Bacch. Chinenſis. 494.
Ballota. Didyn. G. 6.
1. Ball. Piloſa. 364.
Balsamaria. Polyad. G. 3.
1. Balſ. Inophyllum. 470.
Barbula. Didyn. G. 10.
1. Barb. Sinenſis. 367.
Barleria. Didyn. G. 23.
1. Barl. Procumbens. 377.
Baryxylum. Dec. G. 7.
1. Baryx. Rufum. 266.
Basella. Pent. G. 102.
1. Baſ. Nigra. 183.

Bembix. Dec. G. 27.
1. Bemb. Tectoria. 282.
Beta. Pent. G. 85.
1. Bet. Vulgaris. 174.
Betonica. Didyn. G. 5.
1. Beton. Officinalis. 364.
Bidens. Syng. G. 17.
1. Bid. Piloſa. 488.
2. Bid. Bipinnata. 488.
Bignonia. Didyn. G. 26.
1. Bign. Indica. 379.
2. Bign. Pentandra. 379.
3. Bign. Longiſſima. 380.
Blastus. Gyn. G. 11.
1. Blaſt. Cochinchinenſis. 527.
Bobartia. Triand. G. 11.
1. Bob. Indica. 45.
Boerhaavia. Monand. G. 9.
1. Boer. Diffuſa. 15.
2. Boer. Africana. 16.
Boletus. Crypt. G. 20.
1. Bol. Suberoſus. 692.
2. Bol. Igniarius. 693.
3. Bol. Verſicolor. 693.
4. Bol. Canalium. 693.
Bombax. Monad. G. 13.
1. Bomb. Pentandrum. 415.
Borassus. Dioec. G. 19.
1. Bor. Flabelliformis. 618.
2. Bor. Gomutus. 618.
3. Bor. Caudata. 619.
4. Bor. Tunicata. 619.
Bosea. Pent. G. 88.
1. Boſ. Cannabina. 176.
Botria. Pent. 59.
1. Botr. Africana. 154.
Bragantia. Gyn. Gen. 13.
1. Brag. Racemoſa. 528.
Brassica. Tetrad. G. 4.
1. Braſſ. Oleracea. 396.
2. Braſſ. Chinenſis. 397.
Bromelia. Hex. G. 1.
1. Brom. Ananas. 192.
Bryonia. Monoec. G. 49.
1. Bryon. Haſtata. 594.
2. Bryon. Triloba. 595.
3. Bryon. Grandis. 595.
4. Bryon. Cochinchinenſis. 595.
Bryum. Crypt. G. 12.
1. Bry. Undulatum. 683.
2. Bry. Truncatum. 684.
3. Bry. Viridulum. 684.
Bubon. Pent. G. 94.
1. Bub. Macedonicum. 179.
Budleia. Tetr. G. 9.
1. Budl. Aſiatica. 72.
2. Budl. Ternata. 72.
Buphthalmum. Syng. G. 38.
1. Bupht. Oleraceum. 506.
Buxus. Monoec. G. 13.
1. Bux. Sempervirens. 554.
Byssus. Crypt. G. 15.
1. Byſſ. Candellaris. 687.

C

Cacalia. Syng. G. 13.
1. Cac. Procumbens. 485.
2. Cac. Bulboſa. 485.
3. Cac. Sonchifolia. 486.
4. Cac. Pinnatifida. 486.
Cactus. Icoſ. G. 1.
1. Cact. Ficus Indica. 306.
Cœsalpinia. Dec. G. 3.
1. Cœſ. Sappan. 262.
Calamus. Hex. G. 25.
1. Cal. Petræus. 209.
2. Cal. Rudentum. 209.
3. Cal. Scipionum. 210.
4. Cal. Verus. 210.
5. Cal. Amarus. 210.
6. Cal. Dioicus. 211.
Calea. Syng. G. 16.
1. Cal. Cordata. 488.
Calispermum. Pent. G. 62.
1. Caliſp. Scandens. 156.

Calla. Gyn. Gen. 18.
1. Cal. Occulta. 532.
Callicarpa. Tetr. G. 6.
1. Callic. Americana. 70.
2. Callic. Umbellata. 70.
3. Callic. Triloba. 70.
Calligonum. Polyand. G. 18.
1. Callig. Aſperum 342.
Callista. Gyn. G. 2.
1. Calliſt. Amabilis. 519.
Calodium. Gyn. G. 1.
1. Calod. Cochinchinenſe. 247.
Cambogia. Polyand. G. 4.
1. Camb. Gutta. 332.
Camellia. Monad. G. 9.
1. Camel. Drupifera. 411.
Campanula. Pent. G. 43.
1. Campan. Repens. 139.
Campsis. Didyn. Gen. 24.
1. Campſ. Adrepens. 378.
Campylus. Pent. G. 14.
1. Campyl. Sinenſis. 113.
Canarina. Hex. G. 5.
1. Canar. Zanguebar. 195.
Canna. Monand. G. 3.
1. Canna. Indica. 10.
Cannabis. Dioec. G. 16.
1. Cannab. ſativa. 616.
Capparis. Polyand. G. 2.
1. Capp. Zeylanica. 330.
2. Capp. Cantonienſis. 331.
3. Capp. Magna. 331.
4. Capp. Falcata. 331.
Capsicum. Pent. G. 32.
1. Capſ. Annuum. 127.
2. Capſ. Baccatum 127.
3. Capſ. Fruteſcens. 128.
Cardamine. Tetrad. G. 7.
1. Cardam. Chelidonia. 398.
Cardiospermum. Oct. G. 15.
1. Card. Halicacabum. 239.
2. Card. Corindum. 239.
Carduus. Syng. G. 9.
1. Card. Lanceolatus. 481.
1. Card. Tuberoſus. 482.
Carica. Dioec. G. 27.
1. Caric. Papaia. 628.
Carissa. Pent. G. 28.
1. Cariſſ. Carandas. 124.
Carthamus. Syng. G. 8.
1. Carth. Tinctorius. 481.
Cariophyllus. Pol. Gen. 5.
1. Caryoph. Aromaticus. 333.
Caryota. Monoec. G. 27.
1. Caryot. Mitis. 569.
Cassia. Dec. G. 5.
1. Caſſ. Tora. 263.
2. Caſſ. Obtuſifolia. 263.
3. Caſſ. Fiſtula. 264.
4. Caſſ. Sophera. 264.
5. Caſſ. Procumbens. 264.
Casuarina. Monoec. G. 5.
1. Caſuar. Africana. 549.
Cathetus. Dioec. G. 5.
1. Cathet. Faſciculata. 608.
Caturus. Dioec. G. 11.
1. Catur. Scandens. 612.
Caucalis. Pent. G. 90.
1. Cauc. Orientalis. 177.
Cedrela. Pent. G. 67.
1. Cedr. Roſmarinus. 160.
Celosia. Pent. G. 71.
1. Celoſ. Caſtrenſis. 163.
2. Celoſ. Angentea. 163.
3. Celoſ. Margaritacea. 164.
Centaurea. Syng. G. 41.
1. Centaur. Phrygia. 508.
Centipeda. Syng. G. 20.
1. Centip. Orbicularis. 493.
Cephalanthus. Tetrand. G. 2.
1. Cephal. Occidentalis. 67.
2. Cephal. Anguſtifolius. 67.
3. Cephal. Procumbens. 67.
4. Cephal. Montanus. 67.
5. Ceph. Stellatus. 68.
Ceraia. Gyn. G. 1.

1. Cer. Simpliciſſima. 518.
CERASTIUM. Dec. G. 30.
1. Ceraſt. Repens. 284.
CERBERA. Pent. G. 38.
1. Cerb. Salutaris. 136.
CERIUM. Pent. G. 87.
1. Cer. Spicatum. 136.
CEROPEGIA. Pent. G. 15.
1. Cerop. Candelabrum. 114.
2. Cerop. Obtuſa. 114.
3. Cerop. Cordata. 114.
CHALCAS. Dec. G. 13.
1. Chalc. Paniculata. 270.
2. Chalc. Japonenſis. 271.
CHAMÆROPS. Polyg. G. 15.
1. Chamær. Cochinchinenſis. 657.
CHELIDONIUM. Polyand. G. 1.
1. Chel. Maius. 330.
CHELONE. Didyn. G. 30.
1. Chel. Obliqua. 382.
CHENOPODIUM. Pent. G. 84.
1. Chenop. Hybridum. 174.
CHRYSANTHEMUM. Syng. G. 28.
1. Chryſ. Indicum. 499.
2. Chryſ. Procumbens. 499.
CHRISOCOMA. Syng. G. 14.
1. Chryſoc. Villoſa. 486.
CICCA. Monoec. G. 15.
1. Cic. Racemoſa. 556.
CICHORIUM. Syng. G. 1.
1. Cich. Endivia. 478.
CINERARIA. Syng. G. 31.
1. Ciner. Repanda. 501.
CISSUS. Tetrand. G. 25.
1. Ciſſ. Trifoliata. 83.
2. Ciſſ. Vitiginea. 83.
3. Ciſſ. Quadrangularis. 84.
4. Ciſſ. Umbellata. 84.
CITRUS. Polyad. G. 1.
1. Citr. Medica. 465.
2. Citr. Aurantium. 466.
3. Citr. Nobilis. 466.
4. Citr. Madurenſis. 467.
5. Citr. Margarita. 467.
6. Citr. Fuſca. 467.
7. Citr. Decumana. 467.
CITTA. Diad. G. 28.
1. Cit. Nigricans. 456.
CLADODES. Monoec. G. 32.
1. Clad. Rugoſa. 574.
CLATHRUS. Crypt. G. 23.
1. Clathr. Campana. 694.
CLAVARIA. Crypt. G. 26.
1. Clav. Piſtillaris. 696.
2. Clav. Ophiglosſoides. 696.
3. Clav. Muſcoides. 696.
CLEMATIS. Polyand. G. 21.
1. Clem. Dioica. 344.
2. Clem. Virginiana. 345.
3. Clem. Sinenſis. 345.
4. Clem. Minor. 345.
CLEOME. Tetrad. G. 6.
1. Cleom. Pentaphylla. 397.
2. Cleom. Icoſandra. 398.
CLERODENDRUM. Didyn. G. 37.
1. Clerod. Infortunatum. 387.
CLINOPODIUM. Didyn. G. 19.
1. Clinop. Aſiaticum. 374.
CLITORIA. Diad. G. 26.
1. Clitoria Ternatea. 454.
CLUTIA. Dioec. G. 37.
1. Clut. Monoica. 638.
COCCOLOBA. Octand. G. 16.
1. Coccol. Aſiatica. 239.
2. Coccol. Cymoſa. 240.
COCOS. Monoec. G. 25.
1. Cocos Nucifera. 566.
2. Cocos. Nypa. 567.
COFFEA. Pent. G. 50.
1. Coff. Arabica. 144.
2. Coff. Racemoſa. 145.
3. Coff. Zanguebariæ. 145.
COIX. Monoec. G. 8.
1. Coix Lachryma. 551.
2. Coix Agreſtis. 551.
COLEUS. Didyn. G. 17.

1. Coleus Amboinicus. 372.
COLUMELLA. Tetr. G. 27.
1. Colum. Pedata. 86.
COLUMNEA. Didyn. 32.
1. Columa. Stellata. 384.
COMMELINA. Triand. G. 6.
1. Comm. Communis. 38.
2. Comm. Africana. 39.
3. Comm. Benghalenſis. 39.
4. Comm. Cucullata. 39.
5. Comm. Tuberoſa. 40.
6. Comm. Medica 40.
7. Comm. Zanonia. 40.
COMMIA. Dioec. G. 3.
1. Com. Cochinchinenſis. 606.
CONFERVA. Crypt. G. 18.
1. Conf. Litoralis. 689.
2. Conf. Dichotoma. 690.
3. Conf. Corallina. 690.
CONVOLVULUS. Pent. G. 9.
1. Conv. Arvenſis. 106.
2. Conv. Scammonia. 106.
3. Conv. Medium. 106.
4. Conv. Panduratus. 107.
5. Conv. Obſcurus. 107.
6. Conv. Batatas. 107.
7. Conv. Mammoſus. 108.
8. Conv. Malabaricus. 108.
9. Conv. Canarienſis. 108.
10. Conv. Tomentoſus. 108.
11. Conv. Reptans. 109.
12. Conv. Bufalinus. 109.
13. Conv. Pes capræ. 109.
14. Conv. Aggregatus. 109.
CONYZA. Syng. G. 23.
1. Conyz. Pubigera. 495.
2. Conyz. Candida 495.
3. Conyz. Odorata. 495.
4. Conyz. Chinenſis. 496.
5. Conyz. Hirſuta 496.
CORCHORUS. Polyand. G. 7.
1. Corch. Capſularis. 334.
COREOPSIS. Syng. G. 42.
1. Coreopſ. Leucorrhiza. 508.
2. Coreopſ. Biternata. 508.
CORIANDRUM. Pent. G. 96.
1. Coriand. Sativum. 180.
2. Coriand. Teſticulatum. 180.
CORNUTIA. Didyn. G. 36.
1. Corn. Quinata. 387.
CORONILLA. Diad. G. 21.
1. Coron. Cochinchinenſis. 452.
CORYPHA. Hex. G. 27.
1. Coryph. Saribus 212.
2. Coryph. Africana 213.
3. Coryph. Pilearia 213.
COTULA. Syng. G. 21.
1. Cotul. Anthemoides. 493.
COTYLEDON. Dec. G. 33.
1. Cotyl. Laciniata. 286.
2. Cotyl. Serrata 287.
CRASSULA. Pent. G. 105.
1. Craſſ. Pinnata. 185.
CRASPEDUM. Polyand. G. 10.
1. Craſp. Tectorium. 336.
CRATÆGUS. Icoſ. G. 13.
1. Crat. Indica. 319.
2. Crat. Bibas. 319.
3. Crat. Rubra. 320.
CREODUS. Tetrand. G. 32.
1. Creod. Odorifer. 89.
CRINUM. Hex. G. 9.
1. Crin. Aſiaticum. 197.
2. Crin. Zeylanicum. 198.
CROTOLARIA. Diad. G. 11.
1. Crotol. Heptaphylla. 433.
2. Crotol. Scandens. 433.
CROTON. Monoec. G. 40.
1. Crot. Punctatum. 581.
2. Crot. Lanatum. 581.
3. Crot. Congeſtum. 582.
4. Crot. Tiglium. 582.
5. Crot. Lacciferum. 582.
6. Crot. Aromaticum. 583.
7. Crot. Moluccanum. 583.
CRUCIANELLA. Tetrand. G. 19.

1. Cruc.

1. Cruc. Anguſtifolia. 79.
CUBOSPERMUM. Dec. G. 19.
1. Cuboſp. Paluſtre. 275.
CUCUMIS. Monoec. G. 47.
1. Cucum. Sativus. 591.
2. Cucum. Melo. 591.
3. Cucum. Acutangulus. 591.
4. Cucum. Maderaſpatanus. 592.
CUCURBITA. Monoec. G. 48.
1. Cucurb. Lagenaria. 592.
2. Cucurb. Pepo. 593.
3. Cucurb. Melopepo. 593.
4. Cucurb. Citrullus. 594.
CUPRESSUS. Monoec. G. 38.
1. Cupr. Sempervirens. 580.
2. Cupr. Thyoides. 580.
CURCUMA. Monand. G. 2.
1. Curc. Longa. 8.
2. Curc. Rotunda. 9.
3. Curc. Pallida. 9.
CYATHULA. Pent. G. 2.
1. Cyat. Geniculata. 102.
CYCAS. Dioec. G. 30.
1. Cyc. Inermis. 632.
CYLINDRIA. Tetrand. G. 4.
1. Cylind. Rubra. 69.
CYNANCHUM. Pent. G. 74.
1. Cynanch. Odoratiſſimum. 166.
2. Cynanch. Inodorum. 166.
CYNOMETRA. Dec. G. 9.
1. Cynom. Pinnata. 268.
CYNOSURUS. Triand. G. 25.
1. Cynoſ. Ægyptius. 59.
2. Cynoſ. Indicus. 59.
CYPERUS. Triand. G. 8.
1. Cyp. Articulatus. 41.
2. Cyp. Monti. 42.
3. Cyp. Rotundus. 42.
4. Cyp. Elatus. 42.
5. Cyp. Compreſſus. 43.
6. Cyp. Pumilus. 43.
CYRTA. Dec. G. 22.
1. Cyrt. Agreſtis. 278.
CYTISUS. Diad. G. 36.
1. Cyt. Cajan. 462.

D

DAPHNE. Oct. G. 13.
1. Daph. Triflora. 236.
2. Daph. Cannabina. 236.
3. Daph. Indica. 237.
4. Daph. Odora. 237.
DARTUS. Pent. G. 27.
1. Dart. Perlarius. 124.
DASUS Pent. G. 46.
1. Daſ. Verticillatus. 142.
DATURA. Pent. G. 10.
1. Dat. Metel. 110.
DAUCUS. Pent. G. 91.
1. Dauc. Carota. 178.
DECADIA. Icoſ. G. 8.
1. Decad. Aluminoſa. 315.
DENTIDIA. Didyn. G. 13.
1. Dent. Nankinenſis. 369.
DERRIS. Diad. G. 10.
1. Derr. Pinnata. 432.
2. Derr. Trifoliata. 433.
DESMOS. Polyand. G. 28.
1. Deſm. Cochinchinenſis. 352.
2. Deſm. Chinenſis. 352.
DIANTHERA. Diand. G. 9.
1. Dianth. Paniculata. 26.
DIANTHUS. Dec. G. 26.
1. Diant. Caryophyllus. 281.
2. Diant. Chinenſis. 282.
DIAPHORA. Monoec. G. 36.
1. Diaph. Cochinchinenſis. 578.
DIATOMA. Dodec. G. 7.
1. Diat. Brachiata. 296.
DICALIX. Polyg. G. 21.
1. Dical. Cochinchinenſis. 663.
DICEROS. Didyn. G. 28.
1. Dicer. Cochinchinenſis. 381.
DICHROA. Dodec. G. 12.
1. Dichroa Febrifuga. 301.

Di-

Digitalis. Didyn. G. 25.
1. Digit. Cochinchinenſis. 378.
2. Digit. Sinenſis. 378.
Dimocarpus. Octand. G. 10.
1. Dimoc. Lichi. 233.
2. Dimoc. Longan. 233.
3. Dimoc. Crinita. 234.
4. Dim. Informis. 234.
Dioscorea. Dioec. G. 23.
1. Dioſc. Alata. 623.
2. Dioſc. Oppoſitifolia. 624.
3. Dioſc. Eburina. 625.
4. Dioſc. Cirrhoſa. 625.
5. Diſoc. Aculeata. 625.
Diosma. Pent. G. 68.
1. Dioſm. Aſiatica. 161.
Diospyros. Octand. G. 3.
1. Dioſp. Lotus. 226.
2. Dioſp. Kaki. 226.
3. Dioſp. Lobata. 227.
4. Dioſp. Decandra. 227.
5. Dioſp. Dodecandra. 228.
Diphaca. Diadelph. G. 25.
1. Diph. Cochinchinenſis. 454.
Dissolena. Pent. G. 40.
1. Diſſol. Verticillata. 138.
Dodecadia. Icoſ. G. 12.
1. Dodec. Agreſtis. 319.
Dolichos. Diad. G. 13.
1. Dol. Sinenſis. 436.
2. Dol. Unguiculatus. 436.
3. Dol. Enſiformis. 437.
4. Dol. Tetragonolobus. 437.
5. Dol. Pruriens. 438.
6. Dol. Altiſſimus. 438.
7. Dol. Purpureus. 438.
8. Dol. Albus 439.
9. Dol. Bulboſus. 439.
10. Dol. Trilobus. 439.
11. Dol. Montanus. 440.
12. Dol. Biflorus. 441.
13. Dol. Soia. 441.
14. Dol. Catiang. 442.
15. Dol. Haſtatus. 442.
Donax. Monand. G. 4.
1. Don. Arundinaſtrum. 11.
Dorstenia. Tetr. G. 35.
1. Dorſt. Chinenſis. 90.
Dracœna. Hex. G. 8.
1. Drac. Ferrea. 196.
2. Drac. Enſifolia. 197.
Dracocephalum. Didyn. G. 15.
1. Dracoc. Cochinchinenſe. 371.
Drosera. Pent. G. 106.
1. Droſ. Rotundifolia. 186.
2. Droſ. Umbellata. 186.
Drupatris. Icoſ. G. 7.
1. Drup. Cochinchinenſis. 314.
Dysoda. Pent. G. 51.
1. Diſod. Faſciculata. 146.

E

Ebenoxylum. Dioec. G. 12.
1. Ebenox. Verum. 613.
Echinus. Dioec. G. 31.
1. Echin. Triſulcus. 633.
Echium. Pent. G. 3.
1. Ech. Vulgare. 102.
Eclipta. Syng. G. 37.
1. Eclipta Erecta. 505.
2. Eclipta Poſtrata. 505.
Echtrus. Polyand. G. 20.
1. Echtr. Trivialis. 344.
Elæaganus. Tetr. G. 33.
1. Elæag. Latifolia. 89.
Elæocarpus. Polyand. G. 12.
1. Elæoc. Integerrima. 338.
Enkianthus. Dec. G. 21.
1. Enkiant. Quinqueflora. 277.
2. Enkiant. Biflora. 277.
Enydra. Syng. G. 45.
1. Enyd. Fluctuans. 511.
Epidendrum. Gyn. G. 8.
1. Epid. Tuberoſum. 523.
2. Epid. Enſifolium. 524.

Epi-

Epilobium. Octand. G. 2.
1. Epil. Tetragonum. 225.
Equicetum. Crypt. G. 1.
1. Equic. Arvenſe. 671.
2. Equic. Hyemale. 671.
Eranthemum. Diandr. G. 3.
1. Eranth. Spinoſum. 19.
Erigeron. Syng. G. 19.
1. Erig. Philadelphium. 500.
2. Erig. Hirſutum. 500.
Eriocaulon. Triandr. G. 27.
1. Erioc. Quadrangulare. 60.
2. Erioc. Setaceum. 60.
Ervum. Diad. G. 34.
1. Erv. Hirſutum. 461.
Erythrina. Diad. G. 2.
1. Eryth. Corallodendrum. 427.
2. Eryth. Fuſca. 427.
Euclea. Dioec. G. 28.
1. Eucl. Piloſa. 629.
2. Eucl. Herbacea. 629.
Eugenia. Icoſ. G. 2.
1. Eug. Malaccenſis. 306.
2. Eug. Jambos. 307.
3. Eug. Acutangula. 307.
4. Eug. Nervoſa. 308.
5. Eug. Corticoſa. 308.
Evonymus. Pent. G. 63.
1. Evon. Chinenſis. 156.
Eupatorium. Syng. G. 15.
1. Eupat. Purpureum. 487.
2. Eupat. Sinuatum. 487.
Euphorbia. Dodec. G. 9.
1. Euphorb. Antiquorum. 298.
2. Euphorb. Edulis. 298.
3. Euphorb. Neriifolia. 298.
4. Euphorb. Tirucalli. 299.
Excœcaria. Dioec. G. 10.
1. Excœc. Cochinchinenſis. 612.
Eystathes. Octand. G. 11.
1. Eyſt. Sylveſtris. 235.

F

Fagara. Tetr. G. 20.
1. Fagar. Piperita. 80.
Fagus. Monoec. G. 29.
1. Fag. Caſtanea. 571.
2. Cochinchinenſis. 571.
Fallopia. Polyandr. G. 9.
1. Fallop. Nervoſa. 336.
Fibraurea. Dioec. G. 24.
1. Fibraur. Tinctoria. 626.
Ficus. Polyg. G. 22.
1. Fic. Carica. 664.
2. Fic. Sycomorus. 664.
3. Fic. Religioſa. 664.
4. Fic. Benghalenſis. 665.
5. Fic. Indica. 665.
6. Fic. Benjamina. 665.
7. Fic. Auriculata. 666.
8. Fic. Maculata. 666.
9. Fic. Septica. 667.
10. Fic. Pumila. 667.
11. Fic. Politoria. 667.
12. Fic. Simpliciſſima. 667.
13. Ficus Cannabina. 668.
Flagellaria. Hex. G. 26.
1. Flagell. Indica. 211.
2. Flagell. Repens. 212.
Floscopa. Hex. G. 2.
1. Floſc. Scandens. 193.
Fontinalis. Crypt. G. 13.
1. Fontin. Heterophylla. 684.
Fragaria. Icoſ. G. 19.
1. Fragar. Veſca. 325.
Fritillaria. Hex. G. 21.
1. Fritill. Cantonienſis. 206.
Fucus. Crypt. G. 17.
1. Fucus Uvarius. 688.
2. Fuc. Natans. 688.
3. Fuc. Inflatus. 688.
4. Fuc. Granulatus. 688.
5. Fuc. Aculeatus. 688.

6. Fuc

6. Fuc. Tendo. 689.
7. Fuc. Saccharinus. 689.

G

GALEOLA. Gyn. G. 4.
1. Galeol. Nudifolia. 521.
GALIUM. Tetr. G. 17.
1. Gal. Tuberoſum. 79.
GARCIANA. Monand. G. 8.
1. Garc. Cochinchinenſis. 15.
GARDENIA. Pent. G. 53.
1. Gard. Grandiflora. 147.
2. Gard. Florida. 147.
3. Gard. Volubilis. 148.
GAURA. Oct. G. 1.
1. Gaur. Chinenſis. 225.
GELA. Oct. G. 9.
1. Gel. Lanceolata. 232.
GEMELLA. Polyg. G. 7.
1. Gemel. Trifolia. 649.
GENIPA. Pent. G. 54.
1. Gen. Bufalina. 149.
2. Gen. Eſculenta. 149.
3. Gen. Flava. 149.
GENISTA. Diad. G. 4.
1. Geniſt. Scandens. 428.
GENTIANA. Pent. G. 80.
1. Gent. Scandens. 171.
2. Gent. Aquatica. 172.
GLABRARIA. Polyad. G. 4.
1. Glabr. Terſa. 471.
GLADIOLUS. Triandr. G. 3.
1. Glad. Undulatus. 36.
GLYCINE. Diad. G. 29.
1. Glyc. Subterranea. 457.
GLYCYRRHIZA. Diad. G. 18.
1. Glycyrrh. Echinata. 445.
2. Glycyrrh. Glabra. 446.
GMELINA. Didyn. G. 21.
1. Gmel. Aſiatica. 376.
GNAPHALIUM. Syng. G. 25.
1. Gnaph. Indicum. 497.
GOMPHRÆNA. Pent. G. 86.
1. Gomph. Globoſa. 175.
GONUS. Polyg. G. 16.
1. Gon. Amariſſimus. 658.
GORTERIA. Syng. G. 40.
1. Gort. Setoſa. 507.
GOSSYPIUM. Monad. G. 14.
1. Goſſyp. Herbaceum. 415.
2. Goſſyp. Arboreum. 416.
GRAMMICA. Pent. G. 89.
1. Gram. Aphylla. 171.
GRATIOLA. Diandr. G. 7.
1. Grat. Hyſſopioides. 22.
2. Grat. Stricta. 23.
3. Grat. Rugoſa. 23.
GRONA. Diad. G. 31.
1. Gron. Repens. 459.
GUILANDINA. Dec. G. 6.
1. Guil. Bonducella. 265.
2. Guil. Gemina. 265.

H

HECATONIA. Dodec. G. 14.
1. Hecat. Paluſtris. 303.
2. Hecat. Piloſa. 303.
Hedona. Dec. G. 32.
1. Hedona Sinenſis. 286.
Hedyotis. Tetrand. G. 15.
1. Hed. Herbacea. 77.
Hedyſarum. Diad. G. 20.
1. Hed. Reniforme. 447.
2. Hed. Veſpertilionis. 447.
3. Hed. Gangeticum. 448.
4. Hed. Triquetrum. 448.
5. Hed. Diphyllum. 449.
6. Hed. Pulchellum. 449.
7. Hed. Elegans. 450.
8. Hed. Triflorum. 450.
9. Hed. Lagopodioides. 450.
10. Hed. Crinitum. 451.
11. Hed. Alpinum. 451.
12. Hed. Virginicum. 451.

13. Hed. Lineare 452.
Helianthus. Syng. G. 43.
1. Hel. Annuus. 509.
2. Hel. Giganteus. 509.
Helicia. Tetrand. G. 24.
1. Helic. Cochinchinenſis. 83.
Helicteres. Gyn. G. 16.
1. Helict. Anguſtifolia. 530.
2. Helict. Hirſuta. 530.
3. Helict. Undulata. 531.
4. Helict. Paniculata. 531.
Heliotropium. Pent. G. 4.
1. Heliotr. Indicum. 103.
2. Heliotr. Tetrandrum. 103.
Helixanthera. Pent. G. 47.
1. Helixanth. Paraſitica. 142.
Helvella. Crypt. G. 24.
1. Helv. Mitra. 694.
2. Helv. Amara. 695.
3. Helv. Pineti. 695.
Hemerocallis. Hex. G. 19.
1. Hemer. Fulva. 205.
Heptaca. Polyg. G. 14.
1. Hept. Africana. 657.
Hexadica. Monoec. G. 20.
1. Hexad. Cochinchinenſis. 562.
Hexanthus. Hex. G. 7.
1. Hexanth. Umbellatus. 196.
Hibiscus. Monad. G. 16.
1. Hib. Populneus. 418.
2. Hib. Tiliaceus. 418.
3. Hib. Roſa Sinenſis. 419.
4. Hib. Mutabilis. 419.
5. Hib. Syriacus. 420.
6. Hib. Surattenſis. 420.
7. Hib. Eſculentus. 421.
Hippocrepis. Diad. G. 23.
1. Hippoc. Barbata. 453.
Hippuris. Monand. G. 10.
1. Hippur. Indica. 16.
Holcus. Polyg. G. 2.
1. Holc. Saccharatus. 645.
Homonoia. Dioec. G. 35.
1. Homon. Riparia. 637.
Hordeum. Triand. G. 24. p. 59.
Hottonia. Pent. G. 7.
1. Hotton. Litoralis. 105.
Hydnum. Crypt. G. 21.
1. Hyd. Auriſcalpium. 693.
Hydrocotyle. Pent. G. 89.
1. Hydroc. Umbellata. 177.
Hydrogeton. Oct. G. 19.
1. Hydrog. Heterophyllum. 244.
Hydrolea. Pent. G. 81.
1. Hydr. Inermis. 172.
Hypericum. Polyad. G. 5.
1. Hyper. Olympicum. 471.
2. Hyper. Petiolatum. 472.
3. Hyper. Cochinchinenſe. 472.
4. Hyper. Aureum. 472.
Hypoxis. Hex. G. 13.
1. Hyp. Aurea. 200.

I

Jambolifera. Oct. G. 7.
1. Jambol. Pedunculata. 230.
2. Jambol. Odorata. 231.
3. Jambol. Rezinoſa. 231.
Jasminum. Diand. G. 4.
1. Jaſm. Officinale. 20.
2. Jaſm. Nervoſum. 20.
Jatropha. Monoec. G. 42.
1. Jatr. Janipha. 585.
Ignatiana. Pent. G. 30.
1. Ignat. Philippinica. 126.
Ilex. Tetrand. G. 36.
1. Il. Aquifolium. 91.
Illecebrum. Pent. G. 70.
1. Illec. Lanatum. 162.
2. Illec. Seſſile. 162.
Illicium. Polyand. G. 29.
1. Illic. Aniſatum. 353.
Impatiens. Syng. G. 46.
1. Imp. Chinenſis. 511.
2. Imp. Cornuta. 511.

3. Im-

3. Imp. Balſamina. 512.
4. Imp. Mutila. 512.
5. Imp. Cochleata. 512.
INDIGOFERA. Diad. G. 30.
1. Indig. Coccinea. 457.
2. Indig. Rotundifolia. 458.
3. Indig. Bufalina. 458.
4. Indig. Tinctoria 458.
IPOMŒA. Pent. G. 12.
1. Ipom. Quamoclit. 111.
2. Ipom. Tuberoſa. 112.
3. Ipom. Campanulata. 112.
4. Ipom. Hepaticifolia. 112.
ISCHŒMUM. Polyg. G. 4.
1. Iſch. Importunum. 646.
JUGLANS. Monoec. G. 31.
1. Jug. Regia. 573.
2. Jug. Camirium. 573.
3. Jug. Catappa. 573.
JUNCUS. Hex. G. 28.
1. Juncus Bulboſus. 213.
JUNIPERUS. Dioec. G. 34.
1. Junip. Barbadenſis. 636.
2. Junip. Chinenſis. 636.
JUSTICIA. Diandr. G. 8.
1. Juſt. Ecbolium. 23.
2. Juſt. Picta. 24.
3. Juſt. Faſtuoſa. 24.
4. Juſt. Nigricans. 24.
5. Juſt. Chinenſis. 25.
6. Juſt. Purpurea. 25.
7. Juſt. Tinctoria. 25.
IXIA. Triandr. G. 4.
1. Ixia Chinenſis. 36.
IXORA. Tetrand. G. 13.
1. Ix. Coccinea. 75.
2. Ix. Alba. 76.
3. Ix. Montana. 76.
4. Ix. Novemnervia. 76.
5. Ix. Violacea. 76.

K

KÆMPFERIA. Monand. G. 5.
1. Kæmpf. Galanga. 12.
KNEMA. Dioec. G. 2.
1. Knem. Corticoſa. 605.

L

LACTUCA. Syng. G. 5.
1. Lact. Sativa. 479.
2. Lact. Saligna. 480.
3. Lact. Indica. 480.
LAGENULA. Tetr. G. 31.
1. Lagen. Pedata. 88.
LAGERSTRŒMIA. Polyand. G. 14.
1. Lagers. Indica. 340.
LAGUNEA. Hept. G. 1.
1. Lagun. Cochinchinenſis. 220.
LAMIUM. Didyn. G. 7.
1. Lam. Garganicum. 365.
LANTANA. Didyn. G. 22.
1. Lant. Racemoſa. 376.
LAPSANA. Syng. G. 7.
1. Lapſana Rhagadiolus. 481.
LASIA. Tetrand. G. 21.
1. Laſ. Aculeata 81.
LAURUS. Enneand. G. 3.
1. Laur. Cinnamomum. 249.
2. Laur. Camphora. 249.
3. Laur. Caryophyllus. 250.
4. Laur. Myrrha. 251.
5. Laur. Polyadelpha. 251.
6. Laur. Curvifolia. 252.
7. Laur. Cubeba. 252.
8. Laur. Indica. 253.
9. Laur. Piloſa. 253.
10. Laur. Saſſafrás. 254.
LAWSONIA. Octand. G. 5.
1. Lawſon. Spinoſa. 229.
2. Lawſon. Falcata. 229.
LECHEA. Triand. G. 26.

1. Lech. Chinenſis. 60.
Lemna. Monoec. G. 6.
1. Lemna Minor. 550.
Leontodon. Syng. G. 3.
1. Leont. Sinenſe. 479.
Leonurus. Syng. G. 1.
1. Leon. Marrubiaſtrum. 360.
Lepidium. Tetradyn. G. 1.
1. Lepid. Petræum. 395.
Lepta. Tetrand. G. 22.
1. Lept. Triphylla. 82.
Leucoium. Hex. G. 11.
1. Leuc. Capitulatum. 199.
Lichen. Crypt. G. 14.
1. Lich. Fagineus. 685.
2. Lich. Ericetorum. 685.
3. Lich. Arecarius. 685.
4. Lich. Tartareus. 685.
5. Lich. Imbricatus. 686.
6. Lich. Pulmonarius. 686.
7. Lich. Rangiferinus. 686.
8. Lich. Roccella. 686.
9. Lich. Uſnea. 687.
Ligusticum. Pent. G. 95.
1. Liguſt. Scoticum. 180.
Ligustrum. Diandr. G. 2.
1. Liguſtr. Sinenſe. 19.
Lilium. Hex. G. 22.
1. Lil. Candidum. 207.
2. Lil. Pomponium. 207.
3. Lil. Camſchatenſe. 207.
Limacia. Dioec. G. 20.
1. Limac. Scandens. 620.
Limonia. Dec. G. 14.
1. Lim. Monophylla. 271.
Liriodendron. Polyand. G. 23.
1. Liriod. Liliifera. 346.
2. Liriod. Figo. 347.
3. Liriod. Coco. 347.
Liriope. Hex. G. 14.
1. Liriop. Spicata. 201.
Lobelia. Syng. G. 48.
1. Lobel. Chinenſis. 514.
Lonicera. Pent. G. 55.
1. Lonic. Periclymenum. 150.
2. Lonic. Xyloſteum. 150.
Loranthus. Hex. G. 6.
1. Lorant. Cochinchinenſis. 195.
Lotus. Diad. G. 37.
1. Lot. Arabicus. 463.
Lupinus. Diad. G. 5.
1. Lupin. Cochinchinenſis. 429.
2. Lupin. Africanus. 429.
Lycium. Pent. G. 35.
1. Lyc. Barbarum. 133.
2. Lyc. Cochinchinenſe. 134.
Lycoperdon. Crypt. G. 27.
1. Lycop. Lamellatum. 696.
2. Lycop. Glomeratum. 697.
Lycopodium. Crypt. G. 9.
1. Lycopod. Flegmaria. 682.
2. Lycopod. Cernuum. 682.
3. Lycopod. Complanatum. 682.

M

Mallotus. Dioec. G. 33.
1. Mall. Cochinchinenſis. 635.
Malva. Monad. G. 18.
1. Malv. Tomentoſa. 422.
2. Malv. Verticillata. 422.
Mangifera. Pent. G. 66.
1. Mang. Indica. 159.
2. Mang. Fœtida. 160.
Manvlea. Didyn. G. 34.
1. Manvl. Indiana. 386.
Marcanthus. Diad. G. 33.
1. Marc. Cochinchinenſis. 461.
Martynia. Didyn. G. 35.
1. Martyn. Zanguebaria. 386.
Matricaria. Syng. G. 27.
1. Matric. Cantonienſis. 498.
Mazus. Didyn. G. 33.
1. Maz. Rugoſus. 385.
Medicago. Diad. G. 24.
1. Medic. Polymorpha. 453.

Me-

MEDUZA. Monad. G. 4.
1. Meduz. Anguifera. 406.
MELALEUCA. Polyad. G. 2.
1. Melal. Leucadendra. 468.
MELANTHIUM. Hex. G. 30.
1. Melant. Cochinchinenſe. 216.
MELASTOMA. Dec. G. 17.
1. Melaſt. Septemnervia. 273.
2. Melaſt. Dodecandra. 274.
MELIA. Dec. G. 10.
1. Mel. Azedarac. 269.
MELISSA. Didyn. G. 12.
1. Meliſſ. Cretica. 368.
2. Meliſſ. Rugoſa. 368.
MELOCHIA. Monad. G. 5.
1. Meloch. Corchorifolia. 407.
MELODORUM. Polyand. G. 27.
1. Melod. Fruticoſum. 351.
2. Melod. Arboreum. 351.
MELOTHRIA. Triand. G. 1.
1. Meloth. Indica. 35.
MENTHA. Didyn. G. 2.
1. Ment. Criſpa. 360.
2. Ment. Hirſuta. 361.
3. Ment. Pulegium. 361.
4. Ment. Stellata. 361.
MENYANTHES. Pent. G. 8.
1. Menyant. Hydrophyllum. 105.
MERCURIALIS. Dioec. G. 26.
1. Mercur. Indica. 628.
MESPILUS Icoſ. G. 14.
1. Meſp. Pyracantha. 320.
METEORUS. Monad. G. 8.
1. Meteor. Coccineus. 410.
MICHELIA. Polyand. G. 24.
1. Michel. Champaca. 348.
MILIUM. Triand. G. 16.
1. Mil. Effuſum. 49.
MILTUS. Dodec. G. 13.
1. Milt. Africana. 302.
MIMOSA. Polyg. G. 9.
1. Mim. Nodoſa. 649.
2. Mim. Piloſa. 650.
3. Mim. Scandens. 650.
4. Mim. Vaga. 651.
5. Mim. Corniculata. 651.
6. Mim. Arborea. 651.
7. Mim. Stellata. 651.
8. Mim. Fera. 652.
9. Mim. Farneſiana. 652.
10. Mim. Pennata. 652.
11. Mim. Sinuata. 653.
12. Mim. Saponaria. 653.
MIRABILIS. Pent. G. 1.
1. Mirab. Jalapa. 101.
MOLLUGO. Triand. G. 29.
1. Moll. Triphylla. 62.
MOMORDICA. Monoec. G. 46.
1. Momord. Charantia. 589.
2. Momord. Luffa. 590.
3. Momord. Cylindrica. 590.
MORELLA. Monoec. G. 4.
1. Morel. Rubra. 548.
MORINDA. Pent. G. 44.
1. Morind. Umbellata. 140.
2. Morind. Citrifolia. 140.
3. Morind. Royoc. 140.
MORUS. Monoec. G. 14.
1. Mor. Alba. 555.
2. Mor. Rubra. 555.
3. Mor. Indica. 555.
MUCOR. Crypt. G. 28.
1. Muc. Sphærocephalus. 697.
2. Muc. Mucedo. 697.
3. Muc. Glaucus. 697.
MURICIA. Monoec. G. 50.
1. Muric. Cochinchinenſis. 596.
MUSA. Polyg. G. 1.
1. Muſ. Seminifera. 644.
2. Muſ. Odorata. 644.
3. Muſ. Nana. 644.
4. Muſ. Corniculata. 644.
5. Muſ. Uranoſcopos. 645.
MUSSÆNDA. G. 57.
1. Muſſ. Frondoſa. 151.
2. Muſſ. Chinenſis. 152.

Myrtus. Icoſ. G. 5.
1. Myrt. Caneſcens. 311.
2. Myrt. Trinervia. 312.
3. Myrt. Zeylanica. 312.
4. Myrt. Androſæmoides. 312.
5. Myrt. Chinenſis. 313.

N

Nardus. Triandr. G. 10.
1. Nard. Indica. 44.
Nauclea. Pent. G. 45.
1. Naucl. Orientalis. 141.
Nepeta. Didyn. G. 9.
1. Nep. Hirſuta. 366.
Nephroia. Monoec. G. 24.
1. Nephr. Sarmentoſa. 565.
Neptunia. Polyg. G. 10.
1. Nept. Oleracea. 654.
Nerium. Pent. G. 16.
1. Ner. Oleander. 115.
2. Ner. Divaricatum. 115.
3. Ner. Antidyſentericum. 116.
4. Ner. Scandens. 116.
Nicotiana. Pent. G. 11.
1. Nicot. Fruticoſa. 111.
Nyctanthes. Diandr. G. 5.
1. Nyct. Sambac. 21.
2. Nyct. Grandiflora. 21.
Nymphæa. Polyand. G. 15.
1. Nymph. Nelumbo. 340.
Nymphanthus. Monoec. G. 2.
1. Nymphant. Squamifolia. 544.
2. Nymphant. Piloſa. 544.
3. Nymphant. Chinenſis. 544.
4. Nymphant. Rubra. 544.
5. Nymphant. Niruri. 545.

O

Octarillum. Tetrand. G. 34.
1. Octar. Fruticoſum. 90.
Ocymum. Didyn. G. 14.
1. Ocym. Gratiſſimum. 369.
2. Ocym. Baſilicum. 370.
3. Ocym. Minimum. 370.
4. Ocym. Africanum. 370.
Oldenlandia. Tetrand. G. 16.
1. Old. Repens. 78.
2. Old. Paniculata. 78.
3. Old. Zanguebariæ. 78.
Olyra. Monoec. G. 9.
1. Olyr. Orientalis. 552.
Oncinus. Pent. G. 26.
1. Oncin. Cochinchinenſis. 123.
Oncus. Hex. G. 4.
1. Oncus Eſculentus. 194.
Opa. Icoſ. G. 3.
1. Opa Odorata. 309.
2. Opa Metroſideros. 309.
Ophelus. Monad. G. 11.
1. Ophel. Sitularius. 412.
Ophioglossum. Crypt. G. 2.
1. Ophiogl. Luſitanicum. 672.
2. Ophiogl. Scandens. 672.
Ophispermum. Dec. G. 24.
1. Ophiſp. Sinenſe. 281.
Orchis. Gyn. G. 7.
1. Orch. Suſannæ. 522.
2. Orch. Morio. 523.
3. Orch. Latifolia. 523.
Origanum. Didyn. G. 18.
1. Orig. Dictamnus. 373.
2. Orig. Creticum. 373.
3. Orig. Heracleoticum. 373.
4. Orig. Syriacum. 374.
5. Orig. Maiorana. 374.
Ornithogalum. Hex. G. 20.
1. Ornith. Sinenſe. 206.
Ornithopus. Diad. G. 22.
1. Ornithop. Ruber. 452.
Orontium. Hex. G. 23.
1. Oront. Cochinchinenſe. 208.
Oryza. Hex. G. 29.
1. Oryz. Communiſſima. 215.
2. Oryz. Præcox. 215.

3. Oryz.

3. Oryz. Montana. 215.
4. Oryz. Glutinoſa. 215.
Osbeckia. Octand. G. 4.
1. Osb. Chinenſis. 228.
Osmanthus. Diandr. G. 15.
1. Oſm. Fragrans. 28.
Oxalis. Dec. G. 31.
1. Oxal. Senſitiva. 285.
2. Oxal. Corniculata. 285.
Oxycarpus. Polyg. G. 6.
1. Oxyc. Cochinchinenſis. 648.
Oxyceros. Pent. G. 56.
1. Oxycer. Horrida. 151.
2. Oxycer. Sinenſis. 151.

P

Pæonia. Polyand. G. 19.
1. Pæon. Officinalis. 343.
Panax. Polyg. G. 13.
1. Pan. Fruticoſum. 656.
Pandanus. Dioec. G. 1.
1. Pand. Odoratiſſimus. 603.
2. Pand. Humilis. 603.
3. Pand. Lævis. 604.
Panicum. Triandr. G. 12.
1. Pan. Polyſtachion. 46.
2. Pan. Italicum. 46.
3. Pan. Crus corvi. 46.
4. Pan. Hirtellum. 47.
5. Pan. Miliaceum. 47.
6. Pan. Latifolium. 47.
Parietaria. Polyg. G. 11.
1. Pariet. Cochinchinenſis. 654.
Paſſiflora. Gyn. G. 12.
1. Paſſ. Pallida. 527.
2. Paſſ. Cærulea. 527.
Pavetta. Pent. G. 11.
1. Pav. Arenoſa. 73.
2. Pav. Paraſitica. 73.
Pedicellia. Polyg. G. 12.
1. Pedic. Oppoſitifolia. 655.
Penæa. Tetrand. G. 10.
1. Pen. Nitida. 72.
2. Pen. Scandens. 73.
Pentaloba. Pent. G. 60.
1. Pental. Seſſilis. 154.
Pentapetes. Monad. G. 7.
1. Pentap. Phœnicea. 409.
Pergularia. Pent. G. 77.
1. Pergul. Divaricata. 169.
2. Pergul. Sinenſis. 169.
Periploca. Pent. G. 75.
1. Peripl. Cochinchinenſis. 167.
Petesia. Tetrand. G. 14.
1. Peteſ. Simpliciſſima. 77.
2. Peteſ. Trifida. 77.
Peziza. Crypt. G. 25.
1. Pez. Auricula. 695.
Phaius. Gyn. G. 15.
1. Phai. Grandifolius. 529.
Phalaris. Triandr. G. 19.
1. Phalaris Zizanoides. 49.
Phallus. Crypt. G. 22.
1. Phall. Impudicus. 694.
Phanera. Triandr. G. 5.
1. Phan. Coccinea. 37.
Pharnaceum. Pent. G. 104.
1. Pharn. Mollugo. 185.
Phaseolus. Diad. G. 12.
1. Phaſ. Vulgaris. 434.
2. Phaſ. Farinoſus. 434.
3. Phaſ. Tuberoſus. 434.
4. Phaſ. Tunkinenſis. 435.
5. Phaſ. Radiatus. 435.
6. Phaſ. Mungo. 435.
Phleum. Triandr. G. 14.
1. Phl. Cochinchinenſe. 48.
2. Phl. Africanum. 48.
Phillyrea. Diandr. G. 1.
1. Phil. Indica. 19.
Phœnix. Dioec. G. 10.
1. Phœn. Puſilla. 614.
Phoberos. Icoſ. G. 11.
1. Phob. Cochinchinenſis. 318.
2. Phob. Chinenſis. 318.

Phy-

PHYLA. Tetrand. G. 1.
1. Phyl. Chinenſis. 66.
PHYLLAMPHORA. Dioec. G. 4.
1. Phyllamph. Mirabilis. 606.
PHYLLANTHUS. Monoec. G. 12.
1. Phyllant. Emblica. 553.
2. Phyllant. Urinaria. 554.
PHYLLAUREA. Monoec. G. 33.
1. Phyllaur. Codiæum. 575.
PHYLLODES. Monandr. G. 6.
1. Phyllod. Placentaria. 13.
PHYSALIS. Pent. G. 34.
1. Phyſ. Somnifera. 132.
2. Phyſ. Angulata. 132.
3. Phyſ. Pubeſcens. 133.
4. Phyſ. Alkekengi. 133.
PHYSKIUM. Polyg. G. 20.
1. Physk. Natans. 662.
PHYTEUMA. Pent. G. 142.
1. Phyt. Bipinnata. 138.
2. Phyt. Cochinchinenſis. 139.
PIKRIA. Didyn. G. 42.
1. Pikr. Fel terræ. 393.
PICRIS. Syng. G. 2.
1. Picr. Repens. 478.
PIMELA. Monad. G. 6.
1. Pim. Nigra. 407.
2. Pim. Alba. 408.
3. Pim. Oleoſa. 408.
PINUS. Monad. G. 17.
1. Pin. Sylveſtris. 579.
2. Pin. Abies. 579.
PIPER. Diandr. G. 16.
1. Pip. Nigrum. 30.
2. Pip. Sylveſtre. 30.
3. Pinnatum. 31.
4. Pip. Betle. 31.
5. Pip. Longum. 32.
PISTACIA. Dioec. G. 15.
1. Piſt. Oleoſa. 615.
PISUM. Diad. G. 14.
1. Piſ. Sativum. 443.
PLACUS. Syng. G. 24.
1. Plac. Tomentoſus. 497.
2. Plac. Lævis. 497.
PLANTAGO. Tetrand. G. 8.
1. Plantago Maior. 71.
PLECTRONIA. Pent. G. 69.
1. Plectronia Chinenſis. 162.
PLUMIERIA. Pent. G. 17.
1. Plumier. Obtuſa. 117.
POA. Triandr. G. 21.
1. Poa Chinenſis. 54.
POINCIANA. Dec. G. 2.
1. Poinc. Bijuga. 260.
2. Poinc. Pulcherrima. 161.
3. Poinc. Elata. 261.
POLIA. Pent. G. 72.
1. Pol. Arenaria. 164.
POLYANTHES. Hex. G. 18.
1. Polyanth. Tuberoſa. 204.
POLYCHROA. Monoec. G. 18.
1. Polychr. Repens. 559.
POLYGALA. Diad. G. 1.
1. Polyg. Glomerata. 426.
POLYGONUM. Octand. G. 17.
1. Polyg. Hydropiper. 240.
2. Polyg. Perſicaria. 240.
3. Polyg. Barbatum. 241.
4. Polyg. Tinctorium. 241.
5. Polyg. Aviculare. 241.
6. Polyg. Chinenſe. 241.
7. Polyg. Perfoliatum. 242.
8. Poyg. Tataricum. 242.
9. Polyg. Ciliatum. 243.
10. Polyg. Odoratum. 243.
POLYOZUS. Tetrand. G. 12.
1. Polyozus Bipinnata. 74.
2. Polyoz. Lanceolata. 75.
POLYPARA. Triandr. G. 28.
1. Polyp. Cochinchinenſis. 61.
POLYPHEMA. Monoec. G. 3.
1. Polyph. Jaca. 546.
2. Polyph. Champeden. 547.
POLYPODIUM. Crypt. G. 4.
1. Polypod. Repandum. 673.
2. Po-

2. Polypod. Biforme. 673.
3. Polypod. Phymatodes. 673.
4. Polyp. Scolopendriodes. 674.
5. Polyp. Loriceum. 674.
6. Polyp. Venoſum. 674.
7. Polyp. Simile 674.
8. Polyp. Fragrans. 675.
9. Polyp. Varium. 675.
10. Polyp. Baromez. 675.
11. Polyp. Arboreum. 676.
12. Polyp. Speluncæ. 677.
Pontederia. Hex. G. 10.
1. Ponted. Cordara. 198.
2. Ponted. Haſtata. 199.
Porella. Crypt. G. 10.
1. Por. Imbricata. 683.
Porphyra. Tetrand. G. 5.
1. Porph. Dichotoma. 70.
Portulaca. Dodec. G. 3.
1. Portul. Oleracea. 293.
Potentilla. Icoſ. G. 20.
1. Potent. Fruticoſa. 326.
Pothos. Gynand. G. 16.
1. Poth. Scandens. 532.
Primula. Pent. G. 6.
1. Prim. Mutabilis. 104.
2. Prim. Sinenſis. 105.
Prunus. Icoſ. G. 10.
1. Prun. Domeſtica. 317.
Pselium. Dioec. G. 21.
1. Pſel. Heterophyllum. 621.
Psidium. Icoſ. G. 4.
1. Pſid. Pyriferum. 309.
2. Pſid. Pomiferum. 310.
3. Pſid. Caninum. 310.
4. Pſid. Nigrum. 311.
5. Pſid. Rubrum. 311.
Psoralea. Diad. G. 16.
1. Pſor. Scutellata. 443.
2. Pſor. Rubeſcens. 444.
Ptelea. Tetrand. G. 23.
1. Ptel. Ovata. 82.
Pteris. Crypt. G. 6.
1. Pter. Piloſelloides. 678.
2. Pter. Lanceolata. 679.
3. Pter. Vittata. 679.
4. Pter. Biaurita. 679.
5. Pter. Caudata. 680.
Pterocarpus. Diad. G. 9.
1. Pteroc. Flavus. 431.
Pteronia. Syng. G. 18.
1. Pter. Tomentoſa. 489.
Pterotum. Dodec. G. 2.
1. Pterotum Procumbens. 293.
Punica. Icoſ. G. 6.
1. Pun. Granatum. 313.
2. Pun. Nana. 314.
Pyrgus. Pent. G. 22.
1. Pyrg. Racemoſa. 121.
Pyrus. Icoſ. G. 15.
1. Pyr. Communis. 321.
2. Pyr. Malus. 321.
3. Pyr. Cydonia. 322.
Pythagorea. Octand. G. 18.
1. Pythag. Cochinchinenſis. 244.

Q

Quercus. Monoec. G. 30.
1. Querc. Ilex. 571.
2. Querc. Cornea. 572.
3. Querc. Concentrica. 572.
Quinaria. Dec. G. 15.
1. Quin. Lanſium. 272.
Quisqualis. Dec. G. 18.
1. Quiſq. Indica. 274.

R

Raphanus. Tetrad. G. 3.
1. Raph. Sativus. 396.
Rapinia. Pent. G. 31.
1. Rapin. Herbacea. 127.
Renanthera. Gyn. G. 5.
1. Renant. Coccinea. 521.
Reseda. Dodec. G. 10.

1. Reſ. Cochinchinenſis. 299.
2. Reſ. Chinenſis. 299.
3. Reſ. Odorata. 300.
Restiaria. Dioec. G. 38.
1. Reſt. Cordata. 639.
Rhamnus. Pent. G. 65.
1. Rhamn. Jujuba. 157.
2. Rhamn. Zizyphus. 158.
3. Rhamn. Soporifer. 158.
4. Rhamn. Agreſtis. 158.
5. Rhamn. Lineatus. 159.
Rhaphis. Monoec. G. 11.
1. Rhaphis Trivialis. 553.
Rheum. Enneand. G. 4.
1. Rhe. Palmatum 255.
2. Rhe. Barbarum. 255.
Rhizophora. Dodec. G. 8.
1. Rhiz. Caſeolaris. 296.
2. Rhiz. Sexangula. 297.
3. Rhiz. Gymnorhiza. 297.
Rhodiola. Dioec. G. 25.
1. Rhod. Biternata. 627.
Rhus. Pent. G. 101.
1. Rhus Javanicum. 183.
Rhynchosia. Diad. G. 32.
1. Rhync. Volubilis. 460.
Rhytis. Polyg. G. 18.
1. Rhyt. Fruticoſa. 660.
Ricinus. Monoec. G. 41.
1. Ricin. Communis. 584.
2. Ricin. Tanarius. 584.
3. Ricin. Apelta. 585.
Ricotia. Tetrad. G. 5.
1. Ric. Cantonienſis. 397.
Robinia. Diad. G. 27.
1. Robin. Mitis. 455.
2. Robin. Amara. 455.
3. Robin. Flava. 456.
Rosa. Icoſ. G. 17.
1. Roſ. Cinnamomea. 323.
2. Roſ. Spinoſiſſima. 323.
3. Roſ. Centifolia. 323.
4. Roſ. Indica. 323.
5. Roſa Alba. 323.
6. Roſ. Nankinenſis. 324.
Rosmarinus. Diandr. G. 13.
1. Roſm. Officinalis. 28.
Rotula. Pent. G. 23.
1. Rot. Aquatica. 121.
Rubus. Icoſ. G. 18.
1. Rub. Moluccanus. 324.
2. Rub. Parvifolius. 324.
3. Rub. Fruticoſus. 325.
Ruellia. Didyn. G. 27.
1. Ruell. Antipoda. 380.
2. Ruell. Ciliaris. 381.
Rumex. Hex. G. 31.
1. Rum. Criſpus. 216.
2. Rum. Hoſtilis. 217.
Ruta. Decand. G. 11.
1. Rut. Chalepenſis. 269.

S

Saccharum. Triand. G. 19.
1. Sacch. Spontaneum. 52.
2. Sacch. Officinarum. 52.
3. Sacch. Jaculatorium. 53.
4. Sacch. Spicatum. 53.
Sagittaria. Monoec. G. 28.
1. Sagitt. Sagittifolia. 570.
Salacia. Gyn. G. 10.
1. Salac. Cochinchinenſis. 526.
Salix. Dioec. G. 7.
1. Sal. Babilonica. 609.
Salomonia. Monand. G. 7.
1. Salom. Cantonienſis. 14.
Salsola. Pent. G. 83.
1. Salſ. Didyma. 173.
Salvadora. Tetrand. G. 30.
2. Salvad. Capitulata. 87.
2. Salvad. Biflora. 88.
Sambucus. Pent. G. 98.
1. Samb. Nigra. 181.
Santalum. Tetrand. G. 29.
1. Sant. Album. 87.

Sa-

SAPINDUS. Oct. G. 14.
1. Sapind. Saponaria 238.
2. Sapind. Abruptus. 238.
SARCODUM. Diad. G. 35.
1. Sarc. Scandens. 462.
SAROTHRA. Pent. G. 99.
1. Sarot. Gentianoides. 182.
SAXIFRAGA. Dec. G. 15.
1. Saxifr. Chinenſis. 281.
SCABIOSA. Tetrand. G. 3.
1. Scab. Cochinchinenſis. 68.
SCHOENUS. Triand. G. 7.
1. Schoen. Coloratus. 41.
2. Schoen. Ruber. 41.
SCIRPUS. Triandr. G. 9.
1. Scirp. Supinus. 43.
2. Scirp. Miliaceus. 43.
3. Scirp. Capſularis. 44.
SCOPARIA. Tetrand. G. 7.
1. Scop. Dulcis. 71.
SCORZONERA. Syng. G. 4.
1. Scorzon. Pinnatifida. 479.
SCUTELLARIA. Didyn. G. 11.
1. Scutell. Altiſſima. 367.
2. Scutell. Albida. 367.
3. Scutell. Alpina. 367.
SCUTULA. Oct. G. 12.
1. Scut. Scutellata. 235.
2. Scut. Umbellata. 236.
SEBIFERA. Dioec. G. 36.
1. Sebif. Glutinoſa. 638.
SEDUM. Dec. G. 34.
1. Sed. Stellatum. 287.
2. Sed. Anacampſeros. 287.
SEGUIERIA. Polyand. G. 16.
1. Seguier. Aſiatica. 341.
SENECIO. Syng. G. 32.
1. Sen. Divaricatus. 502.
SEPTAS. Didyn. G. 41.
1. Sept. Repens. 392.
SERRATULA. Syng. G. 10.
1. Serrat. Multiflora. 483.
2. Serrat. Scordium. 483.
SESAMUM. Didyn. G. 29.
1. Seſ. Orientale. 382.
SIDA. Monad. G. 12.
1. Sid. Alnifolia. 413.
2. Sid. Viſcoſa. 413.
3. Sid. Cordifolia. 414.
4. Sid. Indica. 414.
5. Sid. Scoparia. 414.
SIDEROXYLON. Pent. G. 25.
1. Siderox. Cantonienſe. 122.
SIEGISBECKIA. Syng. G. 36.
1. Siegisb. Orientalis. 504.
SINAPIS. Tetrad. G. 8.
1. Sin. Chinenſis. 399.
2. Sin. Braſſicata. 399.
3. Sin. Pekinenſis. 400.
SISYMBRIUM. Tetrad. G. 9.
1. Siſymb. Apetalum. 400.
SIUM. Pent. G. 93.
1. Sium Siſarum. 179.
2. Sium Græcum. 179.
SMILAX. Dioec. G. 22.
1. Smil. Perfoliata. 622.
2. Smil. China. 622.
3. Smil. Caduca. 622.
4. Smil. Lanceolata. 623.
5. Smil. Pſeudochina. 623.
SOLANUM. Pent. G. 33.
1. Sol. Verbaſcifolium. 128.
2. Sol. Biflorum. 129.
3. Sol. Album. 129.
4. Sol. Dichotomum. 129.
5. Sol. Nigrum. 129.
6. Sol. Æthyopicum. 130.
7. Sol. Melongena. 130.
8. Sol. Lycoperſicum. 130.
9. Sol. Peruvianum. 131.
SOLENA. Syng. G. 49.
1. Solen. Heterophylla. 514.
SOLIDAGO. G. 30.
1. Solid. Decurrens. 501.
2. Solid. Cantonienſis. 501.
SONCHUS. Syng. G. 6.

1. Sonch. Floridanus. 480.
2. Sonch. Sibiricus. 481.
SPATHIUM. Hex. G. 32.
1. Spath. Chinenſe. 217.
SPERMACOCE. Tetrand. G. 18.
1. Sperm. Flexuoſa. 79.
SPHÆRANTHUS. Syng. G. 44.
1. Sphær. Cochinchinenſis. 510.
SPHAGNUM. Crypt. G. 11.
1. Sphag. Simpliciſſimum. 683.
SPILANTHUS. Syng. G. 11.
1. Spilant. Tinctorius. 484.
SPINACIA. Dioec. G. 17.
1. Spinac. Oleracea. 617.
SPINIFEX. Polyg. G. 5.
1. Spinifex. Squarroſus. 647.
SPIRÆA. Icoſ. G. 16.
1. Spir. Cantonienſis. 322.
STACHYS. Didyn. G. 8.
1. Stach. Artemiſia. 365.
STAPELIA. Pent. G. 73.
1. Stap. Chinenſis. 165.
2. Stap. Cochinchinenſis. 165.
STEGOSIA. Triand. G. 18.
1. Stegoſ. Cochinchinenſis. 51.
STEMONA. Monad. G. 2.
1. Stem. Tuberoſa. 404.
STEPHANIA. Dioec. G. 6.
1. Steph. Rotunda. 608.
2. Steph. Longa. 609.
STERCULIA. Monoec. G. 43.
1. Sterc. Fœtida. 586.
STIGMAROTA. Dioec. G. 32.
1. Stig. Jangomas. 634.
2. Stig. Africana. 634.
STIGMANTHUS. Pent. G. 52.
1. Stigm. Cymoſus. 146.
STIXIS. Dodec. G. 6.
1. Stix. Scandens. 295.
STREBLUS. Dioec. G. 14.
1. Streb. Aſper. 615.
2. Streb. Cordatus. 615.
STRIGA. Diand. G. 6.
1. Strig. Lutea. 22.
STRYCHNOS. Pent. G. 29.
1. Stryc. Nux Vomica. 125.
STYLIDIUM. Hept. G. 2.
1. Stylid. Chinenſe. 221.

T

TABERNÆMONTANA. Pent. G. 18.
1. Tabern. Bufalina. 117.
2. Tabern. Bovina. 118.
TACCA. Dodec. G. 11.
1. Tac. Pinnatifida. 300.
TAGETES. Syng. G. 35.
1. Tag. Patula. 504.
TAMARINDUS. Monad. G. 1.
1. Tamar. Indica. 403.
TAMARIX. Pent. G. 100.
1. Tam. Chinenſis. 182.
TECTONIA. Pent. G. 39.
1. Tect. Theka. 137.
TETRADIUM. Tetrand. G. 37.
1. Tetrad. Trichotomum. 91.
TETRAPILUS. Dioec. G. 9.
1. Tetrap. Brachiatus. 611.
TEUCRIUM. Didyn. G. 3.
1. Teuc. Polium. 362.
2. Teuc. Maſſilienſe. 362.
3. Veuc. Undulatum. 362.
4. Teuc. Thea. 363.
THALICTRUM. Polyand. G. 22.
1. Thal. Sinenſe. 346.
THEA. Polyand. G. 13.
1. The. Cochinchinenſis. 338.
2. The. Cantonienſis. 339.
3. The. Oleoſa. 339.
THELA. Pent. G. 20.
1. Thel. Coccinea. 119.
2. Thel. Alba. 119.
THILACHIUM. Pol. G. 17.
1. Thil. Africanum. 342.
THLASPI. Tetrad. G. 2.
1. Thl. Burſa paſtoris. 395.

THRIX-

THRIXSPERMUM. Gyn. G. 3.
1. Thrixſp. Centipeda. 520.
THUJA. Monoec. G. 39.
1. Thuj. Orientalis. 580.
THYSANUS. Dec. G. 29.
1. Thyſ. Palala. 284.
TOLUIFERA. Dec. G. 4.
1. Toluif. Cochinchinenſis. 262.
TOURNEFORTIA. Pent. G. 24.
1. Tournef. Montana. 122.
TRADESCANTIA. Hex. G. 3.
1. Tradeſc. Geniculata. 193.
2. Tradeſc. Vaga. 193.
TRALLIANA. Pent. G. 64.
1. Trall. Scandens. 157.
TRAPA. Tetrand. G. 28.
1. Trap. Cochinchinenſis. 86.
2. Trap. Chinenſis. 86.
TREMA. Monoec. G. 21.
1. Trem. Cannabina. 563.
TRIADICA. Dioec. G. 8.
1. Triad. Cochinchinenſis. 610.
2. Triad. Sinenſis. 610.
TRIBULUS. Dec. G. 12.
1. Trib. Terreſtris. 270.
TRICARIUM. Monoec. G. 16.
1. Tric. Cochinchinenſe. 557.
TRICEROS. Pent. G. 103.
1. Tric. Cochinchinenſis. 184.
TRICHOMANES. Crypt. G. 8.
1. Trichom. Hirſutum. 681.
TRICHOSANTHES. Monoec. G. 45.
1. Trichoſ. Anguina. 588.
2. Trich. Cucumerina. 588.
3. Trich. Piloſa. 588.
4. Trich. Tricuſpidata. 589.
5. Trich. Scabra. 589.
TRICHOSTEMA. Didyn. G. 16.
1. Trichoſt. Spiralis. 371.
TRIDESMIS. Monoec. G. 34.
1. Trid. Hiſpida. 576.
2. Trid. Tomentoſa. 576.
TRIFOLIUM. Diad. G. 17.
1. Trif. Mel. Indica. 444.
2. Trifol. Globoſum. 444.
3. Trifol. Cuſpidatum. 445.
4. Trifol. Volubile. 445.
TRIPHACA. Monoec. G. 35.
1. Triph. Africana. 577.
TRIPINNA. Didyn. G. 40.
1. Trip. Tripinnata. 391.
TRISANTHUS. Pent. G. 87.
1. Triſ. Cochinchinenſis. 176.
TRITICUM. Triand. G. 23. p. 59.
TUSSILAGO. Syng. G. 33.
1. Tuſſil. Farfara. 502.
2. Tuſſil. Anandria. 503.
TYPHA. Monoec. G. 10.
1. Typha Latifolia. 552.

V U

VANIERIA. Monoec. G. 23.
1. Vanier. Cochinchinenſis. 564.
2. Vanier. Chinenſis. 565.
VARRONIA. Pent. G. 41.
1. Varron. Sinenſis. 138.
VATERIA. Polyand. G. 6.
1. Vat. Flexuoſa. 334.
VERBENA. Diandr. G. 11.
1. Verb. Officinalis. 27.
VERBESINA. Syng. G. 39.
1. Verbeſ. Calendulacea. 506.
2. Verbeſ. Spicata. 507.
VERNICEA. Monoec. G. 44.
1. Vernic. Montana. 587.
VICIA. Diad. G. 15.
1. Vic. Faba. 443.
VINCA. Pent. G. 19.
1. Vinc. Roſea. 118.
VIOLA. Syng. G. 47.
1. Viol. Odorata. 513.
2. Viol. Primulifolia. 513.
VITEX. Didyn. G. 39.
1. Vit. Trifolia. 390.
2. Vit. Negundo. 390.

3. Vit. Spicata. 390.
VITIS. Pent. G. 61.
1. Vit. Vinifera. 155.
2. Vit. Indica. 155.
3. Vit. Labruſca. 155.
ULVA. Crypt. G. 16.
1. Ulv. Piſum. 687.
VOLKAMERIA. Didyn. G. 38.
1. Volk. Inermis. 388.
2. Volk. Pumila. 388.
3. Volk. Petaſites. 388.
4. Volk. Angulata. 389.
URENA. Monad. G. 15.
1. Ur. Lobata. 416.
2. Ur. Sinuata. 417.
3. Ur. Procumbens. 417.
4. Ur. Polyflora. 417.
5. Ur. Monopetala. 418.
URTICA. Monoec. G. 17.
1. Urt. Interrupta. 557.
2. Urt. Gemina. 558.
3. Urt. Piloſa. 558.
4. Urt. Nivea. 558.
UTRICULARIA. Diand. G. 10.
1. Utric. Recurva. 26.
2. Utric. Aurea. 26.
UVARIA. Polyand. G. 25.
1. Uvar. Zeylanica. 348.
2. Uvar. Uncata. 349.

W

WINTERANIA. Dodec. G. 4.
1. Winter. Canella. 293.

X

XANTHIUM. Monoec. G. 22.
1. Xanth. Strumarium. 563.
XERANTHEMUM. Syng. G. 26.
1. Xer. Chinenſe. 498.
2. Xer. Retortum. 498.

Z

ZALA. Monad. G. 3.
1. Zal. Aſiatica. 405.
ZANICHELLIA. Monoec. G. 1.
1. Zanich. Tuberoſa. 543.
ZANTHOXYLUM. Polyg. G. 17.
1. Zant. Clava Herculis. 659.
ZEA. Monoec. G. 7.
1. Zea Mays. 550.
ZIZIPHORA. Diandr. G. 12.
1. Ziziph. Siliquoſa. 27.

ER-

ERRATA

Inſueti typographi patienter corriges : præcipua hîc notantur. Litera *p* paginam , *l* lineam oſtendit.

TOM. I.

P. 1. l. 17 , & 19. petata -- pelala.
p. 2. l. 29. frebribus -- febribus.
p. 5. l. 7. infundebuliformis -- infundibiliformis.
p. 5. l. 13. glabum -- glabrum.
p. 8. l. 13. inſiſteus -- inſiſtens.
p. 9. l. 8. Mio -- Moi.

p. 12. l. 22. ſubrotunuum -- ſubrotundum.
p. 13. l. 23. acanlis -- acaulis.
p. 19. l. 16. Genu -- Genus.
p. 29. l. 10. habiat -- habitat.
p. 32. l 19. lougum -- longum.
l. 39. Plumicro -- Plumierio.
p. 42. l. 26. rotuddus -- rotundus.
p. 44. l. 23. accurrunt -- occurrunt.
p. 45. l. 7. Dioſcoridis -- Dioſcorides.
l. 38. polliari -- pollicari.
p. 46. l. 12. annus -- annuus.
p. 47. l. 34. habitat -- habitant.
p. 48. l. 3. Alopecurs -- Alopecurus.
l. 9. 1-floris -- 1-florus.
p. 48. l. 26. annus -- annuus.
p. 53. l. 4. ſacchaeum -- ſaccharum.
l 10. aliquod -- aliquot.
p. 54. l. 18. ſecunda -- ſpicata.
p. 56. l. 8. ſeſſiliis -- ſeſſilibus.
p. 63. l. 18. 4-partibus -- 4-partitus.
p. 67. l. 21. 2-locularis -- 2-loculares.
p. 69. l. 34. angula -- angulata.
p. 72. l. 2. indiginæ. mele -- indigenæ. melle.
p. 80. l. 32. emmanagoga -- emmenagoga.
p. 90. l. 16. alterius -- alternis.
p. 97. l. 3. niduiantibus -- nidulantibus.
p. 101. l. 13. ſuperanthia : ſubrorunddis -- *lege* ſuperantia : ſubrotundis.
p. 104. l. 31. collitur -- colitur Cantone.
p. 110. l. 39. obſervatur -- obſervantur.
p. 120. l. 15. inſerta -- inſertæ.
p. 122. l. 15. agreſtis -- agreſtes.
p. 127. l. 33. Capſium -- Capſicum.
p. 139. l. 36. 3-locularis -- 3-loculares.
p. 140. l. 2. aggrepati -- aggregati.
l. 15. Linnæuna -- Linnæanâ.
p. 141. l. 13. cnrvis -- curvis.
p. 150. l. 21. tenucori -- tenuiori.
p. 153. l. 18. filiorum -- foliorum,
p. 156. l. 21. Evonymys -- Evonymus.
p 170. l. 23. Grmmica -- Grammica.
l. 33. membranaceu -- membranacea.
p. 175. l. 4. 2-pedatis -- 2-pedalis.
l. 5. purpaſaſcentibus -- purpuraſcentibus.
p. 191. l. 6. tetrigynia -- tetragynia.
p. 199. l. 9. Roung mác -- Boung mác.
p 204. l. 14. alumnis -- aluminis.
p. 214 l. 14. Mêu -- Mi.
p. 215. l. 7. tháng tlám -- tháng tám.
p. 229. l. 9. 251 -- 521.
p. 230. l. 30. inrenditur -- intenditur.
p 232. l. 21. Allophilllus -- Allophylus.
p. 234. l. 15. alhæ -- albæ.
p. 236. l. 1. Maóe -- Maóc.
p. 257. l. 19. Aioexylum -- Aloexylum.
p. 289. l. 5. edulis -- eduliis.
p. 327. l. 10. infecus -- inferus.
p. 329. l. 10. Deſmis -- Deſmos.
p. 333. l. 26. a vero -- cum vero.
p. 339. l. 26. præcioſæ -- pretioſæ.
p. 340. l. 5. *poſt* vocavi -- *dele punctum.*
p. 343. l. 10. Prothea -- Protea.
p. 344. l. 25. *deleatur titulus Deſcriptio Naturalis.*
p. 347. l. 36. mutæ -- multæ.

TOM. II.

p. 364. l. 3. bractcis -- bracteis.
p. 366. l. 30. inferus -- inferius.
p. 375. l. 17. Sinnato -- ſinuato.
p. 381. l. 18. Dicerſos -- Diceros.
p. 384. l. 10. ecandatis -- ecaudatis.
p. 389. l. 10. 1-ſpermis -- ſolitariis.
p. 422. l. 26. Berm -- Burm.
p. 425. l. 1. Phynchoſia -- Rhynchoſia.
p. 439. l. 9. ſtigulis -- ſtipulis.
p. 441. l. 6. bibeorus -- biflorus.
p. 454. l. 12. binis -- bis.
p. 455. l. 10. *dele ſignum* †
p. 456. l. 3. abtuptè -- abruptè.
p. 465. l. 6. Tanh -- Thanh.
l. 25. Canh -- Chánh.
p. 466. l. 11. obis -- orbis.
p. 468. l. 13. ien -- bien.
p. 486. l. 14. abſtengens -- abſtergens.
p. 509. l. 1. diatus -- ſulcatus.
p. 535. l. 20. cullata -- cucullata.
p. 539. l. 22 , 23. 5-partitus -- 5-phylus.
p. 555. l. 27. Molos -- Moios.
p. 563. l. 21 Nguu bàng -- *deleatur.*
p. 566. l. 4. planœ -- plantæ.
p. 571. l. 28. ſylvaticat -- ſylvatica.
p. 577. 37. Mocambiccum -- Mozambiccum.

p. 592. l. 29. Cay Bâu -- Câÿ Bâu.
p. 598. l. 33. planum -- plana.
p. 600. l. 9. 6-phyllus -- 4-phyllus.
p. 603. l. 15. Dioicous -- Dioicus.
p. 603. l. 35. non tamen laceſcens. *deleatur.*

p. 611. l. 24. Cây Cau -- Cây Câu.
p. 624. l. 4. ſape -- ſæpe.

p. 632. l. 7. San tuê -- San tuê.
p. 639. l. 31. platæ -- plantæ.
p. 657. l. 26. poliſloris -- polyſloris.
p. 659. l. 15. Muóng troúng . . Muong truóng.
p. 681. l. 8. glaber -- glabra.
p. 683. l. 4. Raubac -- rêu bac.

3 2044 102 802 444

Fl 54
L92
1790

HARVARD UNIVERSITY
ARNOLD ARBORETUM
PRESENTED ~ BY ~ CHARLES ~ SPRAGUE ~ SARGENT
1892